BIBLIOTECA VITT. EMANUELE II
43
6 B
24
FONDO FORENSE

VOCABVLAR
VTRIVSQ
IVRIS,

VNA CVM TRACT. AD
vtili de Ratione ſtudij

Acceſſit LEXICON *Iuris Ciuilis*
& inſignes errores Accurſij not

Antonio Nebriſſenſi Vir
AVCTORE.

Nunc denuo ſtudio, ac diligentia ab innun
expurgatum, multisq; multarum
ſignificationib. illuſtratum.

Est conventus S. Nicolai To
Ord: Erem:
S. A. N.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

VENETIIS, Apud Hæredes Valerij Bo

ADVERSVS INFANTES IVRISPERITOS.

VERBORVM CVLTVM NON ESSE ASPERNENDVM.

VOCVM proprietas, ſignificatio, ac interpretatio quanti in ciuili prudentia ſit momenti, hoc ipſo manifeſtum eſt : ꝙ Iuriſconſulti ferè ſimul ac edictum aliquod propoſitum eſt, mox ad verborum interpretationem properant: nec in edictis modo id obſeruant, ſed in cæteris quoque ferè omnibus iuris tractatibus. Hinc Labeo Antiſtius, teſte Gellio, iuris quidem ciuilis diſciplinam principali ſtudio exercuit, & conſulentibus de iure publico reſponſitauit: cæterarumque bonarum artium non expers fuit, & in Grammaticam ſeſe, atque Dialecticam, literaſque antiquiores penetrauerat

Latinarumque vocum origines rationesque percalcauerat, eaque præcipuè ſcientia ad enodandos plerosque inris laqueos vtebatur. Hinc M. Fabius Quintilianus Rom. togæ gloria: quem omnibus ſine controuerſia ingenijs anteponit Vallenſis, exactiſsimi vir iudicij, quæſtionem omnem iuris uerborum proprietate, aut æqui diſputatione, aut voluntatis coniectura contineri aſſerit. Sic qnodam loco Cicero, tantus ille uir, ut Rom. forum ſimilem nunquam habuerit proprietatem ſermonis, Iuriſconſult. peculiarem eſſe affirmat. Et planè Iuriſconſulti omnes, qui inter manus uerſantur, hoc eſt, hi de quorum ſcriptis exceperunt Pandectæ (ne quid de priſcis illis dicamus, quorum ad nos ſcripta non peruenerunt) nihil eſt mea ſententia, inquit Valla, quod addi, adimive poſſe uideatur, non tam eloquentiæ (quam quidem materia illa non magnopere patitur) quàm latinitatis atque elegantiæ, ſine qua cæca omnis doctrina eſt, & illiberalis præſertim in iure ciuili. Vt enim Quintil. inquit, omne ius, aut in uerborum interpretatione poſitum eſt, aut in æqui prauique diſcrimine. Quod igitur leguleí iſti dicunt, prudentiam in rerum eſſe cognitione, orationis facultate nihil ad rem pertinere, uideamus qualiter conſtitui poſsit. M. Tul. lib. 3. de Or. de eloq. loquens; Neque uerò, inquit, hoc fugit ſapientiſsimum Regem Philippum, qui hunc Alexandro filio doctorem ac-

cipe-

ciperit (de Ariſt. loquens) à quo eodem ille, & agendi præcepta acciperet, & loquendi. Nunc ſiue quis uolet eum Philoſophorum, qui copiam nobis rerum orationiſque tradat, per me appellet oratorem licet, ſiue hunc oratorem, quem ego dicam ſapientiam iunctam habere eloquentiæ Philoſophum appellare malit, non impediam, dummodo hoc conſtet, neque infantiam eius, qui rem norit, ſed eam explicare dicendo, non queat neque inſcitiam eius, cui res non ſuppetat, uerba non deſint, eſſe laudandam. Item in oratore perfecto, res ſic ſe habet, compoſitè, & ornatè ſine ſententijs dicere, inſania eſt, ſententioſe autem ſine uerborum & ordine & modo, infantia, & rurſus alibi, Illud uerius, inquit, neq; quemquam in eo diſertum eſſe poſſe quod neſciat, neque ſi id optimè ſciat, ignarusq; ſit facundiæ, ac poliendę orat. diſerte ipſum, quod ſciat, dicere poſſe. Phęnix item apud Hom. ad Achil. loquens ita inquit Pater tuus Peleus cum te primum ex Phthia patria ad Agamenonem miſit paruulum, adhuc & bellicarum uerum ignarum, me tibi ideo adiunxit, ut utroque in genere inſtituendum te ſuſciperem. Cenſuit enim te, & dicendi præcepta accipere debere & agendi. Vt iam manifeſtum ſit iungendam eſſe cum eloquentia rerum prudentiam, & contra, ſi quis modo non aut infans, aut inſanus dici uelit. Proinde miramur noſtri temporis iuriſperitos, tam ab eloquentia

alienos, in quibus vel peculiare eſſe debuerat, diſcretè atque ornate dicere, vt qui in maxima reipublicæ luce verſantur, atque omnium oculis, qui ſe conſultos, prudentes, peritos denique iuris dici volunt, dignosque ſolos, omnium literatorum hominum exiſtimant: qui rerum humanarum diuinarumque arbitrium diſceptationemque habeant: quique viros principes, & ſupra humanum faſtigium euectos ſoluere, & illigare legibus interpretationibus ſuis poſsint. Non me fugit quid Lactantius libro quinto ſextoque de eloquentia diſputauit, vir ipſe loquendo lautiſsimus, ſed nos de latinitate, & elegantia, & ſermonis puritate loquimur, ne ſcilicet illotis manibus (quod Caius Iuriſconſultus vetat) diuinarum humanarumque rerum ſcientiam aggrediantur, ſed latinitatis modo ac proprietatis verborum notitia inſtructi, non de diſerta illa, & oratoria eloquentia, quæ iuris ſtudioſis noſtro ſęculo neceſſaria non eſt, tametſi olim, vt quiſque iuris erat peritiſsimus, ita etiam in dicendo præſtantiſsimus. Sed nunc proh pudor, nullam iſti verborum rationem habendam autumnant, dum ſenſus aſſequantur: Sanguinem ſcilicet legum quærendum, non cutem (vt eorum verbis vtar) arbitrantur, non florem, ſed frugem ſcientiæ conſectandam autumnant. Atque hæc ita dicunt, quaſi aut verba, rerum imagines neſciant, & ſenſuum inuolucra, quæ quam maximè

effingi conguenter & accommodatè rebus debent; aut quaſi Bartolus, & Baldus, & reliqui eiuſdem ordinis, quos iſti verborum contemptores pro numinibus colunt, & quorum ſcripta inter ſacrorum vatum oracula in lararijs habent, verba non ipſi appendere quaſi ad Critolai libram ſoleant. Vt enim ille quadam ſolertia in altera libræ ſuæ lance animi bona imponens, in altera corporis & externa, multum admodum propendere illam animi lancem deprehendebat, ſic iſti iuriſperiti vnum quodque verbum, atque adeo ſyllabam, in quibus commodum ſit locis ad conſtituenda ſua dogmata, ponderanda ſolerter, admonentes, verborum vires excutere ſe, & ſcrupulari etiam differentiam æſtimare credi volunt. Quos ſe ſibi imitandos iſti (id quod fatentur) propoſuerunt, niſi manifeſte cum ratione inſanire velint, ſibique pugnare, verba quoque ipſi curent neceſſum eſt, non ſenſum modo quandoquidem ex verbis ſenſus dependent. In hoc enim comparatæ ſunt voces, vt id, ad quod ſunt inſtitutæ, & audientibus, & legentibus inſinuent, alioqui fruſtratoria eſſet verborum inſtitutio, ſi non ſuo munere fungantur, ſed vel audientis arbitrio deſeruiant. Fruſtranei eſſent tituli illi integri de verborum ſignificatione, non in iure modo ciuili, ſed etiam pontificio. Sed age, viuant iſti ſuo more, & iniquiſsima tyrannide venerandam illam priſcam maieſtatem legum con-

culcent, opprimant, euertant, nos quod inſtitutum eſt noſtrum perſequamur, recti fiducia ſubnixi, Nec enim debet ob hoc à virtute quis deſiſtere, quòd paucior ſit numerus eorum, qui rectè viuunt, ſed eo magis ad probitatem contendere. Hæc habui quæ huic lexico præponerem poſcente loco, quò pertinaciam eorum refellerem, qui ſe verborum contemptores ex profeſſo iactitant, ne quis verborum proprietatem ac ſignificationem, quæ eſt huius libelli materia, negligendam, ab illis falſo perſuaſus, credat. Vale Lector candidiſsime, & noſtram diligentiam his quoque minutijs benigno fauore proſequere.

PRO-

PROOEMIVM.

QVoniam Iuri operam daturum prius noſſe oportet vnde nomen iuris deſcendat, ff. de iuſtitia, & iure, l. prima, in principio. Etiam, vt ait Philoſophus primo Elenchorum, qui virtutes vocabulorum ignorant, de facili paralogizantur, ideſt decipiuntur. Niſi enim nomen rei ſcieris, cognitio rerum perit, ſecundum Iſidorum. Turpe etiam videtur patricio, & nobili viro, & cauſas oranti, ius, in quo verſatur, ignorare, ff. de origine iuris. l. ſecunda. §. Seruius autem Sulpitius, & de hæret. cum ex iniuncto. 38. diſtinctio. ſedulo. Ex quibus omnibus habetur, quòd nemo debet ignorare ſcientiam, in qua verſatur. Quod attendens legislator Vlpianus dicit. Bene eſt priuſquam ad verborum interpretationem perueniamus, pauca de ipſius ſignificatione tituli referre. ff. ſi certum petatur, l. prima. Idcirco quorundam terminorum, qui in iure vtroque maximè frequentantur: neceſſarium fore dixi deſcriptiones, & ſignificationes ciues exponere, tam ex ſummis Azo. & Goſ. quàm aliunde collectorum propter iuuenes maximè iuris vtriuſque alumnos. Et hoc breui alphabeti ordine, vt eo melius memória commendentur, & tanto citius inueniantur, perſtringendo etiam cum allegationibus in locis

locis ſuis, vt in iure modicum perfecti per ignota minimè procedentes, his cognitis principijs, & terminorum ſignificationibus, acceſſum faciliorem habeant ad vtriuſque iuris notitiam, quia omni habere memoriam, & in nullo penitus errare potius eſt diuinitatis, quàm humanitatis, C. de vet. iur. enucl. l. ſecunda, §. ſi quid autem, ver. quia omnium. Et notat Bern. de reſcript. capitulo cum adeo. in gloſſa prima, de confirma. vti. vel inuti. capitulo porrecta, in gloſſa ſecunda. Et à lectori ſi aliqua vocabula occurrerint, quorum expoſitio non inueniatur, de hoc non miretur, quia nec omnium memoriam potuit occurrere.

VOCA-

VOCABVLARIVM VTRIVSQVE IVRIS,

Antonio Nebriſſenſi Viro doctiſs. Auctore.

De Litera A.

A, Quando facit ſeparationé,& qñ includit, & excludit,no. Ioã. And. de ꝓb.c.ſtatutũ.lib.6.& Ancha.de elec.c.j.cod.lib.Et a & ab,in ſimili no.Arch.31.diſt.aliter.Et de a,in c.ꝑpur.de do.& cõtu.Et ẽt a & ab, denotat ſeparationẽ. C.de nup.l.a Caligato, & ibi per Cy.in gl.3.l.ordinata.ff.de lib.cau.& ff.de duob.re.l.ſi ex duob.vbi tex.cũ gl.ff.de act.emp.l.3.§.fi.Item a vel ab, eſt dictio ſignificatiua primi termini a quo, ſicut dictio vſq;, termini ad quẽ. Hic aũt terminus a quo, ſignãt excluſiuè,vel incluſiuè, de quo Bar.in l.patronus.ff.de leg.3.Vñ a vel ab, ſignãt excluſiuè dicẽdo in ſtatuto. A pulſu cãpanę,de ſero nullus vadat per vicos ſub pęna tali.Nã hoc ſtatutũ intellr pulſata cãpana. Iõ ſi qs vadat,qñ pulſat̃,nõ incidit in pœnã, incluſiuè ſignãt,ibi. A pulſu cãpanæ de mane quiſq; põt domũ exire,q̄a ſtatuẽs ſic vr̃ intellexiſſe,&c. Et vide plenius de iſtis dictionib.per Ioãnẽ de Feria. in ſua practica in forma capituli, qñ teſtes ꝑducunt̃ ad ęternã rei memoriã.Adde hic,ꝙ aliqñ ꝓpoſitio a,ponit̃ pro ſine: vt l.j.ff.de leg.3.§.hi q̄b.& ibi gl.ſuper ver.apolides. & gl. in l.quidã decedẽs,in prin. ſuper verbo,alogiſtas.de admi.tut.& de ędil.edi.l.ſi qs ſit fugitiuus.§.apud Labeonẽ.ſuper verbo aſylũ.Aliqñ ponit̃ cauſatiuè. 27.q.2.cõiuges.& c.coniux.& c.ſic.§. ex his.Aliqñ pro ex,vt ff.de acq.rer.dom.l.adeo.§.qđ ſi ex vno,& 16.q.3.poſt quingentos.§.itẽ ſi de reb. & c.ſi ſacerdotes. Aliqñ ponitur

pro

pro per: C.ad legem Fla.de plag.l.j. ibi a quo,i. p quē, & l. ſeruo legato. §.j. ff. de leg.j. Aliqñ ſubaudit a iure, vt ff.de re mil. l. milites. ibi militia,i. a militia, & de neg.geſt.l.liberto.§.litē ibi, ſententia, i. a ſententia.

De iſtis dictionib. a,vel ab,an includāt,vel excludāt: vide Bar.in l.patronus.§.j.in fi. ff.de leg.3.& an ſeparationē denotēt. Bar.in l.meminiſſe.ff.de off.procon.&in l.ſi ex duob. de duo.reis.ff.

Adde,ꝙ prępoſitio a,exponitē aliqñ pro poſt, l.2. § ꝙ ad magiſtratus. de orig.iur.

A *ante* B.

AB,aliqñ ponit̄ pro cōtra, vt l.cōmiſſa. ff.de pub. ibi ab hæredibus, i.contra hæredes. Aliqñ ponitur ꝓ ob.C.ſi quis Imp.male.l.j. ibi, ab iniuria,i.ob iniuriā. Aliqñ ꝓ per, extra de app. ab eodē,lib.6. Et differunt a,& ab, vt his verſibus cōtinet̄. Quod facit a,facit ab, ſed in hoc differre vidētur. Ab cū vocali reliquis vult aſſociari. De ab not. ff.de aqua quot.& æſti.l j.§.ęſtatē.& C.de temp.app.l.fi.in princ.& 55.diſt. c.q parte. & 77.diſt.in veteri.35.q.6. ab iſto. 37. diſt. a quibuſdā. per Arch.31.diſt.aliter.

Ab, aliqñ denotat ſeparationem,vt eſt gl,expreſſa in c. ſtatutū.de præb.in 6.gl. in l.ſi ex duob. in verbo ab altero. ff.de duob. reis. & in l.3.§.fi. in verbo a Brundusio. ff. de act.emp. & vend. Bal. & Alex. de Imo. in l.j. ff.ſi quis cau.in 4.col.Ioan. de Imo. & Dom.in cap.frequens. in 7.col. ſupra gloſ. in verſic.15. arctatur tempus.de reſtit.ſpoliat. lib.6. cum concord. ibi. poſitis.

Interdum ponitur pro poſt; gl.in l.neminem.C.de dec. qñq; pro ſine, veluti cum dicitur ab re, i. ſine cauſa. l.ſi quis.ad fi. C.de fur.

Abaces erāt repoſitoria vaſorum pretioſorum. l. hæres, §.cui. de leg.3. Alc. tamen lib.Parer. 4.legit baſes.

Abactor ſm Iſid.lib.10.etym. eſt fur iumētorū, vel pecudum, quē vulgò vocamus abigeū. Nam abigeus eſt, qui crimē abigeatus committit,eſt propriè ille, q pecora alicuius a paſcuis & armētis ſubducit,abigendi ſtudio hanc artē exercēs,vt per aliquid ſignū,qđ facit, animalia fugiāt,ſeparētur,

&

& diſpergantur, & ea ſic recipiat. ſ. cũ pãno rubeo, vel aliàs oues quaſdam ad nemora fugãdo, vt alias accipiat & deprædẽt. Et eſt abigeatus crimen capitale. C. de abigeis. l. vnica. Et maximus Orator apud Græcos Demoſthenes, differẽtiam ponit inter furẽ & abigeũ, dicens, ꝙ ille, qui vnam ſolam pecudem ſurripit fur eſt, & vt fur coercebitur, ſed qui totũ gregem ſubtrahit, abigeus eſt, & crimine abigeatus tenebiť. Et ſine ſcriptione recipitur huiuſmodi criminis accuſatio, vt d. l. vnica. C. de abigeis.

Abamita eſt ſoror abaui. ff. de gra. l. præalleg. §. auunculus.

Abauia eſt mater proaui, vel proauiæ. ff. de gra. l. iuriſc. §. quarto gradu.

Abauunculus eſt frater abauiæ ſecundum Iſid.

Abauus eſt pater proaui, vel proauiæ.

Abbas ante benedictionẽ appellať Abbas: ſecus in Epõ. ita Feli. in c. eam te. de reſc. col. 5. ver. 3. reſtringitur, & ibi quęrit differentia inter Epiſcopum, & Abbatem, vide ibidem Felyn. vt Apoſtolicę. de priuile. in 6. & in cl. & ſi principalis. de reſc. & ibidem Card. 1. q. imò Abbas omnibus prælatis poſt Epiſcopum debet præferri. de quo per Felyn. in dict. cap. meminimus. & cap. ver.

Abbatiſſa habet dignitatem. cap. indemnitatib. de elec. in 6. in §. verum, & l. generali. C. de ſacroſanc. Eccleſ. Dom. de Sancto Ge. in cap. meminimus. de accuſ. verſicul. vlterius quæro.

Abbreuiatura dr̃ inſtrumentum notarij non extẽſum. Bar. l. chirographis, in princip. in 2. no. ff. de admi. tut.

Abdicatio quid ſit, vide l. 2. §. & cum placuiſſet. ff. de orig. iur. l. liber homo. de ſtatu homi. & l. penult. de of. præſid. & l. abdicatio. C. de pa. po.

Abditas, id eſt abſconſas. l. 1. C. de theſau. lib. 10.

Abduci, eſt à veritate ſeparari. Item not. ꝙ adduxiſſe non ſolum is dicitur, qui per vim abduxit ſed etiam, qui perſuaſit alicui, vt ab alio diſcederet. l. itẽ apud, §. abduxiſſe. de iniur.

Abeat, ſine h, id eſt recedat. ff. de in diem addic. l. 1.

nõ eſt. vt l. 4. §. abeſſe. ff. de dam. infec. Quandoq; qui a tribunali abeſt. l. non tan tum. §. ſenatus, de fideicom. lib. alijs quoque modis quis abeſſe intelligit, vt infra in verbo abſens.

Abeſſe non dicitur res, quæ caſualiter abeſt. Bart. in l. quæſitum. §. fin. ff. de leg. 3.

Abeſſe cauſa reipublicæ dicitur quis, quamdiu durat officium, & finito officio quamdiu redire potuerit ſecundum qualitatem ſuæ perſonæ, ſcilicet a die receſſus vſque ad reditum, ſi ob commodum ſuum non abfuit. Bar. in l. abeſſe, ff. qui. ex cau. ma.

Abhinc, aliquando ponitur temporaliter, & reſpicit futurum tempus, vt abhinc, ideſt ab hoc tempore in antea. C. de ſacroſanct. eccl. l. placet.

Ab hoc, ideſt poſt hac, ff. de orig. iur. l. 2. §. hunc.

Abhorrere aliquando ponitur pro differre, l. ſi tibi areæ. §. ſed ſi puerum, de præſcrib. verb.

Abigere eſt a ſe expellere, vel crimē abigeatus exercere.

Abigere partum eſt per abortionem eijcere. l. Cic. de pœnis.

Abigeus, vide, Abactor.

Abijcere eſt ſpernere, vt in auth. quib. mod. nat. effic. legi. §. ſit igitur.

Ab inteſtato, ideſt ſine teſtamento. inſt. de hæred. quæ ab inteſt. defe. in rubro, & in nigro.

Abiudicare, & adiudicare differunt. Nam abiudicare idem eſt, quod remouere, & abdicare, adiudicare autem idem eſt, quod applicare: facit tex. & ibi not. in c. cum venerabilis, verſ. quia verò ibi, eidem epiſcopo adiudicauimus, de exc. & in c. auditis. in verb. adiudicantes. de præſcr. & c. cum cauſa, in ver. adiudicare curaui. de re iud. & adiudicatio propriè habet locum in his, quæ habēt cauſam mixtam, ideſt in communibus iudicijs. l. ſi quis fundum. §. officio. ff. communi diui. & l. ſed & ſi res. in prin. ff. de pub. Aliquando exponitur adiudicare, ideſt iudicare ad ſe ſpectare, vide Ioan. Mo. Archid. & Doct. in c. Abbate ſanè. in princ. & ibi Dom. de ſancto Gem. in 2. col. in verſic. Nota, ꝙ procedit concluſio, cum ſeq. verſic. de re iud. lib. 6. Quandoque po-

nitur pro confirmare, vt in c. vt quis duas. in fi. de elec. lib. 6. & vide Alber. de Roſa. in ſuo Diction. in ver. adiudicatio.

Ablatiuus caſus aliquando reſoluitur in accuſatiuum & præpoſitionem propter vt mandato, ideſt propter, ff. mand. l. ſi mandato. §. fi. & l. cotem ferro. §. eam rē. de pub. Aliquando in accuſatiuum, & præpoſitionem, in, vt quiete, ideſt in quietem. C. de primice. l. j. lib. 12. Item ablatiui abſoluti in contractibus nō diſponunt, ſed reſoluuntur, patet, quia agi non poteſt, ita not. Bartolus, & Baldus in l. j. C. quādo lic. ab emp. diſcedere. facit l. euictis agris. ff. de vſu. l. euictare, de euictio. l. exceptis. ad le. Falc. Item in vltimis voluntatibus, l. a teſtatore, vbi Bartolus & alij, ff. de cond. & demonſt. niſi verba referantur ad eum, quem teſtator poteſt grauare, l. fideicommiſ. §. cùm eſſet. vbi plenius Bart. ff. de leg. 3. & ibi late per Iaſonem. Item adde quod aliquando ablatiui abſoluti nihil important, vt eſt tex. in l. 2. §. poſthumis. in verſic. ſed ſi extraneum, iuncta gloſ. in verbo filio præcedente, de vulg. & pup. & l. adoptare, ff. de adop. Item adde, ꝙ ablatiui abſoluti faciunt conditionem expreſſam: ſecundum Bart. in l. j. in vltima colum. ff. de cond. & demonſt.

Abmatertera eſt ſoror abbauię, inſt. de gradibus, §. ſexto gradu.

Abnepos eſt filius nepotis.

Abneptis eſt filia pronepotis, vel proneptis.

Abnoctare ſignificat per totam noctem abeſſe. l. illud, de off. pręſid.

Abolitio eſt accuſationis inſtitutæ peremptio, vel abſolutio, qua quis nomen alicuius accuſauit, cū omni inſcriptione iam facta in totum aboletur, remiſſa neceſſitate accuſandi, & habet impetrare a principe, vel iudice ab illo, ſcilicet qui aliquam accuſationē inſtituerat, & in ea ſe inſcripſerat, talis enim citra infamiam deſiſtere nō poteſt, niſi abſolutionem impetrauerit. Sed quando talis impetrat, quòd deſiſtat, & quòd illud, quod per accuſationē inchoatum erat, deleatur, ritè fit. Et eſt duplex

plex abolitio, ſcilicet generalis & ſpecialis. De generali habetur C. de abol. genera. l. vlt. & ff. de abol. l. abolitio. Et per hanc eximitur reus, quòd non incidit in Turpillianum, ſi non deſerat accuſatum. ff. de abol. cri. l. ſi interueniente. Et infra triginta dies poſt obligationẽ generalem cauſa propoſita non poteſt probari, ad eã redire non põt. C. de abolitio. generali, l. j.

Abominatio appellatur ſeruitus idolorum, ſ̃m Hiero. in homilia. Largius tñ ſumitur in communi vſu loquẽdi, pro qualibet re turpi, & abominabili. Vnde dicitur abominatione populi, extra de cler. ægror, c. tua nos. Vel abominatio eſt Deo eleemoſyna facta de rapina, ſimonia, vel vſura. j. q. j. non eſt putanda. 14. q. 5. ſcriptum eſt.

Abominationem rectè appellabimus, quam dicimus excommunicationẽ, & abominatum, qui eſt excommunicatus. Sic enim plerunque appellat Alciatus noſter.

Abortiuus eſt puer, vel alter fętus ante debitum tempus natus, & ideò ſic dicitur, quòd non oriatur, ſed aboriatur, & excidatur, ſecundum Iſid. lib. 10.

Abpatruus eſt frater abaui, vt inſt. de gra. cog. §. ſexto gradu.

Abre, i. ſine cauſa, vt habetur in l. ſi quis ſeruo alieno. C. de fur. & l. cenſent. C. quomodo, & quando iudex.

Abrogare eſt deſtruere, vel delere in toto, vnde dicitur lex abrogata, quãdo in toto eſt ſublata, vel deſtructa. Sed derogatur ei, quãdo in parte tollitur, vel ei detrahitur. ff. de verb. ſign. l. derogatur, & abrogare interdum eſt addere aliquid. Et ſeptẽ de cauſis aliquid abrogatur, vt not. diſt. 4. §. hæc & ſi. de legib.

Abruptum, i. turpiter acquiſitum, vel aliter, vt ff. quarũ rerum actio non da. l. j. §. ſi manumiſero.

Abſciſsè, i. fixè, & determinatè, l. ſemper. §. demonſtrator, de iu. immun.

Abſens, quis dicitur in iure multis modis, vt tradit Iaſ. in §. rurſus. in princ. inſtit. de act. & poſt eum Acc. in l. mulieris, & in l. abſentem, de verb. ſign. de quo vide etiam proximè, in verbo, abſentia.

Abſentia eſt quintuplex, & qñ quis obtentu abſentiæ in integrum reſtituitur vi de gl.l.fi.ff.de in integ.reſ. & Iaſ.in præalle.§.rurſus. Abſens autem propriè dicitur qui eſt extra prouinciam, ut C.de bo.au.iudi. poſſ.l.fi.§.vlt.Tñ quãdoq; accipitur pro eo qui præſens nõ eſt eo loco ubi petitur.ff.de ver.ſig.l.abſentem. Vnde abſens multis capitur modis. Primò ille dr̃ abſens qui alium audire & intelligere non põt: ſic capitur ibi cũ dicitur, ſtipulatio nõ põt fieri inter abſentes,inſti.de inut. ſtip.§.item verborum. Secundò abſens dicitur, qui nõ eſt in eadẽ prouincia, vt C.de long.temp.præſc. l.fi.Tertiò abſens dicitur, vt hic ſequitur teſtiũ productio nõ poteſt fieri parte abſente, ſi velit adeſſe. Et ſic dr̃ abſens, qui non videt ꝓducere, vel iurare teſtes,ut l.ſi quando.C.de teſti.Quartò abſens eſt, q nõ eſt in domo ceũ reſpectu cuius nũtiandum eſt nouum opus.ff.de no.op. nũ.l.de pupillo.§.ſi quis. Quintò dicitur ille abſẽs qui faciliter nõ poteſt inueniri,vt qa præſente principali fideiuſſor non põt conueniri.C.de fideiuſ.& ma.auth.præſente. Sic ẽt accipitur in l.præſens.ff. de proc. tibi dr̃. Præſens eſt,qui in hortis eſt.1.qui faciliter poteſt inueniri. Sextò abſens dicitur qui ad lucrandas diſtributiones materiales præſentiarum abeſt.ſ.qui non eſt in choro hora determinatiua, & ita licet ſit in eccleſia, tamen extra chorum, in certis horis dr̃ abſens.

Abſentem eſſe aliud, eſt quã haberi ꝓ abſente.Bart.in l.ſi maritus.§.j.ff.de adul. & quæ abſentia prodeſt. Bart.ibid. & quæ abſentia iuuet abſentem aduerſus geſta contra eum, Bartò. in l.quia abſente. C. de proc.

Abſoluere.i.reconciliare.11. quæſtio.3.ad menſa.§.penult.

Abſolui dicitur creditor cũ ſibi ſoluitur.l.& in cõtraria.ff.de vſur.

Abſoluo, ideſt abſolutũ eſſe oſtẽdo.24.q.1.audiuimus de iureiur.c.2.& gl.in c.ex diligenti.de ſimo.quæ exponit abſoluimus, id eſt abſolutum oſtendimus.

Abſoluta dn̄r lecta, & a partibus approbata, vel abſoluta ſubſcripta, ſic exponitur. inſtit. de cōtrah. emp. §. & pro hoc. C. de fid. inſtrum. l. contractus.

Abſolute exponit̄. 1. ex tóto ext. de rſa. c. beneficiū, lib. 6. vel abſolute. 1. præciſe. extra de hęr. c. cōtra Chriſtianos lib. 6. & in auth. ut fratrū filijs. §. j. Aliqn̄ expo nit̄ abſolute. 1. libere, vt in aut. de man. pr. §. ſed neq;

Abſolutio differt à reuocatione, nā abſolutio fit a ſē tentia excōicationis ſuſpē ſionis, vel interdicti iuxta formā eccl'æ cū baculo dicēdo Pſal. Miſerere, & De profundis, & fit cum ſolēnitate. Sed reuocatio eſt ſententiæ verbalis ſine ſolemnitate. Etiā abſolutio fit ſi excōicatio tenuit, & ſi nō tenuit fit reuocatio. Item abſolutio reddit qđ excōicatio intulit præter q̄ fructus quos excōicatus iuſtè perdidit, quia p abſolutionem tales nō recuperat, vt in auth. vt cū de ap. cog. §. generalem, verſ. ſi verò poſt col. 8. Et abſolutio ex falſa cauſa ſup vo to impetrata non tenet, & eſt nulla, vt no. c. qđ ſuper his. de fid. inſtr. Et licet excommunicatio ſit lata ex falſa cauſa, ſemper tn̄ timenda eſt 11. q. 3. c j. & de off. or. ex parte. in gl. Et an pecunia poſſit peti, vel dari pro abſolutione uide de ſimo. ad aures. & cap. dilectus, & 1. q. 1. nullus epiſcopus.

Abſq; eſt primatiuum, ut in l. minus. C. de acq. poſſ. & quando ponitur excluſiuè, & quādo incluſiuè no ta Arch. de proc. qui generaliter. lib. 6. Adde, ꝙ iſta dictio negat & maximè in poſitionibus & articulis. Bar. in l. inter ſtipulantē, ff. de verbo. obl.

Abſtinere hæreditatē eſt idē quod repudiare hæreditatem, hoc tamen differūt, quòd abſtinere ptinet ad ſuos hæredes, repudiare autem ad extraneos, §. extraneis, vbi glo. Inſtit. de hær. quali. & diff.

A *ante* C.

AC, aliqn̄ ponitur pro. i. vt C. de ſacroſ. eccleſ. l. decernimus. ī prin. Aliqn̄ ponitur copulatiuè. C. de ſumma Tri. l. nullus. in fi. Aliqn̄ ſimilitudinariè, in clem.

clem.1.de iudi.inſti.quib. non eſt per.§.ex hoc.in fi. & ff.de acq.re.do.l. qui ratione.§. literæ. Aliquando abijcitur, & pro nihilo ponitur. inſtituti. de tute. §. tutores autem.ibi, vim ac poteſtatem.i. violẽtam poteſtatem.

Acceptare eſt frequenter accipere, vel per acceptilationem liberare, ff.de pac. l.tale.§. poſt diuiſione.

Acceptilatio eſt liberatio p mutuam interrogationẽ qua vtriuſque cõtingit ab eodẽ nexu abſolutio.i. diſſolutio.ff.eod.tit.l. 1. Vnde acceptifero acceptituli acceptilatum verbũ cõpoſitum, à quo venit acceptilatio. i. imaginaria ſolutio, q̃ ſimulat debitorem ſuũ ſibi ſoluiſſe, quod nõ ſoluit, idque in animo facit remittendi, q̃ illa verba dicendo, quicquid tibi per ſtipulationem ꝓmiſi, uel ex ſtipulatu debui, habes ne acceptum? & tu reſpondeas, habeo acceptũque fero, quaſi dicas, perinde habeo ac ſi accepiſſem à te p verã ſolutionẽ. Et ſic ſicut vera ſolutione liberatus eſſes, ita hac acceptilatione liberaris, vt C.e.ti.l.j.in gl. 2. Itẽ acceptilatio differt ab apocha.l.ſi acceptolatũ.eo.ti.

Accepto ferri. i. approbari. C. de ſuſc. & archa. l.ſecuritatis, lib.10.

Accerſitus eſt collectus uocatus, vel circa ſe ſitus, 63. diſtin.quia igitur.13.q. 2. quam propoſterum.

Acceſſio dr̃ aliquid ad iacẽs alteri, vel oẽ, id q̃d eſt acceſſorium & neceſſarium prĩcipali, vt capiſtrũ, equo vel veſtis ſeruo, ut ff.depo. l.1.§.q̃ depoſitis. Si.n.ſeruum emeris, veſtẽ in qua traditur acquiris, & ſi de ea mẽtio non ſit facta.

Acceſſorium idem eſt quod acceſſio, & ſequitur naturam ſui principalis, inſtit. de re.diu.§. ſi tñ alienã.ff. ſi quis cau.l. ſi eum, §.qui iniuriarũ, & in regula acceſſoriũ, de re. iu.lib.6. Et qñ acceſſorium venit officio iudicis mercenario, tũc ſublato principali tollit, & acceſſoriũ. C. de po. l. 4. Secus quãdo acceſſorium uenit officio iudicis nobili.ff.dé condi.ind.l.fi. §.Lucius, in gloſ. alias rl̃r. nõ tenet acceſſorium, vbi non tenet principale.l.cũ principalis, de reg.iur.niſi di-

diuerſam habeant rationem, vt ibi tradit Dec. de qua regula latiſſimè Dyn. in d.c. acceſſorium vbi videndum.

Accidere interdum ſignificat mori. in l. vulgari. §. ſi. de verb. ſig.

Accipere aliqn̄ capitur ꝓ recipere, ut in auth. de dep. & denu. circa prin. col. 6. Aliqn̄ accipere exponitur. i. retinere, ibi Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. 27. q. 2. priuſquam. Accipere uel recipere dicitur quis verè, vel interpretatiuè, ut not. in glo. l. poſtulante, in fin. ff. ad Treb.

Accipere nō inducit dñij trāſlationem de neceſſitate. Bar. in l. naturalis. & §. ſi quidem. ff. de præſcr. ver.

Accipere & capere differūt. Nam qui capit rem ſuam facit, ſed qui accipit non facit ſuā. Et qualiter intelligatur hoc verbum, accipit, vide de acq. rer. do. l. in laqueum. in glo. 1. & 2. & ff. de fur. l. qui uas. in gl. 2. Aliquando accipere ponitur pro intelligere, & cognoſcere, §. cunque. in proœmio Inſtit.

Accipere iudicium pro litē cōteſtari. l. is qui. de rei vē.

Accipiat poſitum in ſubſtitutione eſt verbum directū Barto. in l. Centurio. ff. de vulg. & pup. ſubſti.

Accola eſt, q colit terrā non propriā, vnde: Accola nō propriam, propriam colit incola terram. Et dicitur ab ad, & colo, quaſi, q adueniens colit terram.

Accommodare apud Iuſt. §. den. in proœ. Inſtit. eſt tribuere Goffr. in l. ſi qua. C. fam. er. poſuit pro impartire, atque interponere.

Accommode. i. multum commode. de elect. ubi periculum. lib. 6.

Accreſcat, hoc verbum inducit fideicommiſſum Bar. l. codicillis. de vſufr. leg.

Accumbere pro iacere. l. hęc verba. §. diſiunctiuorum, de verb. ſig.

Accurate. i. diligenter, ſtudioſe, curialiter, vel cōpoſitè.

Accuſator eſt ille, qui aliquē coram iudice accuſat, & criminalē ſibi mouet quæſtionem. Et dicitur accuſator, quia ad cauſam uocat eum, quē appellat, vt in cap. forus de verb. ſign. poſt medium.

Accuſare iure mariti eſt ī accuſando, certa hūt ſpecialia,

lia, de quib. in l. iure mari ti. & l. quamuis. C. de adu.

Acephalus. i. ſine capite aba; quod eſt ſine, & cephas. ca put. 24. diſt. nulla. in auth. de app. §. generalem.

Acetũ nõ cõtinetur appellatione vini. ff. de vi. & oleo le. l. ſi quis vinũ. Bar. in l. 1. de erog. mil. ann. lib. 12. C.

Acinaceũ vinũ appellatur vinum ſecũdarium, hoc eſt quod ex vuis expreſſo muſto addit, atq; acqua maceratis conficitur. l. ſi quis vinum, de vi. tri. & ol. leg.

Acohti Græcè dicuntur cero ferarij, vel accidentes Latinè, à deportãdis cereis, qñ legendum eſt Euãgelium aut ſacrificium offerendum, vt inquit tex. in c. cleros. ad fi. 21. diſtin.

Aconitum, ſpecies veneni. l. eiuſdem. §. alio. ad l. Corn. de ſicar.

Acor & mucor ſunt vitia vini & panis quando aceſcit & muceſcit.

Acrimonia eſt propriè acerbitas, ſed ſm legiſtas eſt pęna quæ infligit̃ ſacrilegis ſicut incarceratio, vel exilij relegatio. C. de ſacroſ. eccle. l. placet, quę eſt canonizata. 16. q. j. c. placet, ſub §. nouarum, vbi etiam dicitur de hoc.

Acta dicũtur publicę ſcripturæ negotiorũ, q̃ in iudicio aguntur ordinẽ eorũ, modum & figuram continentes. Vel ẽt ſunt proceſſus ſiue geſta curiæ gl. in l. acta. de re iud. & c. qm̃ cõtra. de ꝓb. Sũt aũt acta triplicia. Nã quædã ſunt acta iudicij ordinatiua, quæ valent ad ordinationẽ iudicij, vt eſt libelli oblatio, li. cõteſt. Quędã valent ad veritatis indagationem & dicũtur in dagatiua veritatis, vt depoſitio teſtiũ editio inſtrorum, & cõfeſſio partium. Et q̃dã litis deciſiua, quæ valent ad deciſionẽ cauſę. Item acta ẽt qñq; dicimus locum, in quo reſidet, iudex inſtructus de cauſa cognoſcẽs vbi acta deteguntur, vt quilibet factũ ſuũ audiat ſeu videat, & ſuum conſequatur vt meritum, qui locus aliter etiam ius appellatur, de iu. & iur. l. penult. §. fin. Porrò acta & geſta quemadmodum diſtent, oſtẽdit Iuriſ. in l. Labeo. de verb. ſig.

Actio ſignificat tripliciter, ſtrictè, latè & latiſſimè. Strictè ſignificatius procedendi, ꝙ oritur ex obli-

gatione. Latè ſignat dum iuriſdõnem iudicis, & ita nedum ſignat perſonales, ſed ẽt reales actiones. Latiſſime cum etiã ſignificat officiũ iudicis, & hoc mõ querela in offi.teſt.dicitur actio. ff.de leg.1.l.cum filius.ĩ prin.facit.l.actionis.verbo. ff.de verb.ſig.& l.actionis verbo. ff. de act.& obl. Et hoc verbũ actio ſignat bene ſimul ius & factũ, nec eſt inconueniens. Actio ergo ſignat officium, i. ius proſequendi licet officiũ ſit facti & ponatur differẽtia inter iuriſdõnem, & officium. Eſt.n. actio ius proſequẽdi in iudicio qđ ſibi debetur, Inſt.de act.in princ. Et addunt quidam quod ſuũ eſt vel alienum, ita vt illa diffinitio includel oẽm actionem tam in rem, q̃ in perſonam, ſed illa diffinitio præmiſſa ſolũ comprehendit actionem perſonalem. illud autem quod tuum eſt, tibi nõ debetur. Si vero quod non tuum eſt, & quicquid eſt in iudicio debet includi diuerſimode quod petitur, & concluditur in actione reali, & perſonali, quia in perſonali peto mihi debitum, in reali vero actione peto aliquid vt meum, quare hoc verbum actio ſumitur aliter, & aliter vt præmiſſum eſt.

Et nota ꝙ hoc verbum debetur qñq; large ſumitur, vt cum dr̃ quicquid in iudicio tibi debetur, i. tres quã petis vt rem tuam ſiue rei vẽdicatione actione commodati ſiue depoſiti ſm Azo.in ſum. tit.de edẽ. circa princ. Olim dicebatur actio cõceptio verborum formata à magiſtratib.l.2. §.deinde.ex his.ff.de orig. iur.vnde dicebatur formula vulgaris.ff.de fur.l.ſi ſeruus nauem. Hodie autem fit ſine impetratione & cõceptione verborum ſolennium. C. de formu.& impe. act. ſubla. per totum. Nec hodie eſt aliqua differẽtia interdicta & actiones cum interdictũ nihil aliud ſit quam actio prætoria. Dicitur ergo actio ius ciuile, vel prætorium quo debitum in iudicio à te exigere poſſum, vel petere rẽ mihi reſtitui ſecundum Azo. & Goff. de iud. c.dilecti, & eſt actio de iuci. Inſtit.de iur. natu.gen. & ci.§.ius autem. Et ſecundum

dum canones actio dicit cauſa.c.furus, de verb. ſigni. Et ſecundum leges actio debet poni in cauſa, quia nemo ſine actione experitur.ff.de neg.geſt.ſi pupilli in fi. & c. examinata de iud. prohibentur tamen attentius nimis ſubtiles actionem intētiones, vt in c.dilecti. de iudi.

Adde ꝙ actionis verbū modo ſumit generaliter modo ſpecialiter, generaliter accipitur pro omni actione, ſiue ſit in rem, ſiue in perſonam. Specialiter, ꝓ actione perſonali tantū. l.pecuniæ verbum.§.actionis,de verb.ſig.Accipitur, & multis alijs modis.quos annotauit glo.2. Inſtitut. de actio. in princip.

Actio ad exhibendum datur contra poſſeſſorem. vel aduerſus eū, qui dolo malo poſſidet, vt rem exhibeat. i.in publicum deducat: vt fiat aduerſario copia vēdicandi, ſecundum Azo. in ſumma tit. ad exhi.in principio.Nā exhibere eſt rem in publicum deducere, & uidendę, tāgendęq́; & apprehendendæ rei facultatem præbere, & oſtendere, vt aduerſarius copiam habeat rē eſſe ſua contendēdi, vt cū quis dicit, hęc eſt res mea,quia tacta,ſeu viſa ab eo ſibi ſuadetur,vt ff.ad exhibendum l. 2. cū ibi not. Et ſi erit inſtrumētum res ipſa exhibenda. debet fieri facultas legendi,& etiam deſcribendi.ff. quēmadmodum teſta. ape.l.1.& 2.§. inſpectio. Et ſic exhibere dicitur propriè quaſi extra ſecretum habere, & ſecundum Placēt.quaſi extra ſe habere.

Actio arborum furtim cæſarum habet condemnationem aduerſum eum, qui arbores furtim cædit, inſcio, & inuito domino. Et competit cōtra ipſum dānum dantem ad duplum dati,in quo caſu etiam cōpetit huic actio legis Aquiliæ,ita tn̄, vt deducere poſſit in condemnatione,qđ actor conſecutus eſt altera actione,ut ff. arborum furtim cęſarum. l.1. & appellatione arborum etiā vites continentur. ff. de arb.cæd.l.1. §. arboris.Itē continetur hædera, quæ impropriè dicitur arbor ex interpretatione, & plerunque arboribus hær.ff. arb.fur.cæſ. l. vitem, & in glo.

gl. ē t, & arūdo nō male dicetur arbor. & idē de Salicto, qn̄ iā radices immiſit, ut ead. l. vitem. iuncta glo.

Actio caluiſiana eſt, p quā reuocantur ea, quæ in fraudem creditorum, patroni libertus alienauit. ff. de iure patro. l. ſi libertus.

Actio cōmodati eſt triplex. ſ. directa, vtilis & contraria. Vnde directa competit ei, qui rem aliquam commodauit contra commodatarium ad repetendum ipſam rem, vt ei res & eius acceſſiones reſtituātur facto, & expleto vſu, propter quem commodatū eſt. ff. cōmo. l. 1. ſecundū Plac.

Actio commodati contraria ei cōpetit, qui cōmodatū accepit in eum, qui cōmodauit ad impēſas in re cōmodata factas veluti ſi ægrum ſeruū curauit. Sed quod nomine cibariorū impēdit, nō repetit, ff. cōmo. l. in reb. §. poſſunt cū §. ſequenti. Actio commodati vtilis ſm Plac. compe tit vbi non eſt uere cōmodatū, ſed interpretatiue, ut ſi amicus ex confidētia rem amici ex propria autoritate accepit. Et pone melius exemplum per l. 3. §. fi. cum l. 2. & 5. in princ. ff. commodati.

Actio cōi diuidūdo inter eos datur, qui ſine ſocietate, nec ex cauſa hæreditaria aliquid commune habēt, ut id diuidatur, ſecūdum Plac. & Az. Item ſi ex contractu ſocietatis res illa ſit communis, habet locū diui. l. 2. Et de iſta adiectione. ff. de iudicijs. l. in trib.

Actio conducti cōpetit ei, q̄ conduxit a locāte vel à locatore fundum, vel pdiū, vel domum, & cōpetit ei ad hoc, ꝙ liceat ſibi inhabitare, vel in vſu habere rem conductam, etiam cō petit contra locatorem, ſi aliquis expenſas vtiles, uel neceſſarias ibi fecerit.

Actio confeſſoria eſt, quæ cō petit ei, qui dicit ſe habere ius uel ſeruitutē per fundum vicini eundi, uel agēdi, vel altius ædes ſuas leuādi, vel quātunq; aliā ſeruitutem in re ipſius, etiā inuito eo. Hęc autē actio in rem dr̄, vel realis, quia rem tuam corporalem, ſ. ius eundi per fundum petis, quamuis, ipſa ſeruitus ſit ĩcorporalis, vt ff. ſi ſer. ven. l. ſecūda. in principio. Et dicitur cōfeſſoria, quia

ver-

verbis affirmatiuis conſtituitur, & eius contraria verbis negatiuis proponitur, quæ dicitur actio negatoria, ſecundum Placē. ff. ſi ſerui. venditio. l. ſi qñ, §. cum in domo, & ibi no. Vnde actio negatoria cōpetit ei, qui dicit aliquem non habere ius, uel ſeruitutem ad aliquid quod facere uolebat alter, & ipſum per hāc actionē prohibet, ut quādo dominus fundi intēdat aduerſus te ſolitum ire per fundum ſuum dicens. Non eſt tibi ius ire per fundū meū, & hæc actio ſimiliter in rem dicitur, quia dominus, fundi uendicat libertatem, dum ipſam intendit verbis negatiuis, dicēs, quòd alter non habet ius eundi, vel agendi, per fun dum ſuum, nec altius ædificandi ædes, ne luminib. ſuis noceat, & ſic per hāc dominus fundi ad hoc agit, vt fundus ſuus declaretur liber, & alter deſiſtat, & prohibeatur ne cū de cætero inquietet, ff. ſi ſer. vend. l. 2. & l. loci corpus, §. competit, & inſtitutio. de actio. §. contra. Et actio non competit de dominio, ſed de iure prædiorū, ſicut & cōfeſſoria, vt in pal. l. 2. in prin. Et licet ſm Plac. dicatur ideo negatoria, qa verbis negatiuis intentarur tñ, cōtrarium, no. in l. 2. & §. cōtra, ſupra alleg. Nā quælibet earum. ſ. actio confeſſoria, & negatoria pōt dari per verba affirmatiua, & etiā per negatiua. Nō ergo ſumunt differētiam per formam verborum, ſed differūt ratione materiæ. Inde bř concludendo, ſiue p affirmationē, ſiue per negationē debeť, tñ in hoc differunt, quia confeſſoria datur ad tuēdā ſibi ſeruitutem debitam, & negatoria dať ad tuendā ſibi libertatē ſuā. Et notēt Doc. exempla, in quibus confeſſoria intentatur uerbis negatiuis, & negatoria verbis affirmatiuis, in c. cum eccleſia Sutrina, de cauſa poſ. & propriet. vbi bona gl. de his, extra de iu. in c. examinata, & in d. l. 2. ff. ſi ſeruit. uend.

Actio criminalis dicitur, ex qua pœna fiſco eſt applicēda, licet pecuniaria ſit, & gl. & Bar. in l. 3. in prin. de ſepulchr. viola.

Actio

Actio datiua, quæ require in fra in verſi. actionum 13. ſpecies.

Actio depoſiti eſt duplex, ſ. directa, & cõtraria. Actio depoſiti directa competit depoſitori ad repetendũ depoſitũ, & acceſſiones eius, & cõpetit in ſimplũ, niſi fortè res ſint incendio, ruina, naufragio, tumultu, depoſitæ. Hoc cũ caſu, q depoſitum ſic receperit, ſi negauerit, & inficietur, & de hoc conuincatur in duplo condemnabitur: hæc probatur, ff. depoſiti, l. 1. §. ait prætor. Sed actio depoſiti, contraria competit ei penes quem res depoſita eſt ad petendũ impẽſas ſi quas circa rem impẽderit, & illas repetit: vel dãnum datum per ſeruũ depoſitũ, ſecundum Placẽt. De illa contraria actione habẽt, ff. depoſ. l. ſi apud. in princip. & l. actione.

Actio de appoſito, vel ſuſpenſo quo iter eſt vulgo: cuius nocere poterit: dat̃ aduerſus eũ, qui in ſub grũda, vel ꝓtecto habet id appoſitum vel ſuſpẽſum qđ nocere potuit: cuius condẽnatio eſt decẽ ſolidorũ, ff. de his, qui deiec. vel effud. l. ſi verò, §. ait prætor.

Actio de conſtituta pecunia cõpetit aduerſus eum, qui ſine ſtipulatione cõſtituit pro ſe, vel ꝓ alio ſoluere, C. de conſtit. pecunia l. 2. Nam conſtituere largè dici poſſet quilibet qui pro alio ſe obligat: ſed C. de conſtit. pecun. conſtituere ponitur pro eo tantũ qui quod alius debet, ſe ſolutum conſtituit: nec diſtinguitur ex qua cauſa quis debeat: certa vel incerta, vel ciuili, vel honoraria; dum tamen efficaciter debitum potuerit peti, & exigi, vel ſaltem ſolutum retineri; vt quia tantum naturale erat debitum.

Actio de dolo cõpetit mihi, quãdo damnum dolo malo à quouis eſt mihi datũ, vel ſi qs aduerſus me verſetur doloſè cõſulẽdo, vel malitioſè negotia mea ad miniſtrando, nec ſupereſt aliqua alia actio qua poſſũ experiri. ff. de dolo, l. j. §. verba: ſed nõ datur niſi duos aureos excedat. Hæc aũt nõ dat̃ liberis cõtra parentes. Ratio, quia odioſa eſt & in ea condemnatus, infamis efficitur. Nec dat̃ liberis cõtra patronos, nec hu-

humili aduerſus eum, qui dignitate excellit, nec plebeio aduerſus conſularẽ receptæ auctoritatis, nec luxurioſo, vel prodigo aduerſus hominẽ vitę emẽdatoris. Datur tamen hæc actio in factũ contra prædictos, vt fiat mẽtio bonæ fidei, & verbis ſit temperãdis in conceptione libelli, in qua nulla eſt facienda mentio doli, hæc probantur, ff. de dol. l. ſi oleum. §. fi. cum l. ſequen.

Actio de dolo, & furto eorũ qui ſunt in miniſterio cauponum, ſtabulariorũ, uel nauem exercentiũ, datur aduerſus caupones ſtabularios, & nautas, qui quãdo officio malorum, omnium vtuntur in duplo, ſeu in duplum tenetur; cum dolus vel furtum cõmiſſum eſt in his reb. quas ſaluas forte recipere. ff. na. cau. ſtab. l. 1. & infra actio in factum.

Actio de effuſis, & eiectis datur aduerſum eũ: ex cuius habitatione, vel habitaculo aliquid effuſum, vel eiectũ eſt cõtra iter publicũ. unde damnum datum alicui tranſeunti reſtaurãdũ eſt in duplũ, & ſi liber homo inde perijſſe dicatã in quinquaginta aureos hęc datur actio. Si verò viuet, nocitũq; ei eſſe dicetur; datur ob eam rem quantum videtur iudici ex bono, & æquo: compenſatis impenſis factis, & operib. quib. eſt cariturus inutiliter. ff. de his qui deiec. uel effud. l. 1. in princ.

Actio de in rem verſo datur aduerſus dominũ uel patrem ſi ſeruus, vel filius pecuniam in rem patris, vel domini impedit quã mutuo accepit, ff. de in rẽ verſo, l. 1. in princ.

Actio de paupere competit aduerſus eum, cuius aĩal damnum dedit contra naturam ſui generis, v. g. ſi equus nõ ex loci anguſtia, vel nõ inſtigatus calce pcutiat, vel bos cornu petat ex naturali feritate. Secus tñ ſi inſtigatus, vel ex loci anguſtia damnũ dederit, in huiuſmodi actionis cõdemnatione, uenit dãni dati reſartio, aut in ſolutione venit ex l. duodecim ta. noxę deditio. domin⁹, enim noxali iudicio ſui nomine conuentus, ſeruũ actoris noxę dedẽdo liberatur, inſt. de noxa. act. §. 1. &

i.& ſi animalia noxæ dedãtur, proficiunt reo ad liberationem, inſtitut. ſi quad. paup. fec. dic. Et vtrum malit aut ſoluendo damnum ſufferat, aut aliàs ꝓ noxa det animal: hoc per eum ſtet. Et probantur hæc. ff. ſi quadr. paupe fec. dica. l. j. ĩ prin. & inſtitutio. eo. ti. §. j. Et noxia ſignificat delictũ: ſed delinquens vocatẽ noxa. inſt. de noxa. in gloſ. ſup verbo noxia. Vnde verſus. Noxia delictũ, delinquens noxa vocatur. Et tamen ſæpe vnum pro reliquo dicitur, ſeu accipitur. vt ibidem dicitur.

Actio de peculio, vel peculio tenus competit ei, qui cũ filiofamilias, vel ſeruo peculium habentib. contraxit. ff. quod cum eo. l. j. cũ ſeq. Quæ poſt mortẽ filij vel ſerui eſt annalis, nec nõ poſt emancipationem manumiſſionem, vel alienationẽ, ff. qñ actio de pe. eſt annalis. l. j. §. quandiu. vbi dicitur. Quãdiu filius vel ſeruus in poteſtate eſt de peculio actio perpetua eſt: poſt mortem aũt eius: vel poſtquam emancipatus, manumiſſus, alienatusve fuerit: tẽporalis eſſe incipit, i. annalis: & cõpetit hæc actio, aduerſus dominum vel patrem: vt no. ff. de pec. l. j. §. verba.

Actio de rationibus diſtrahẽdis datur, pupillo ad impugnãdũ rõnem à tutore redditã, q fortè res aliquas pupilli abſtulit, nec illas in lib. rationũ deſcripſit: Dicta ex eo, ꝙ rationis redditio per tutorem facta, diſtrahenda. i. dilanianda, & inſcidenda venia per eiuſmodi actionem. l. 1. de actio. diſtrahend.

Actio de reb. eccleſiaſticis vẽditis cuſtodib. earũ datur aduerſus eos, qui ſacras res emerunt citra formã: nulla eis actione relicta contra ſacroſanctas eccleſias de pretio, quod dederunt repetendo. Hęc actio datur in factũ, cum res in aliã rem eſt mutata: vt cũ ex phiala factus eſt ſcyphus. Si verò in forma ſua ſit: rei vendicatio locũ habet: ſi alienetur: quod ex lege datur.

Actio de ſuperficie in rẽ, cõpetit ei, qui ſuperficiẽ hẽt in alieno ſolo nomine cõducti ad repetendum ſuperficiem ſi poſſederat, ff. de ſuperfi. l. j. §. qui ſuperficiem,

tiem, in fine,& §.quod autem,verſi. & ſanè.

Actio de tigno iniuncto datur ei, cuius tignum ædificio alieno iniunctũ eſt ab eo qui ęſtimabat ſuum tignũ eſſe. Si verò ſciẽs alienum id dolosè fecerit id, tenetur de tigno immiſſo,& furti, & actione ad exhibendũ; non, ꝗ tignum cogatur eximere: ſed quòd interſit præſtare. Et hęc probantur,ff.de tign.iniun.l.1.& ff.de rei vendi. l. in rem,§. 1.cum ibi notatis.

Actio directa eſt quando aliquid directè petitur in ius, vt ex commodato, vel depoſito, & huiuſmodi.

Actio vtilis eſt, quæ datur nõ ex iure aliquo directo ſed vtiliter, & ex ęquitate cõpetit; vt in publiciana, & huiuſmodi, ſecundùm Placent. & Azo. De iſta actione vtili habetur, & notatur,ff.de neg.geſt.l.actione,& ff.ſi quadr. pau. fecíſ.dicatur,l. pen. Et nota, quòd actio directa, & vtilis eiuſdem ſunt effectus:vt in l. actio præallegata, & nihil differunt,licet ſecundùm quoſdã differant, vt not. in l. ex legato, C. de legatis, & plenè per Cynum in l. prima,C. de action. & obligatio. unde directa datur ſecundũ verba, & mentem,& inter dictum unde ui directum datur tantùm contra ſpoliantem, vel mandantem, ſeu ratam habentem ſpoliationem ſuo nomine factam, quia verba, & intentio prætoris hoc uolunt in hoc interdicto,ſed idem interdictũ utile datur ex mente tantum, de æquitate quadam, non virtute, verborum. Datur etiam contra eum,qui aliàs ex iuſta cauſa rem poſſidet, non tamen prędictis trib. modis, ſed fortè poſſeſſionem uacuam intrauit, vel rem in domo ſua inuenit credens eſſe ſuam, de quo in capitulo cùm ad ſedem, de reſtitut. ſpoliato. Et dicit Ange.quòd habens ius utile, & intentãs directum, malè libellat, & quando in principio detecta fuit ineptitudo, ſuccumbere debet.

Actio ędilitia cõpetit multis modis. Et primò, ſi res uẽdita ſit redhibita ꝓpter vitium,ſiue morbum:ſed tamen à uenditore, reſtituitur

tur pretium emptori cum acceſſionibus, & alijs quæ ædiles inhibent: & in hoc caſu eſt ꝑpetua, de hac hr̃. ff. de ędil. edict. l. ędiles, in prin. §. 1. & finali, & l. illud. 2. reſ. & l. redhibitoria, eo. tit. Secundò, competit, qñ ſit res, vt vẽdita nõ placet, ꝙ reddatur: & tunc eſt tẽporalis vſque ad 60. dies: vt ff. eo. tit. l. ꝙ ſi nolit, §. ſi quid ita venierit. Tertiò, competit ſi venditor, non vult tradere ſeruũ, vel mãcipiũ, vel iumentum cum ornamento, cũ quo oſtenderat tpe venditionis pro ipſo ornamẽto: vel vt fiat reddibito rei principalis ꝑp acceſſoria: & tunc cõpetit ẽt vſque ad 60. dies. ff. eo. tit. l. ędiles, in prin. & §. vendendi. Quartò verò, competit, quando eo loco quo iter eſt vulgò: habet quis canem, lupum, vrſum aprũ, verrem, pãtheram, leonem, &c. vel animal aliud quod nocere poſſet: ſiue ſit ligatũ, ſiue ſolutũ, ff. eod. titu. l. hi enim, & l. ſeq. Et ſi homo liber perierit: ſolidi ducenti præſtabuntur: ſin aliter ei noceatur, quod æquum videbitur, condemnabit, vt l. qua vulgò, ff. eo. ti. ſed plenius vide de his Gul. ĩ Sp. in tract. lib. de empt. & vẽ. §. nunc dicendum eſt.

Actio empti cõpetit emptori ad rem petendã quam emerat: in qua venit com modum quod acceſſit. Et ſi quid ĩ ſpeciali pacto cõprehenditur, in hac actione attendit̃: prout quiſq; ſibi paſcitur, ff. de act. emptio. l. emptor. in princ. & inſtit. de emp. & ven. §. ſed noſtra, in fine huius cõtraria eſt actio venditi: quæ competit venditori ad petendum pretium, & intereſſe, & vſuras tpe moræ, prout inter partes cõuentum, ſeu cõtractum eſt, de iſta habetur in l. Iulianus, §. ex vendito. eod. tit. & de empt. & vend. inſtit. in §. præall. ſed noſtra.

Actio ęſtimatoria. i. actio ꝑſcrip. verb. ſic cognominata eſt actio: quæ æſtimatio proponitur gratia dubitationis tollẽdæ, quãdo res ęſtimata vendenda datur. Dubitatum enim eſt an ex vendito ſit actio: an ex locato: an ex cõducto an mãdati, vt ſi rem meã tibi do, & ęſtimo tibi eam decem. vt aut rem, aut decem

cem reddas: ſi verò plus vendas, tuū ſit, vt no. ff. de æſtimat. actio. in rubro, & l. 1. inſtitu. de action. §. actionum autem.

Actio ex ſtipulatu naſcit̄ cū de re certa in genere, ſed īcerta in ſpecie fit ſtipulatio, vt inſtit. de uerbo. obl. in principio. Nam ſi res eſſet ſimpliciter incerta: ſtipulatio nō ualeret. ff. eo. titu. l. ita ſtipul. in prin. Et ſtipulatio eſt verborū conceptio, vt cū ſpondes dare ſeruum: vel ſpondes te facturum domum. Et pertinet hæc ad actiones in pſonam, quæ oriūtur ex cōtractu verborum. Et hæc colliguntur, ff. de act. l. j. §. 1. & l. actionū gener. §. in perſonā, & inſtit. de obl. §. fin. & de actio. §. 1. & verſ. nanque cum ſim.

Actio ex teſtamento non ſolum ſcripto hęredi competit ad petendum hæreditatem, ſed etiam contra hæredem ſcriptum à legatarijs & fideicōmiſſarijs. C. communia de lega. & fidei. l. 1. Et ſapit naturam actionis bonæfidei. l. in minorum, C. ex quib. cauſ. in integrū reſtit. non eſt neceſſaria. Tamen dicit Barto. ꝙ reuera eſt ſtricti iuris: cū nō numeretur inter actiones bonęfidei, in §. actionū inſtitutio. de actio. vt not. in l. huiuſmodi, §. ædes, ff. de leg. 1.

Actio exercitoria ſecundum Azo. in ſum. C. eod. tit. datur cōtrahentibus cū magiſtro nauis, pp nauigandi neceſſitatem cōtra exercitorem nauis: qui magiſtrū naui præpoſuit: quē ęquum fuit teneri, vt tenetur, qui inſtitorem tabernæ, vel negotio præpoſuit, ff. de exercitoria actio l. 1. in principio. Hæc ergo actio non datur contra magiſtrum nauis: ſed cōtra eū, qui magiſtrū naui præpoſuit, ſcilicet in eā cauſam, in quam præpoſitus eſt expreſſe, vel tacite: vt in ea l. 1. §. non autem, & §. igitur præpoſitio. Eſt autem magiſter cui totius nauis anchora, & cura mā data eſt, l. 1. §. magiſtrum nauis. ff. eod. qui vulgari Lombardorum, & Prouincialium comitus dicitur: & in Theutonico, & in Almanico ſtyremam dicitur. Nec diſtinguitur, an iſte magiſter ſit liber, vel ſeruus maior uel minor.

Et ſibi imputatur, qui eũ præpoſuit, vt l. 1. præall. §. cuius autem conditionis. Sed exercitus dicitur is, ad quẽ obuẽtiones quotidianæ, aut reditus quęſtus, & vtilitates nauis pueniunt, & pertinet, vt ea. l. 1. §. exercitorẽ, ſiue verus dominus nauis ſit: ſiue à domino nauem conduxerit ad tempus, vel in perpetuũ. vt dicitur ibidem.

Actio familiæ herciſcũdæ inter eos competit, qui communem habent hæreditatem diuidẽdam, ff. famil. herciſcun. l. 1. & 2. Et dicitur actio fami. herciſcundę, i. hęreditatis, vel ſubſtantiæ diuidendæ ſecundũ Azo. in ſum. vt not. ff. eod. tit. in rubro. Nomen enim familiæ quandoq; ponitur pro ſubſtantię, & hæreditate, vt ff. de verbo. ſign. l. pronuntiatio, §. 1. Sed herciſco eſt verbum græcum, idem quod diuido inde herciſcundæ, i. diuidendæ, ut no. glo. ff. eo. tit. in rub.

Actio fauiana, & pauliana ſic dictę sũt ab autorib. & & earum inuẽtorib. & habent locum, quãdo debitor in fraudem creditoris alienauit ea, quæ obligata fuerunt creditori, vt reuocet ipſa alienatio. Datur etiã actio Fauiana patrono ad reuocãdũ alienata per libertum, vel per debitores in fraudem patroni vel creditoris, in qua ueniunt fructus etiam poſt litẽ cont. percepti, ut not. ff. ſi quid in fraudem pat. l. 2. & ibi per totũ. Sed Pauliana datᵻ ꝓpriè creditori ad reuocanda alienata in fraudem per debitorẽ, de qua, ff. in fraudẽ cre. l. 1. §. fi. & in l. hac in factum. In qua etiã veniunt fructus, vt eo. tit. ait prætor, §. per hanc, & §. pręterea, quod intellige iuxta l. fin. §. non ſolum, eo. tit. de quib. am babus, ff. de vſu. l. videamus, 2. §. in Fauiana, & inſti. de act. §. item ſi quis in fraudem.

Actio finium regundorũ cõpetit pro finib. ad diſtinguendũ, vel ad iudicãdũ, ff. e. ti. l. 2. §. iudici, & l. ſeq. & inter eos agitᵻ, ꝗ agros confines habent vel prædia. inſtit. de actio. §. item finium regundorũ, & habet locum in ruſticis prędijs tantum, ff. eod. ti. l. 2. & non in vrbanis, quia

vrbana prædia non ſunt confinia, ſed vicinia quia parietib. diſtingui conſueuere, ſed cōfinia dicimus, quę adeo ſunt proxima, vt nullus paries in medio interponatur. ff.eod.tit.l.ſed & loci. §.hoc iudiciū, cum ibi not. Vrbana prædia, dicuntur omnia prædia, quæ habent ædificia, etiam ſi ſint in villa, quia vrbanū prædium non facit locus, ſed materia habitandi cauſa facta. Vnde ſi in vrbe ædificium, cauſa non habitandi, ſed gratia reponendorum fructuum fiat, dicetur prædium ruſticum. Sed & horti in ædificijs conſtituti niſi plurium ſint in redditu, vineari j forte, vel etiam olitorij, cōtinentur appellatione vrbanorū prędiorum. ff.dē verbor.ſign. l. vrbana. Ruſtica autem prædia vocantur agri non habentes ædificia. Et ſi inter te & me contra quem ago finium regundorum; via publica, vel publicum iter venit, non habet locū hæc actio, quia confinium non intelligitur, ſecus ſi riuus priuatus interuenerit, quia finium regundorum agi poteſt contra dominū riui, ff.eod.tit.l.ſed & loci. §.ſi.cum l.ſeq.& ibi not. Eſt autem hæc actio duplex, quia in ea vterq; eſt actor, & vterq; eſt reus. extra de probat.ex literis. ff.eod.tit. l. iudicium communi diuidundo. & l.familiæ herciſcundæ, & l. inter cohæredes. §. ſi familiæ. ff.familiæ herciſ. Item eſt mixta: quia eſt in rem, & in perſonam Inſti.de act.§. quædā actiones. & §.item finium regūdorum. Item perpetua eſt, vt C. eo. l.vlt. & ff.eod.l.iudicium communi diuid. & Inſtitu. de act. §.quædam, quod tamen non ſic intelligitur, vt ſi vicinus meus ampliores fines ei cui vendiderat oſtenderit, non poſſit ille, qui emit, longo tempore pręſcribere, hoc enim falſum eſt, vt ff. pro empt. leg.2.§.ſed & ſi fundus.& l. qui fundum. §.ſi fundum. Sed ſi oportet intelligi ſecundum Az. vt etiam poſt decem, vel viginti annos locum habeat hæc actio pro finibus terminandi, quamuis de meis finibus aliquid præſcripſeris. Nam & ſi ab initio ſine aliqua pſcriptione hoc cōſtaret eſſe tuum agere poſſem, vt cōmodius

termini imponãtur agris, vt ita rixarum perimatur occaſio,&c. Si queras quãdo incipiat currere preſcriptio huic actioni. Reſpondetur ab eo tempore quo incepit poſſe hæc actio intentari. Et incipit poſſe intentari, cum fines cęperũt turbari, & ex eo naſcit hęc actio ſecundum Azo. in ſum.C.eo.tit.

Actio funeraria contra hæredem bonorumve poſſeſſorẽ datur. ff.de rel. & ſump. fun. l.at ſi quis.§.fin.& datur ei, qui funerauit nõ vt hæres defunctum, ſed cauſa pietatis, vt d.l.at ſi quis. §.ſed interdum,& §.ſi quis. cum ibi nota. Per hanc.n. actionem veniunt reficiendæ expenſæ ibidem à funeratore factæ.

Actio furti manifeſti ſecundum Azo.locum habet qñ furem tenens viſus vel deprehẽſus fuerit, ſiue in publico, ſiue in priuato,vel à dño, vel alio antequã perueniat ad locum quo perferre rem deſtinauit. Si talis deprehẽdatur, vel cum re videatur, & ad eum deprehendendum occurriſti licet abiecto furto aufugerit,furti manifeſti tenetur. l.ſi quis.1.§.ſed Celſus.ff.de fur.niſi ſurripientis mutetur ſtatus, vt tu mihi ſurripuiſti in ſeruitute, & manumiſſus in furto deprehẽderis cum re furtiua, ſed ſi tu pertuleris quo deſtinabas, teneris furti non manifeſti, cum enim deprehẽderis cum re furtiua priuſquam eo loco pertuleris, quo deſtinaueras illo die manere cum furto: tunc fur eſt manifeſtus. Hæc omnia dicuntur, ff.de fur. & datur actio furti manifeſti in quadruplum, Inſti. de obl. quæ ex delic. §. pœna manifeſti.

Actio furti nõ manifeſti competit quandocunque prædictis modis furtum non manifeſtum probatur. ff. eod.tit. l.nec manifeſtum, & Inſtit. de oblig. quæ ex. deli.na.§.nec manifeſtum. Et etiam ſi vidiſti furtum fieri: te tamen abſcondiſti cum furtum faceret, ne te occideret, non eſt manifeſtum. ff.eod. tit. l.ſi quis in ſeruitute.§.cæterum,& datur hæc actio in duplum. inſtitutione de obligationib.quæ ex deli.naſ.§.pęna manifeſti.

Actio hypothecaria, vide inſtit.

ſtit.de actio. § item Seruiana. Et hæc actio aduocat nudam poſſeſſionem,ff.de euic.l.ſi cum venditor,§.j.

Actio in factum dicitur quatuor modis, vt not. gl.in §. fin.Inſt.de act.

Actio in factum aduerſus iudicem,qui litem fecit ſuã, datur aduerſus iudicẽ, qui per imperitiam male iudicauit, & ideo videtur quaſi ex maleficio teneri, & in quantum de ea re æquum religioni iudicantis videbitur pœnam ſuſtinebit, vt Inſti.de obl.q̃ę ex quaſi deli.naſ. in princ.& ff.de va.& extr.cog.l.fin.Si verò dolo malo iudicauit verè ex maleficio obligatus actione in factum, vel actione de dolo ad omne intereſſe ei quem læſit & infamis eſt. Item tenetur crimine falſi, quod pœnam deportationis, vel vltimi ſupplicij continet, vt ff.ad l.Corn.de fal.l. 1. §.& qui iudicem, & §. vlt. & ff. de iud.l.ſi filius. Item & tenetur crimine concuſſionis, vt ff.de concuſ.l. vlt. Item ciuiliter poteſt conueniri ex edicto de calumniatoribus in quadruplum, ab quẽ debebat damnare per pecuniam, vt ff. de calu. l.1.& 3. §.illud, ſecundum Azo.probantur hæc. C.de iud. qui male iudic. l. 2. & ibi not.in glo.fi.iuncta authen.nouo iure.ib dem poſita.& l.ſi filius famil. ff.de iudic. Iudex autem eccleſiaſticus male inductus p gratiam, vel per ſordes, ab executione officij per annum eſt ſuſpenſus ad æſtimationem parti quam læſit, nihilominus condemnandus. Et ſi durante ſuſpenſione ſe diuinis ingeſſerit, irregularis eſt, nec cũ eo niſi per ſedẽ apoſtolicam poterit diſpenſari, ut c.cum æterni. de re iud. lib. 6.

Actio in factum, de eo quod certo loco datur: vbi aliquid eſt promiſſum dari certo loco, ſi iudicium in illo loco conſtitui non poſſit,introducta.n.eſt quædã actio arbitraria, vt poſſit etiam in alio loco agi. Prætor enim iniquum eſſe arbitratur non poſſe conueniri debitorem in alio loco quam in loco deſtinato ſolutioni, & hæc actio arbitraria ex ſui natura eſt ſtricti iuris,in qua habita conſideratione aliarum actio-

num ſtricti iuris, quicquid eſſet omiſſum, deberet haberi omiſſum, tamen in illa venit etiam quicquid æquum & iuſtum viſum fuerit religioni iudicantis, & propter hoc appellatur hæc actio arbitraria irregularis, quia contra naturam aliarum actionum ſtricti iuris eſt, gl. in rubr. ff. de eo quod certo loco.

Actio in factum de dolo, & furto eorum, quorum miniſterio quis cauponã, aut nauem, vel ſtabulum exercet, datˀ aduerſus eos, qui præſunt cauponæ, aut naui, vel ſtabulo, qui quoniã officio malorũ hominum vtuntur, in duplo tenẽtur quod dolo, aut furto eorũ commiſſum eſt in his rebus, quas ſaluas fore receperunt. ff. nau. cau. ſtab. l. 1. in princ. & §. idem Pomponius, & l. & ita. §. idem, & §. ait prætor. iuncta l. fin. §. hac autẽ actione, & ff. fur. ad ver. nau. cau. ſta. l. 1. Inſt. de oblig. quæ ex del. naſ. §. item exercitor.

Actio in factum ex edicto prętoris de alienatione iudicij mutandi cauſa facta, datur ei in cuius fraudem & illuſionem facta eſt alienatio, & ſuis hæredib. aduerſus eũ, qui rem alienauit: quem ad intereſſe conuenit, quanti intereſt actoris coram ordinario, vel delegato, de qua Gof. in ſumma de alie. iur. mutan. cau. fac. c. 1. extra eo. tit. in gloſ. Ceſſat aũt hæc actio ſecundum Hoſt. in ſum. extra eo. quãdo is qui alienauit, eandem rem recuperauit. ff. eo. ex hoc. §. ſi quis. Idem ſi res non erat petitoris: vel ſi mortua eſt ſine culpa, niſi ſi quid actoris interſit ratione quæſtus, vel acceſſionum, vel expenſarum. ff. eo. non ſolum. §. hæc actio. & de noxa. actio. electio. §. ſi is. Item ſi reus paratus ſit ſubire vtile iudicium quod eſt intelligendũ, qñ eandem cauſa promittit ſe præſtaturum: puta promittit ſe reſtituere ſub maxima pęna, aliàs ſi diceret rẽ nõ reſtituam, quia nec habeo, ſed quãti intererit tua vel quanti intererit tua, vel quanti in litem iuraueris ſecus eſſet, nam & ſi hoc non offert, tenetur ad idẽ, cum dolo deſierit poſſidere, vt ff. de rei vend. ſinautem, §. j. & l. is qui dolo.

Actio in factum ex iuramento,

to, per quem quæritur an actor iurauerit, ſecundum quoſdam datur ei, qui cũ peteret rem ſuam, delato ſibi iureiur. ab aduerſario, eam ſuam eſſe iurauit. Ab eo.n. rem ſuam petis actio ne in factum, qui iurauit ſuam eſſe, ff. de iureiur. l. nam & poſtea. §. 1. & §. fin. Si vero rem ſuam ſibi traditam poſtea amiſit & ille qui detulit iuramentũ: eã nactus ſit, aduerſus publiciana competit actio. ff. de publi. actio. l. eum qui. §. ſi petenti vbi dicitur. Si mihi petenti rem iuramentum detuleris, iuraueroq; rem meam eſſe, compe it mihi publiciana aduerſus te, tamen quomodo hoc dẽat intelligi, ibi notatur plene, & ſolet iuſiurandum referri ei, qui detulit. C. de reb. cre. l. generaliter. §. omne igitur, verſicu. ſed iuramento.

Actio in perſonã dicitur condictio, quando contendis, aliquem dare, aut facere tibi oportere. Quando vero agis, vt reſtituatur tibi res tua & ſpeciale nomen accipit, vt in depoſito dicitur ſimpliciter actio perſonalis, & non conditio. Hoc autem nomen conditio inde deſcendebat, quia olim iudicia erant ordinaria, & certa verba, & q̃ oportuit condici, i. ſimul dici, vt ſi quis caderet à ſyllaba, caderet à tota cauſa. Sed poſtea illę ſolemnitates in diſſuetudinem abierũt, attamen nomen remanſit, vt adhuc perſonales actiones quæ ſolemnibus verbis interpretabantur, condictiones vocentur, & hæc colliguntur inſtit. de act. §. appellamus, eum ibi not. & ff. eo. tit. l. actio. genera. Et harũ actionum genera q̃dam naſcuntur ex contractu, quædam ex quaſi contractu, quędã ex maleficio, & quaſi male. inſtit. de obl. §. ſequens, & de actio. §. omnium. Require, ſcilicet ſe omnibus his, in verbo Actiones ex contractu.

Actio in rem dicitur vendicatio rei, ſcilicet quando dicis rem, de qua agitur tuã eſſe, & aduerſarius dicit. vel oſtendit ipſam rem eſſe ſuam. ff. de actio. & obligatio. l. actionum genera. & Inſtitu. eodem titu. §. appellamus. Et harum actionum alia eſt directa, in rem actio, vt rei uend.

 actio

actio confeſſoria, & negatoria. Alia eſt actio in rē vtilis, quæ ſunt actiones de dominis non directæ, ſed vtiles, quæ ex æquitate dātur qñq; non dñis, vt ſunt publicianę, quę ex diuerſis cauſis cōpetūt. Et actio per quā q̄ritur an actor iurauit & actio Fauiana & Pauliana, & Caluiſiana, & actio in rem, quę competit inter dñium tabulę, & pictorem. Sunt & aliæ in rem actiones in quib. nō de dñio, ſed de pignore agitur, ſicut ſeruiana, & quaſi Seruiana, de quib. videre loco ſuo. Et nota, ꝙ actio perſonalis nō ſequitur fundum. ff. de cōtrah. empt. & ven. l. Titius. §. Lucius Titius. ff. ad Tre. l. 1. §. ſi hæres. ff. de iud. l. ſi fideic. §. tractatum, & ff. de alie. iud. mu. cau. fac. l. 3. §. opus, in gl. per Dy. in l. fi. ff. de no. ope. nun. Item actio perſonalis eſt ita affixa oſſibus creditoris, quod in alium transferri nō poteſt niſi fictione iuris, ff. de pec. l. ſi quis ergo.

Actio iniuriarum cōpetit ei, qui iniuriam paſſus eſt, vt no. inſti. de iniur. in rub. cōtra eū qui intulit iniuriā, vel inferri procurauit, inſt. eo. tit. §. non ſolum, & pulſauit, vel verberauit, vel famoſum carmen ad alterius cōtumeliam ſcripſit, vel quoquomodo iniuriā aliquam affecit, inſtitu. eodem titulo. §. iniuria. In qua iudex condemnabit quanti actor iurauerit ſe nolle iam iniuriam, ſuſtinuiſſet præmiſſa tamen iudicis taxatione, inſtitu. eodem titulo. §. pœna. ff. eodem titulo l. conſtitu. Quidam enim dicunt, quod iurare debet potius velle de ſuo perdidiſſe tantum, vel tantum quàm talem iniuriam ſuſtinuiſſe. Et hoc videtur approbare Hoſtien. in ſumma titulo de iniu. & dam. dato. & Spec. eodem titulo. Alij dicunt, quòd ſufficiat eum iurare ſic, quod nollet lucrari tantum, vel tantum pro eo, quod talem iniuriam ſuſtineret, vel ſuſtinuiſſet.

Primum tamen videtur verius. Et actio iniuriarum ex pacto non naſcitur, ſed ex contumelia, lege, ſed ſi vnus. §. ſi pactum, ff. eodem titulo, & diſſimulatione aboletur.

Nam ſi quis iniuriam reliquerit, hoc eſt ſi ſtatim paſ-

paſſus ad animum non reuocauit, poſtea ex pęnitentia remiſſam iniuriam nō poterit recolere, l. non ſolum. §. j. ff de iniu. & neq; in hęredem, neque hæredibus datur. l. iniuriarum actio. ff. eo. tit.

Actio inofficioſi teſtamenti, inofficioſæ dotis, vel donationis, vide infra in verſic. Querela.

Actio inſtitoria ſm Azo. datur contra illum, qui præpoſuit aliquem ſtationi, vel negotiationi gerendæ contrahentib. cum præpoſito in eam cauſam, in quā præpoſitus eſt expreſſim, vel tacitè. ff. de inſtitu. act. l. 1. & 2. & l. quicunq;, §. nō tamen, cum ibi not. & dicitur inſtitoria ab inſtitore prępoſito, quamuis exercitoria nominetur à prępo nente, Inſtitu. quod cum eo. §. exercitoria, & §. ſeq. Nam inſtitor dictus eſt ex eo, quòd negotio gerendo inſtet, nec refert an tabernis ſit præpoſitus, vel cuique alteri negotiationis, vt dicta l. quicunque, & l. inſtitor.

Actio. legis quid eſſet apud antiquos, exponit eleganter Alc. in l. pecunię verbū. §. actionis, de verb. ſign. & Bad. l. 4. de adop.

Actio legis Aquiliæ duo continet capita vel tria, licet vnum non ſit in vſu, vt ff. eod. tit. l. ſi ſeruus ſeruum, §. huius legis, & inſti. eo. ti. Primum caput eſt de ſeruis occiſis, vel quadrupedi bus, quæ numero pecudū continentur, vt in l. lege Aquil. ff. eo. tit. vbi dicitur de animalib quę gregatim hñt & paſcunt: ſicut oues, capræ, & equi, muli, & boues, & aſini, & ſm Labeonem ſues: ſed non canes. Et longè minus beſtiæ, vrſi, feræ, & leones, &c. ſed ele phantes, & cameli quaſi mixti ſunt. Et ideo primo capite eos contineri oportet, quod caſu tanti ſit con demnatio quanti plurimi ipſa res valuit anno præterito, vt in d. l. lege Aquil. ff. eo. tit. & inſtit. eo. ti. in prin cip. ſecūdum caput in deſſuetudinem abijt. Sed tertium caput huius legis eſt de eis vulneratis feris beſtijs occiſis, cæteriſque rebus ruptis, vt veſte, vaſe, & ſimilibus. Quo caſu quis condemnatur, qui damnum dedit: quanti res fuit triginta die-

bus retto, rei pretiũ & valorem æſtimando, vt d.l.ſi ſeruus ſeruum.§.3. aũt capite,& inſti.eodem §. capite tertio, cum §. ſeq. Et in hac actione ſi quis damnum ſe dediſſe inficiatur. i. neget cõdemnatur in duplum.ff.eõ.l.2. §. 1. dicitur autem lex Aquilia ab Aquilio plebis tribuno.

Actio mandati directa competit mandatori & eius hæredi.ff.eo.ti.l.ſi verò. §.fin. & l.ſi mandato Titij. 1. reſponſo, & §. 1. & econtra mandatarium, vel procuratorem poſt mandatum ſuſceptum, ff.eo.l. ſi verò nõ remunerandi,§.1.Et inquãtum intereſt id factum eſſe,ꝙ mãdaui, puta mandaui: vt fundũ emeres, ſi mea itererat emi, teneberis poſt mandatum ſuſceptum, tamen ſi eundem fundũ ego ipſe emo, vel alius mihi, neque intereſt aliud, ceſſabit hæc actio ſecundum Azonem, ff. eodem titulo. l. ſi procuratorem.§. mandati actio.

Actio mandati contra competit mandatario, ff. eo. tit. l. ſi verò non remunerandi.§.contrario, vel procuratori ad expenſas aduerſus mandatorem quatenus fines non eſt egreſſus. Si verò aliquid erogauerit vtiliter in eo, non habet mandati iudicium, ſed tm̃ negotiorum geſtorum, ſecundũ Mar. licet Io. & Accur. contra prout legi. & not. Inſt.eo.ti.§.is qui.& ff. eo. l.ſi pro te.cum l. ſequenti. in prin.& C. de neg. geſtis. l.finali.in gl.vltima. Si verò mandauerim tibi, vt mihi fundum emeres, etiam ſi nondum pretium ſolueris, ages mecum mandati, vt ſuſcipiam obligationẽ qua teneris venditori. Nã & ego agere poſſum, vt cedas mihi actionem empti. ff.eod tit.ſi mandato meo. primo reſponſo. Competit ergo breuiter actio mandati directa contra illum, qui mandatum ſuſcepit adimplendum, cum primo cogi non poſſet, quod ſuſciperet mandatum, inquantum interfuit mandatoris factum fuiſſe, quod mandatur. Et rurſus ipſi mandatario, qui mandatum ſuſcepit, competit actio mandati contraria ad impenſas, ſi quas fecit ratione mandati ſuſcepti ſi fines mandati non exceſſit, ſed

ſi mandatum exceſſiſſet in expenſis factis non repeteret ipſas per huiuſmodi actionem.

Actio natiua quæ, vide Actio num 13. ſpecies infra.

Actio negatoria. Require ſupra actio confeſſoria.

Actio negotiorum geſtorum duplex eſt, ſ. directa, & contraria: unde negotiorum geſtorum directa eſt, qua agit dominus rei geſtę cōtra eum, qui negocia eius geſſit, vt adminiſtrationis rationem reddat, ut puta ſi ego fui abſens, & negotia mea cæperunt eſſe deſerta, & malè ſe habebant, tu hoc videns abſque mandato a me recepto mei cōtemplatione ex amicitia quam ad me habes, gerebas negotia mea: mihi datur hæc actio negotiorum geſtorum directa: ad hoc vt reddas mihi rationem adminiſtrationis, vt ff. dę neg.geſt. l. 2. & Inſtitu. de obl. q̄ ex quaſi contr. naſ. § j. & §. ſicut.

Actio negotiorum geſtorum contraria competit illi qui ſine mandato ſe immiſcuit alienis negotijs gerēdis aduerſus dominum negotiorum geſtorum ad repetendum expenſas negotiorū geſtorum factas. Et veniūt omnia quæ expendit de ſuo neceſſario, vel vtiliter, non tamen voluptuosè, & hæc colliguntur. ff. eodem titulo. l. ſecunda, cum ibi not.

Actio noxalis ſecūdum Azo. dicitur actio, quę naſcitur vel oritur ex delictis ſeruorum, ff. eod. titu. l. 1. & inſti. eod. tit. in princ. & dicitur noxalis à noxia; quod ſignificat ipſum delictum vel à noſſa, quod dicitur ipſe delinquēs. Verſus. Noxia delictum, delinquens noxa vocatur.

Actio pauliana, vide ſuprà Actio fauiana.

Actio perſonalis, require infrà in ver. Actionum quædam.

Actio pignoratitia directa cō petit debitori contra creditorem. Inſtitutione quib. mod. re contrah. obl. §. fi. vel contra eius tutorem, vel curatorem, ſi pignora acceperunt. ff. eod. titu. l. ſolutum. §. fi. & habet locum ſoluto debito, vel aliter ſatisfcto quēadmodū voluit creditor, licet non ſit ſolutū, vt ſi pignora alia data ſūt creditori, vt à primis re

cc-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

cedat, vel fideiuſſores, ſiue res aliæ, vel pretium: vel ēt nuda conuentio, ſine pretio vel pacto. Quoties.n. vult creditor recedere à pignore, videtur ſatisfactũ, ſi, vt ipſe velit, vel voluit cautum eſt, licet in hoc deceptus ſit ſui facilitate, ſecundùm Azonē, vt ff. cod. tit. l. ſi rem. §. omnis. & l. ſi neceſſarias. §. ſi vnus.

Actio pignoratitia contraria datur creditori contra debitorem & datur ad multa. Si.n. decipiatur à debitore, uel ipſa re, vel eius propoſito: quia obligauit ei rem alienam, vel alij pignoratam: tenebitur ei debitor pignoratitia cõtraria. ff. eod. tit. l. tutor. §. contrariam. iuncta l. ſi quis in pignore. §. fin. & ſi debitor malitiosè verſatus ſit, obligando æs, vel ſtannum ꝑ auro, vel argento. ff. eod. ti. l. 1. §. ſi quis. & in §. præall. l. ſi quis in pign. 2. reſp. uel ſi obligauit ſeruũ per quē damnum datum eſt: puta furtum uel aliud huiuſmodi: & hoc ſi ſciuit tenetur inſolidum, id eſt in totũ, ſecus ſi ignorauit, q̃a tunc liberabitur noxæ deditione, ſcilicet dando ſeruum pro noxa. In his competit hæc actio ſecundùm Azonem & alios. Hæc probantur, ff. eod. tit. l. ſi ſeruus pignori. Item ſecũdùm Azonem agit creditor actione pignoratitia: ſi ſeruos pignoratos artificijs inſtruxit: ſi cœperant imbui antequàm ſibi pignorarētur: vel debitoris voluntate creditor eos inſtruxit. Sed ſi nihil horum interceſſit, ſi quidem artificijs neceſſarijs eos inſtruxit: ſecundùm Azonem erit actio contraria, ff. eod. titu. l. ſi ſeruus.

Actio pignoratitia vtilis, ſm Placen. datur ei qui impignorauit rem alienam ſine conſenſu dñi: & poſtea dominus pignoris factus eſt, ff. eod. tit. ſl. rem alienā & ff. de pign. l. 1. §. 1. & l. ſi Titio. cum ſeq. & tam directa, quàm illa dantur principali, & ſuis hæredib. & cõtra hæredes creditoris; vt poteſt probari. inſti. de per pe. & tempor. actio. §. non omnes, & ff. de actio. & obligat. l. 1. §. creditor. & inſtit. quibus mod. re. contrahit. obligat. §. fin.

Actio popularis eſt, q̃ ius ſuũ populo tuetur, & cõpetit

vnicuique de populo, de actionibus popularis vide glo. rubr. ff. eod. tit.

Actio præſcriptis verbis ex cõtractib. innominatis deſcẽdit, vbi, ſ. ciuilis cauſa ſubeſt ſufficiens ad actionem introducendam, & cum negotium nõ cadit incertum & ſpeciale nomen contractus, nec cauſa huiuſmodi actionis exprimitur, ſed hę actiones exprimuntur ſic; do vt des, facio, vt facias, do vt facias, facio vt des. Ex quib. naſcitur actio præſcriptis verbis, nominata: alias ciuilis, quãdo mihi aliquid adeſt, vel abeſt, vel abfuturũ eſt: nec tibi adeſt nec affuturũ eſt: aut mihi non abeſt: nec tibi; adeſt. aut ſi nec tibi adſit: nec mihi abſit, & ceſſes implere, quod conuenit inter nos: ego autem ſi feci, in ſubſidium intentatur actio de dolo. Nam vbi vnus ceſſat implere quod in ſe eſt, q̃, promiſit altero implere: locum habet hæc actio.

Actio præſcriptis verbis, q̃b. caſibus competat, vide pulchram glo. in rubr. ff. eodẽ titu. & in §. actionum autẽ in verſi. ex permutatione, inſt. de actio.

Actio pro ſocio, quæ ex vtraque parte directa eſt, competit pro vſufructu quem ſolus alter ſociorũ percepit, vel ſi dolum commiſit in rebus communib. Nam locum habet quando duo ineunt contractum ſocietatis. & ſi aliq̃s ſociorũ malè & dolosè verſetur, tunc alteri contra eũ datur hęc actio. Naſcitur autem hæc actio demum ſocietate finita, quæ finiṫ plurib. modis: prout ſequitur Azo. in ſum. eo. tit.

Actio pro tutela directa competit ei, cuius negotia geſſit quiſpiã quaſi tutor, qui, tutor nõ erat. Cõtraria datur illi, qui exiſtimans ſe tutorem alicuius, tanquã tutor eius negotia geſſit, ad repetendum ſi quid neceſſario, vel vtiliter in rem pupilli expenderit. l. 1. & toto tit. ff. de eo, qui pro tui.

Actio publiciana ex ęquitate, datur ei, qui rem bona fide emit a non dño: & rem ſibi traditam bona fide cepit; credens vendentem tẽpore venditionis & tradõnis dñum eſſe: & ſufficit emptori habuiſſe bonã fidem, licet vẽditor malã fidẽ habuerit, & callido cõſi

lio

lio vendideris, vt ff. eo. l. cū q. §. ait prętor. Si ergo talis emptor ante completā vſucapionē à poſſeſſione iure quaſi dominij. Et appellatur actio publiciana a publico autore, qui eā inuenit. inſt. de actio. §. aliæ. Ad hoc vt auctor obtineat oportet iſtum probare iuſtum titulum, & rem ſibi fuiſſe traditam, & bonam fidē habuiſſe tempore emptionis & venditionis, (qđ præſumitur niſi contrariū probetur) & quòd credat modo venditorem, vel donatorem tempore contractus dominium nō fuiſſe, alias publiciana non competeret. Permittitur autē tali vēditione, ac ſi vſu cepiſſet vendicare: niſi fortè verus dominus poſſideat, qa exceptio veri dominij publicianam excludit. Si autem poſt vſucapionem à poſſeſſione cadat; tunc nō cōpetit publiciana: ſed ciuilis actio, vel rei uendicatio: ſecundùm quoſdā vtilis, ſecundùm quoſdam directa, ff. de publ. l. j. De hac materia vide no. per Ioannem And. de ſenten. & re iud. cap. Abbatē ſanè. lib. ſexto, in gloſſ. vbi, dicitur, quòd rei vendicatio, & publiciana non ſunt contraria, ſed aduerſa: cū ad eundem finem tendunt, ſecus cùm tendunt ad fines diuerſos.

Actio publiciana reſciſſoria datur ei, cuius res, quam a non domino emit credens eum dominum, vt ſupra, vſucapta eſt, cùm abſens erat cauſa reipublicè, uel ſtudij, vel peregrinationis, vel legationis ciuitatis, vel cauſa appellationis proſequendæ, vel teſtimonij ferendi, vel quia in captiuitate fuit, vel alia cauſa neceſſaria fuit abſens. Licet enim ꝓpter neceſſariā abſentiam infra annū poſtquam reuerſus eſt reſcindere vſucapionem, ut dicat aduerſariū non ſuſcepiſſe, qui vſucepit per auxilium prętoris, hoc auxiliū ſibi datur. Si autem verè fuit dominus rei, tunc cōpetit ei vendicatio reſciſſoria. Si verò res talis erat pignori obligata, cōpetit ēt hypothecaria reſciſſoria, & hoc in realib. actionib. In actione aūt pſonali cōdō reſciſſoria. De hac materia uide Gul. in Sp. de in integ. reſt. in tract. libellorum

rum ſuper verbo, ſed ſcias, & ſequenti, & gl. 1. in verbo dominij, vel quaſi, circa medium. in c. Abbate ſanè, de re. iu. lib. 6.

Actio quanto minoris quædã eſt prætoria, quædam ciuilis. Prætoria locum habet cum quis emit animal, vel ſeruum morboſum, ſeu vitioſum, qui propter morbũ, vel vitium minus valet quã emptus ſit, & datur ad petendum id, quod minus valere, puta ſi res non eſſet vitioſa, vel morboſa, valeret viginti nunc aũt valet quindecim, proponit̃ hæc actio ad petendum quanti minoris interſit emptoris. Hoc autẽ ſcies, ꝙ de vitio nũquam tenetur venditor niſi in tribus caſib. Primus eſt, quádo nominatim promiſit, & tunc agetur ex ſtipulatu. Secundus eſt, quando ſciebat ſeruum habere vitium & emptorem non admonuit & tunc tenetur ex empto, vel ꝙ redhibeatur, vel ꝙ amittere teneatur. Tertiò, ſi vitio animi ſit admixtum vitium corporis. Datur autem infra annum vtilem. Sed ciuilis actio quanti minoris competit quando librum, vel aliam rem vitioſam, vel morboſam emit, propter quod res minus valet & agitur: quanti minoris eſſet empturus. De hac actione nihil dicitur in arbore actionum: ſed de prætoria ſolùm. Vide ſimiliter de hac materia in Specul. in titulo de empt. & venditio. §. nunc dicendum, verſic. eſt & alia actio.

Actio quaſi ſeruiana, quę etiã hypothecaria dicitur, prætoria eſt, per quã rem mobilem, vel immobilem tibi pignori obligatam, quam poſſidet aliquis, ſiue ſit debitor, ſiue alius poteris ab eo euocare, ſeu petere, & eſt actio in rem vtilis, & datur creditori ad pręſequendum pignus, hypothecam ve, vide de hoc Inſt. de act. §. quaſi ſeruiana.

Actio ꝙ iuſſu perpetuo datur contra patrem, vel dominũ, quorum iuſſu cũ filio, vel ſeruo aliquis cõtraxit, ſiue dirigatur iuſſus ad contrahentem, ſiue ad ſeruũ. Nec eſt in ea opus verbis aut ſcriptura, vel vt diſtringatur ſecundum Azo. an videat̃ iuſſus, vel iuſſio ſpecialiter ĩ vno cõtractu, an generaliter, ita ꝙ volẽs

cum

cum ſeruo meo cōtrahere ſecurè poſſit. Videor.n.oīa iuſſiſſe, niſi lex certa.i.conditio vel pactū cōtrarium ꝓhibeat Habet ergo locū actio quod iuſſu, quando domino viuente vel patre, ſeruus vel filius contraxit quia hac dominus, vel pater eo quod iuſſit tenebit.

Actio qđ metus cauſa dat̄ ei, qui probabili vel iuſto me tu coactus rem ſuā vendidit, tradidit, vel promiſit, aduerſus eum, qui metum intulit: ſed infra annū erit quadrupli propter contumaciam nolentis rem reſtituere iuſſu iudicis ante lit. conteſ. Poſt annū verò ſim pli. vt in l.ſi cum exceptione. 1. reſponſo, & §. poſt anum, ff. quod met. cau.

Actio rei vendicationis eſt, quando dicis rem corporalem eſſe tuā, vt hunc ſeruū hunc equum, hāc veſtem. Alia dicitur vendicatio, quam legiſtæ non habent, quæ datur pro re incorporali, vt no. per Doct. in cap. examinata. de iud.

Actio reſciſſoria triplex eſt, vt ſupra de publiciana reſciſſo.

Actio redhibitoria datur emptori contra venditorem, vt ſeruum vel animal morboſum recipiat, & pretiū reſtituat, & datur infra ſex menſes vtiles, quia hæc actio, tantum ſex menſibus durat, vt, ff. de ędil. edi. l. j. verbi gratia. Si vendis mihi animal morboſum latentem morbum habens, vel aliam rem vitioſam tali vitio, quod vitium ſi ſciuiſſem nullo modo emiſſem, mihi datur actio contra te ad hoc, quòd pretiū receptum reſtituas infra ſex menſes, & rem tuam morboſam vel vitioſam reaſſumas.

Actio rerum amotarū competit marito aduerſus vxorem de rebus cōſtante matrimonio cā diuortij ablatis. Datur autem poſt diuortium, & continet rei perſecutionem. Sed ſi pendente iudicio reintegretur matrimoniū, ſoluitur iudicium rerum amotarum, & ſi redintegrato matrimonio iterū fiat diuortiū remanebit actio rerū amotarum ob res amotas prioris diuortij cauſa, & ī quo caſu actio furti daretur cō tra extraneum, in eodem caſu actio rerum amotarū locum habet, dummodo illa

illa concurrant.ſ.vt res mariti dolo malo amoueãtur, & econtra.Itẽ ꝙ fiat amotio cõſtante matrimonio, vel vt aliquid fiat, quod ꝓ amotione habeatur. Item quod fiat cauſa diuortij. Datur etiam hæc actio cõtra patrem filio vel filiæ. quatenus ex ea re locupletior eſt factus, vel de dolo malo eius factum eſt, quominus fieret. De hac materia vide not. per Azo. in ſum.eod. tit.

Actio rei vxoriæ vel vxoratitiæ ſublata eſt: in cuius locum ſurrogata eſt actio ex ſtipulatu, quæ dat̃ marito vel eius patri, vt dos reddatur. Si enim à datione dos inciperet, hęc actio locum non haberet, licet quidam dicunt contrarium, vt dicit Azo. in ſum. eo. tit.

Actio reuocatoria datur in eos, quibus alienata fuere bona debitoris in fraudẽ creditorũ, vide ſupra. Actio fauiana, & in §. itẽ ſi quis in fraudem, inſtitutione de actioni.

Actio ſeruiana dño fundi, vel domus competit ad perſequendas res conductoris pro mercede domus quaſi pignoratas, quæ quamuis non cõueniente pignorentur, tamen iuris cõſtitutione obligãtur tacitè pro locatione iure pignoris in vrbanis prædijs inuecta & illata, in ruſticis verò prędijs fructus tantum. De hoc vide in §. item Seruiana, Inſtitutione de actio.

Actio ſerui corrupti cõpetit non ſolum aduerſus eum, cuius hortatu, vel conſilio ſeruus corrũptus, vel deterioratus eſt, ſed etiam contra eũ noua lex datur, qui ſollicitauit ſeruũ, licet bonos mores eius corrumpere non potuerit. Hæc autem actio in duplũ habet condemnationem, ſ.quanti deterioratus eſt ſeruus, quanti vires fuerit à ſeruo ſollicitato ſubtracta, & tenetur qui corrumpit: ſiue ex bono malũ, ſiue ex malo deteriorem fecerit. De hoc in l. ſi quis ſeruo alieno ſuaſerit, C. de fur. vbi ca ſus de hoc.

Actio ſtricti iuris, req. infra actionum quędã, & de excep. in c. cum venerabilis, vide Inſtit. de act. §. actionum autem.

Actio ſubſidiaria dicit̃, quia in ſubſidium, & auxilium alterius, quę inefficax facta eſt,

eſt, datur, vt ſi tutor res pupilli alienauerit, vel male adminiſtrauerit, & ipſe tutor & eius hæres ſint non ſoluendi, ideſt nõ ſufficientes ad ſoluendum pupillo, datur actio contra illum, ad quem res eius alienatæ ſunt.

Actio tributoria creditoribus qui cum ſeruo aut filiofamilias cõtraxeruut in merce peculiari, vt diſtribuet pro rata crediti inter illos, & dominum, ſeu patrem illius, cũ quo contraxerunt, §. 2. inſt. quod cum eo.

Actio tutelæ ſubſidiaria competit pupillo, quando nec tutor, nec hęres ſoluere habet cõtra eum, cui iura tradita ſunt à pupillo, vt cautionem exigat à tutore de indẽnitate pupilli, quando vel nullam vel parum idoneam admiſit cautionem.

Actio tutelæ directa datur aduerſus tutorem ipſi pupillo in quantum conuenit, ſi tutor in rebus pupillarib. damnum dedit dolo, vel culpa ipſi pupillo.

Actio tutelæ contraria competit tutori aduerſus pupillũ, ſi in rem eius aliquid de ſuo impendit, vel pro eo fideiuſſit, aut rem propriã impignorauit, vel obligauit pro pupillo.

Actio venditi competit venditori ad petẽdum pretium & vſuras ex tẽpore moræ. Et ſi aliquid ſpeciali pacto comprehenditur, prout is ſibi paciſcitur vel inter pares cõuentum eſt. Et huius contraria eſt actio empti, quam vide ſupra.

Actio vi bonorum raptorum de reb. mobilibus vi ſurreptis datur, & cui res mobiles per violentiã ſunt ablatæ, & cõpetit reſtitutio infra annum ad quadruplũ, ita ꝙ in quadruplo contineatur ei reſtitutio, & hæc eſt vis ablatiua.

Actio vtilis, vide ſuprà Actio directa.

Actionum quædã ſunt in rẽ, & quædam in perſonam. Actio in rem dicitur vendicatio rei, quando ſcilicet dicit aliquis rem qua agitur eſſe ſuam, & aduerſarius dicit cõtrarium. Quando ergo petis rem aliquam vt tuam rei vẽdicatione, tunc agis actione in rem. Actio vero in perſonam cũ petis ab aduerſario aliquid tibi dari vel fieri. Item actiones quædã bonæfidei dñr quædam ſtricti iuris. Actiones

bonæ

bonæfidei dñr non ideo, quia in eis debetur ſeruari bona fides,quia ēt bona fides ſeruaĩ in actionib. ſtricti iuris,ſed dicuntur bonę fidei,ideo q̃a maxime exuberare debet bona fides inter contrahentes in eis, & vltra id ēt veniunt omnia anteceſſoria, & ea, de quibus nihil eſt cogitatum, vt in actione empti vel venditi,venit ēt id quod expreſſe non eſt actum, videlicet à tempore moræ, qui alteri non reddit illud, ad quod tenetur de natura contractus veniunt damna,& intereſſe, q̃ debent reſtitui,& ſic in eis multũ exuberat officium iudicis pinguius, quã in actione ſtricti iuris. Sunt aũt actiones bonæfidei.17. quæ enumerantur, Inſti.de actio. §.actionum. & ponuntur in gl.de exceptio.c.cũ venerabilis. Aliæ vero dñr actiones ſtricti iuris,vt actio ex mutuo,ex ſtipulatu,ex arbitrio,& conſimiles. Et in iſtis non venit acceſſoriũ,nec ea,de quib. non eſt cogitatum,vt not. Bar.in gl.præall.Nec in his a tempore moræ,qui alteri nõ reddit illud,ad quod tenetur de natura cõtractus veniũt damna,& intereſſe, quæ debent reſtitui. Item actionũ realiũ aliæ competũt pro rebus incorporeis, & ſic habet locũ rei vendicatio.Alię pro incorporalibus, & pro ſeruitutibus acquirendis, ſeruiendi,& patiendi,& ſic competũt duę actiones,quarũ, vna vocatur confeſſoria, alia negatoria. Itẽ nota, ꝙ actiones perſonales vſque ad metas 30.ann.extenduntur.vt C. de conſtitu.pecun.l.2.& C. de præſcrip.triginta anno. l.ſicut.Reales autem vſque ad metas quadraginta annorum,vt C.de luit.pign.l. 2.& in gloſ.de vtroque caſu. Eſt ergo (vt clarius dicatur) actio realis, quæ obligatum eum, contra quem dirigitur, non ſupponit. Sed ideo competit: quia quis contendit reſtituere,contra quem talis actio dirigitur, verbigratia. Intraſti domum meam violenter, ego peto poſſeſſionem meã quam occupas: tu nullo iure mihi obligatus es: nec aliquid mihi promiſiſti: nec tecum contraxi: ſed tantum re conuenio,q̃a res mea apud te eſt. ſed corporalis actio prę ſup

ponit debitorẽ,contra quẽ dirigitur, obligatũ eſſe ex cõtractu vel maleficio, ſeu ex varijs cauſarum figuris. Et iſta datur etiam ad rem, ſed præſupponit obligationem perſonæ,vt vendidiſti mihi librum,vel locaſti mihi domum,tu mihi obligaris ex cõtractu,licet agam ad rem,ſ.librũ vel domũ.

Actionum aliæ ſunt particulares,aliæ vniuerſales. Particulares,dicũtur,quę dantur ad res particulares, vel ſingulares, non aũt ad id, quod eſt vniuerſum vel generale, vt ſi peto veſtem,& ago re vẽdicatione,vel alia act.particulari, ſeu peto x. quæ tibi mutuaui, & harũ actionum aliæ dicũtur reales, vt quia competunt ad rem, & non dicunt perſonam obligatam.Aliquæ vero dñr perſonales, quia nõ ad rem: ſed in perſonam diriguntur,vt ſi ago ex empto, vel actione ex mutuo, dico enim perſonam obligatam,& non rem,nec pecuniam, & proſequere latius, vt inſtitutione de act. in prin. Actiones vniuerſales dicit Innoc.in c.conquerente, de off.or. quòd ſunt quatuor,quæ omnes competunt hæreditate tãtum, cuius nomine comprehendit vniuerſum ius defuncti. l.nihil aliud, ff.de verb. ſignifi. & ſunt iſtæ petitio hæreditatis, familiæ herciſcundæ,act.ex teſtamento, quæ datur pro hæreditate ex trebelliano reſtituenda, & actio ex empto, quæ datur quoties tota hæreditas emitur, & licet ibi dicat Innoc.quod ſunt quatuor,intelligo de iſtis, de quib. iura faciunt mẽtionem aperte, ſed multæ aliæ poſſunt dici vniuerſales ad ſimilitudinem harum quatuor, vt quãdo petitur villa, ſeu caſtrum,vt ſentit idem Innocen.in capitulo cum ad ſedem,de reſtitu.ſpoliat. & clarius per Bartol. in l.prima,ff.de eden. Item quando petitur eccleſia cũ pertinentis ſuis,vt eſt glo.in c. ſignificantibus. de lib.obl. & Innoc. in d.c.cum ad ſenem, & in c.eam te. de reſcrip.Vel dic melius ſecundum Bar.in d.l.1.ff.de edẽ. quod actio vniuerſalis poteſt intelligi quando datur ad aliquid, quod de ſua ſignificatione multa ĩ ſe vniuerſaliter continet, ſiue ſit vniuerſalitas iuris

vt hæreditas vel bon. poſſ. & ſimilia: ſiue ſit vniuerſitas facti, vt peculiũ, de quo tñ dicẽdum eſt, vt l.4. ff. de pecul. Actio vero generalis ex eo dicitur, vt dr̃ in d. c. conquerente, quia competit ad id, quod ſub ſe continet plura capitula, non tamẽ vniuerſum, vt eſt actio negotiorum geſtorum, tutelæ &c. Nã multa potuit habere defunctus, quæ nõ peruenerunt ad filium, ſed continet ſub ſe multa capitula, vt adminiſtrationem frumenti, vini, olei, & ſimilium, ſecus autem ex ſe & ex proprio ſignificatu non continet plura, ſeu vniuerſitatem, tunc enim licet petantur plura bona. non tamen dicitur petitio vniuerſalis, vel generalis, vide Panormitanum in d. c. ſignificantibus. num. 18.

Actionum 13. ſpecies enumerat glo. in §. ſunt præterea. Inſtit. de actio. quib. adde actionum alias eſſe natiuas alias datiuas. Natiuæ ſunt quæ habẽt materiam ſufficientem præexiſtentẽ, à qua oriantur. Datiuæ vero quæ eiuſmodi materiæ carent, quod declarat Bar. in l. iuris gen. §. 1. ff. de pactis; præterea actiones quædam criminales ſunt, quædam ciuiles, de quibus infrà in verbo, iudicia priuata.

Actiones ciuiles, quæ ſunt, & quot: require in Spec. ti. de act. & exceptione propo. §. poſtremò. Et not. ꝙ qñque diſtinguitur act. ciuilis cõtra criminalem: & tũc idẽ eſt, qđ actio intentata pro aliquo intereſſe. Quandoque diſtinguitur cõtra prætoriam & tunc idem eſt quod actio deſcendens ex aliqua parte iuris ciuilis veluti l. ſenatuſconſulto, conſtitutionib. Imperatorum ſm gloſ. Iuſtit. de perpe. & temp. act. in prin. Prætoria autem dicitur, vt infrà actiones prætoriæ.

Actio ex contractu ſunt de actionib. in perſonam. Inſt. de actio. §. 2. quæ naſcunt̃ ex pacto, ſiue obligatio ſurgit ex re: vt condictio certi, de numerata pecunia, cõdictio certitudinaria, cõdictio ob cãm, actio cõmodati, depoſiti, pignoratitia de quib. oĩb. ſuo loco dicemus: ſiue etiam conſurgit obligatio eſt verbis, ſicut in actione ex ſtipulatu quando res incerta in ſti-

pulationib.deducta eſt. Siue ét oriatur obligatio ex literis, de quib. condictio odio deſidię dať in eũ, qui cũ ſpe futuræ numerationis ſcribit ſe debere, qđ ei non eſt numeratũ. Numeratione aũt non ſecuta infra bienniũ nõ repetit chirographum. Et eſt introducta & excluſa exceptione non numeratę pecunię. cũ minime cogatur ſoluere, qđ ſcripſit ſe habere. Siue ét oriatur obligatio ex cõſenſu, veluti empti, vẽditi, locati, conducti, pro ſocio, mãdati, præſcriptis verbis, & actio cõſtitutę pecuniæ, nec nõ actio in factum de iureiur. Et de his actionib. in proprijs locis ſecũdùm ordinem patebit. Et iſtæ ſunt ſpecies actionum in perſonam, quæ oriuntur ex contractu, ſiue re, verbis, literis, aut conſenſu obligatio oriatur, de quibus vide. ff. de action. & oblig. l. 1. & 2. & Inſtitut. de obligationi. §. 1. cum §. & titul. ſeq. vſque ad tit. de obl. quæ ex quaſi contractu naſcuntur.

Actiones ex quaſi contractu ſunt de actionib. in pſonã. inſtitutione, de actioni. §. j. cũ ibi not. quæ neq; ex pacto, neq; ex maleficio oriũtur, ſed tñ maiorẽ habent conuenientiã & affinitatẽ cum pactis, quàm cum maleficijs. De his actionibus videndum. ff. de action. & obligationi. l. ex maleficijs, §. ſi quis abſentis. & §. ſequen. & inſtitutione de obligationi. quæ ex quaſi contra. naſc. & de ſingulis expoſuimus nominatim ſupra ſuis locis.

Actiones vel obligationes ex maleficio ſunt actiones in perſonã. Inſtitutione de actioni. §. j. cum ibi notatis. Quib. delicta hominũ coercentur, quod publicę vtilitatis intereſt. ff. de fideiuſ. l. ſi à reo. §. fi. & ff. ad legem Aquiliam. l. ita vulneratus, cum ſimilib. vt eſt conditio rei furtiuæ, actio arborum furtim cęſarum, actio furti, actio vi bonorum raptorum, actio legis Aquiliæ, actio iniuriarũ, ꝙ metus cauſa, de dolo actio ſerui corrupti, actio rerum amotarum, conditio ob turpem cauſam, interdictum vnde vi, interdictum quod vi aut clam, interdictũ de libero homine exhibendo, de vxore ducenda,

da, de liberis exhibendis, interdictum quorum legatorum, interdictum prohibitorium, ne quid in flumine ripave publica, interdictum de itinere actuque priuato. De quibus omnibus require in litera I, loco ſuo.

Actiones vel obligationes ex quaſi maleficio ſunt actiones in perſonam, Inſtitutione de actionib. §. 1. quæ neq; ad pacta accedunt, neque ad maleficia, ſunt tamen ſimiliores maleficijs, quàm pactis, vt actio in factũ aduerſus iudicem, qui litem ſuam fecit, & actio in factum de eiectis, & effuſis. Et actio in factum de dolo & furto eorum. qui miniſterium cauponum, aut ſtabulariorum, aut nauem exercent. ff. de actio. & obligat. l. ex maleficijs. §. iudex, vſque ad finem & Inſtitutione de obligationib. quæ ex quaſi malefic. naſ. per totum.

Actiones hæreditariæ dicuntur, quę tranſeunt ad hæredes, vel contra hæredes ſecundum Azo. Item quę ab hæredib. incipiunt vel contra hæredes. ff. de ac. & obl. l. hęred. Vt autẽ plenè ſciatur, quæ tranſeunt ad hęredes vel non, diſtingue, aut naſcitur actio ex maleficio, vel quaſi, aut ex cõtractu vel quaſi, prout proſequitur Azo. in ſumma eo. ti. & ſecundũ Plac. in ſum. ſua, eod. tit. Hæ actio. conueniunt his, qui ſuccedũt in ius, & non his, qui ſuccedunt in rem, vt donatarij. vel legatarij.

Actiones interrogatoriæ ad quid intentarentur olim, vide in gl. in rub. ff. de inter ro. actio.

Actiones mixtę dicuntur act. familiæ herciſcundæ, actio communis diuidundo, & finium regundorum, §. quędam. Inſti. de act. At quare appellentur mixtæ, & quid differãt ab actionibus perſonalibus in rem ſcriptis, declarat ibi Iaſ. col. 3. & in §. 1. colum. 1. & 2. eodem titulo.

Actiones perſonales in rem ſcriptæ oriuntur ex contractu vel quaſi, ex maleficio vel quaſi, ſicut & merè perſonales, ſed quia comittantur poſſeſſores rerũ inſtar realiũ, ideo in rẽ ſcriptę appellatæ ſunt. Quæ ſiat hæc actio. docet Accur. in l. 3. §, eſt autem, ff. ad exhib.

actiones prçiudiciales in ïē eſſe dicūtur, per quas quæritur, an quis liber ſit, an libertus, & de partu agnoſcēdo. vt in §. prçiudiciales, In ſtitu. de actio. Sed illa, per quā quæritur, an aliquis ſit liber partim ciuilē cauſam obtinet, partim prætoriam. Ciuilem autem ſecūdum formam dñij, quia in ea directè agitur, & prætoriam ſm formam, & modum petendi, quia tuum à teipſo nō ab alio petis poſſeſſore. Cæteræ verò duæ formam capiunt ex prætoria iuriſdictione, & in rem dicūtur eſſe ad inſtar actionum de ſeruitute, quia in hac de iure patronatus in re, illa de proprietatis iure agitur, & prçiudiciales dicuntur, quia quemadmodum exceptiones actionibus opponuntur, & ante primam quæſtionem terminantur. Si autem quis quærat quare nō exceptiones, ſed actiones dicantur, illa poteſt eſſe cauſa, quia non eſt exceptio niſi ſit actionis excluſio. Hæ verò præiudiciales nullā actionem excludunt, ſed non competere dicūtur, & ideo actiones dicuntur, & non exceptiones. Præiudiciales actiones pro tanto dici poſſunt, quod in ipſis tractatur de magno præiudicio, vel quia quæſtioni motæ prçiudicant, vt agis contra me, & aliquid petis, oppono tibi quæſtionem ſtatus, dicendo, ꝙ es filius meus, vel ſeruus in poteſtate mea conſtitutus, aut libertus: & ſic de conſimilib. & præiudicabit actioni tuæ contra me motæ. Sunt & aliæ in rem actiones, in quibus non de domino, ſed de iure pignoris agitur, vt ſeruiana & quaſi ſeruiana. Require in loco ſuo.

Actiones prætoriæ quæ ſunt, & quot, require in Spec. ti. de actio ſeu pet. prop. §. poſtremò. Dicuntur autem prætoriè ſecundum Azo. quia a prætore ſunt inductæ, vt Inſt. de actio. in ſumma, ſecundum eundem.

Actor eſt, qui agit, & pulſat alium, rem aliquam ab ipſo petens in iudicio. ff. de iud. l. in tribus. & ff. fin. regun. l. iudiciū. Nam in cōmunibus iudicijs quçritur quis actor ſit. Eſt ergo ille, qui ſuo nomine agit, vel qui conſtituitur ad agendū, vel defendendū cauſas

vniuerſitatis vel alterius. ff. qđ cuiuſque vniuerſi.l. itē eorum.§.ſi decuriones. Vel dicitur qui cōſtituitur à tutore vel curatore ante litem conteſt.C. de procurat.l. neque tutores. C. de act.à tuto ſeu cura.dans.in rub. & in nigro. dictus ex eo, ꝙ tutoris vel curatoris perſonam agat. Non nunquā actor ponitur pro villico, quem vulgo factorē a faciēdo appellamus. l.ſi. ff. de offic. præſc. vnde ſeruus actor in §.pœna.Inſti. de iniu. Interdum ēt ſumitur pro eo, qui aliena bona adminiſtrat. l. cum alicui. de neg. geſt.

Actuariæ naues, quæ remis agūtur.l.2.ff.de capti. Bu. in l.1.de exerc.act.

Actuarij ſunt notarij, a quib. acta ſcribuntur.

Actus eſt quædam ſeruitus, qua is, cui ea debetur, habet ius, ꝙ poteſt per fundum, in quo ſibi hæc ſeruitus debetur, nō ſolum ambulare per ſe, ſed etiam iumentum, & quadrigam ſecū deducere.ff.de ſeru. ruſti.præd.l.1.ver.actus. & l. inter actum.& inſt.eodem. titulo.§.actus. Aliter capitur actus pro operatione. l.hæredes.in fi.ff.de reſt. & l.duos.de duobus reis.

Actus legitimi dicuntur omnes quacunq; iuris ſcripti patre inuenti. Iuris autem ſcripti partes ſunt ſex, videlicet lex, plebiſcita, ſenatuſconſulta, decreta principum, reſponſa prudentiū & magiſtratuum edicta, vt Inſt. de iure nat.gen.& ciui.§.cōſtat. & l.ius autem. ff.de inſt. & iu.vide de hac materia Dy. in reg. actus, de reg.iur.in 6.

A *ante* D.

AD, ponitur ꝓ iuxta.ff.de ſerui.vrb.pręd.l.quidam Hyberus.Bart.in l. mil.codic.ff.de teſt.mil. Item pro cōtra l.commiſſa.de publ. Aliquando ſignificat poſt. l.qui duos. de man. teſta. vtrum autem faciat modū an cōditionem, docet Bar. in l.quibus.§.Ter.de cond. & demō. De hac dictione not.Arch.de reſcrip. ſi gratioſe. li.6. & 78.di.presbyter. Et quomodo differant ad, & in, vide ff.de iniur. l. item apud Lebeonem. §. cōuitiū, qđ nota pro ſtatutis dicētibus, ꝙ aliqđ fiat ad domum vel in domo.

Adam nouiſſimus, ideſt Chriſtus, vt in clemen. de ſum. Trinit. c. 1.

Addico ex ad, & dico componitur, & eſt vendere per licitationē, hoc eſt in venditione publica, vbi alius alio maius pretium pollicetur, vt ſibi potius quàm alteri venalia addicantur. Accipitur tamē & pro ſimpliciter vendere, vt in l. qui fundum. §. procurator. ff. pro emp. quandoq; pro cogere. l. actuarij. C. de ero. mil. an. nec non præiudicare, ſeu dānare. l. addictos. C. de appel. & dicit̄ in diem addictio generaliter, quando vendo tibi rem hoc pacto, quod ſi aliquis in diē talem meliorem conditionem attulerit, ſit tibi inempta. Et dicitur melior conditio afferri, ſi aliquid pretio ſit additum, vel maturior ſolutio aut facilior afferatur, vel locus, opportunior ſoluendo pretio adijciatur, & ſic de alijs, vt in titulo. ff. de in diem adiec. & ibi per Azo.

Additamentum eſt, quod priſtinis bonis poſtea accedit. ff. de admin. tut. l. quoties. §. cōſtat. & C. in quib. cau. hab. tut. l. fi. & de cur. fun. l. fin. §. tali itaque.

Adducor. i. moueor. de fideic. lib. l. quidam in teſtamento. §. fin.

Adeo, ideſt, intantum, media correpta, vt de reſcri. cum adeo.

A Deo datus eſt nomen Dauit Profetæ, qui datus fuit à Deo ad liberationem Iſrael.

Adēpta legata dicimus illa, q̄ teſtator adimit legatario cui primo legauerit, mutata prima ſua voluntate.

Adeptus, i. aſſecutus cum omni iure, de conceſ. præb. c. ne captandæ. lib. 6.

Adæratio dicitur quaſi æris pręſtatio, inde adærata prędia dicebātur, ex quib. æs, ſeu pecunia pręſtabatur, vt habetur. C. de coll. don. vel releg. aut tranſ. ſeu adæra. l. j. lib. 10. Nam adærare eſt ad pretium redigere, ſiue pretio æſtimare.

Adeſſe aliquando exponitur pro abeſſe, cauſa euitandæ cōtrarietatis. Bar. in l. quoties. C. de dign. lib. 12.

Adeſſe non dn̄r, quæ caſualiter adſunt. Bart. in l. quæſitum. §. fi. de leg. 3.

Adhęrentes dicuntur hi, qui ſponte ſunt eiuſdem volūtatis, cuius eſt princeps. e.

ad

ad apoſtolicę.de re iud.ĩ 6.

Adhærẽtia facit eſſe eiuſdem ſtatus eum,qui adhæret, & eum, cui adhæretur. not. Card.in cle. de rel. do. vbi loquitur de adhęrentia.

Adhibere, id eſt conuocare, ſeu citare,vt ff.de adoptio. l.nam ita. Aliquando,ideſt præſtare. ff.qui ſatiſ.cog.l. de die.§.j.Aliquando,ideſt reiterare. 1.quęſt.7.per illicitam.Aliquando.i.recipere, ſeu admittere. ff.de teſtib. l.1. Aliquando exponitur.i.habere.ff.de officio procon.l.nec quicquam.§. obſeruare.

Adiacentes.i.confines,in authent. de ſanct.epiſc. §.autem.

Adiectiuum appoſitum inter duo ſubſtantiua quid importet, vide Bart. in l.cum filio. in fi. ff.de lega.1. & ſi duo adiectiua adijciantur vni ſubſtantiuo, an requiratur vtriuſque concurſus. Bar.in l.qui concubinam. in princ. ff. de lega.3. vide Alb. in ſuo dict. in verbo adiectiuum.

Adigere, ideſt compellere. ff. de in ius voc.l.adoptiuũ.

Adimatur, id eſt pro non dato habeatur. ff. de ademp. li.l.vna.

Ad inſtantiam, iſtæ dictiones ſonant ſicut ſi diceretur, ad petitionem, ſeu preces talis. vide Feli. in cap.cum M.Ferr.col.2.verſ.no.2.de conſtitu.

Ad inſtar,de hac dictione vnde.C. vnde vi.l.ſi de poſſeſſione, & de epiſc. & cler. l. omnia priuilegia. de exercito.l.vlt.ff.de publ.l.cum, qui.§.publiciana. C.de lib. exhibere. l.ſi ad ĩſtar. & de ſponſa.c.2.& de præb.c.dudum.circa fi. lib.6.

Adire hæreditatẽ nihil aliud eſt, quam velle eam habere. Nam adire non tàm facti eſt,quàm animi,imò in nuda,& ſola voluntate cõſiſtit. Nam hoc animo debet eſſe, vt velit eſſe hæres. §.fi.vbi vide Inſtit. de hęre. qual.& diff.

Aditus domus eſt anterior pars, ſiue introitus. ff. de vſufruc. l. æquiſſimum. §. ſed ſi ædium.

Adiudicare, vide abiudicare.

Adiutor idem eſt quod act. Inſt.de cura.§.fin. ff.de tut. l.ſolet.quandoque pro ſcriniario ponitur.C.de numera.l.nulli. lib.12.

Adiutor laborum,id eſt ordo C,de offi.mag. of. l.1.

Admi-

Adminicula dicuntur vehementia inditia. c. cum dilectus. de ſucceſſ. ab inteſt. aliter accipiuntur in l. 1. ff. ſi vſufr. pe. & l. 2. C. de conſtit. pec.

Adminiſtrator, qui res alterius adminiſtratores reip. quod recte Ac. declarat in rubr. C. de admin. reip. lib. 12. At adminiſtratores ſerui dicuntur, qui miniſtrāt Domino in menſa ſecundum Ale. in conc. de verb. ſign. l. in lege.

Admittere eſt recipere, vt ff. de inoff. teſtam. l. Papin. §. ſi quis impuberi. Quandoq; ſignificat delinquere. l. ſpurij. ff. de decurio.

Admodum, ideſt valde, penultima correpta. ff. quod cuiuſque vni. l. 1. in princ. Aliquando profertur accentu acute, & tunc exponitur admodum, i. neceſſitatem. de vſufruc. l. item ſi fundi. in fi.

Adnotare, ideſt reprehendere. ff. ſolu. matr. l. ſi vero. §. de viro, & de leg. 2. l. debitor. Aliquādo ponitur pro notare. ff. de inoff. teſtam. l. cum mater.

Adnotatio dicitur, quæ fit proprio motu principis, vt no. lib. de palat. l. pon. aliter. Vel adnotatio eſt reſcriptum principis paucis adhibitis factum, C. de ſacroſ. eccl. l. iubemus. Qñq; dicit̃ adnotatio actus qui ſine teſtib. expeditur. C. de prob. l. inſtrumenta, in glo. 1. Aliquando adnotatio eſt ſcriptura facta propria manu principis. C. de precib. imp. off. l. 1.

Adoleſcens propriè dicitur quis, quādo exceſſit pubertatem, tex. in l. Aurelio. §. j. ff. de lib. lega.

Adoptio eſt gratuita, quædā electio, qua quis aliquem ſibi elegit in filium & hoc faciunt plerunq; hi, qui filios habere nō poſſunt ad ipſorum ſolatium. Et talis, qui ſic recipitur in filium, dicitur adoptiuus. Et ille qui ſic cum adoptat, dicitur adoptiuus pater. Et q̃ ſit differētia inter adoptionem & arrogationem: vide infra arrogare, & Inſtit. de adoptio. in princ.

Adoptiuus filius eſt, quem aliquis adoptat, vel accepit datum a patre. Et econtra pater adoptiuus eſt, qui filium adoptat, Inſt. de adoptio. §. 1. & 2.

Ad promiſſor appellatur, qui promiſſioni alterius accedit,

dit, hoc eſt fideiuſſor. l. 5. §. ſatis acceptio. de verbor. oblig.

Ad quid. i. quare. de cenſi per uenit.

Aduena dicitur, eo quòd aliũ de adueniat ſecundũ Iſid. lib. 10. etymol.

Aduena dicitur quaſi incola. l. pupillus. §. aduena. ff. de verb. ſig. Differunt tamen, vt ibi Alci. annotauit, ſiquidem incola fixit pedem, domiciliumque conſtituit aduena non. Vnde traditum eſt, populi appellatione non aduenas, ſed incolas tantum cõtineri, vt tradit Fely. in c. Rodulphus, de reſcrip.

Aduentitium peculium, vide inf. in verſ. Peculium.

Aduerbium quandoque reſoluitur in ſuum nomen, & relatiuum quod, & verbum eſt, vt de acquirenda poſ. l. j. §. ſed furioſus. Vtrũ autem aduerbium inducat conditionem, an modum, plenè Bart. in l. 2. de cond. & demonſtr.

Aduerſaria dicta ſunt, quæ raptim & tumultuariè ſcribuntur, ne. ſ. memoriȩ excidant, vt deinde plenius diligentiusque, cum vacauerit, reſcribantur.

Aduerſarius plerunque ſumitur pro eo, q aduerſus nos litigat, aliquando tamẽ ponitur pro eius procuratore, vel aduocato, vt ff. de calu. l. 1. §. 2. ſed aduerſarius principalis eſt inimicus, extra vt lite, non conteſt. c. accedens, el 2.

Aduerſus. i. contra l. non ſolum. §. fi. de iniur.

Adulatio eſt blandus ſermo 43. diſt. c. vlt. ff. ſi quis ali. teſt. prohi. l. vlt. Item adulari dicitur quis tib. modis, gloſ. in c. vnum, in fi. in ver. adulati. 15. diſt.

Adulter dicitur, qui nuptias violat.

Adulterari rationes dixit Iuriſconſul. in l. 1. de ſer. corrup. i. conturbari, vel falſo deſcribi.

Adulterina ſcientia dicitur falſa, vt in proœ. ff. §. diſcipuli igitur, & adulterina moneta, i. falſa. C. de falſa moneta, l. 2.

Adulterium eſt illicitus coitus cum vxore ſponſave aliena perpetratus. Et dicitur adulterium, quaſi tranſitus ad alterius thorum, vel ad alterum. Illud certe non eſt adulterium, quo maritus alicuius aliam ſolutam cognouit, idem &

ſi non iudicatur adulteriũ, quia ab vxore diſcedit, ſcilicet quia cognita eſt vxor alterius. Inter adulterium autem, & ſtuprum hoc intereſt, quod adulterium propriè in nupta committitur, ſtuprum in vidua, vel virgine, ſed qualiter alia muliere, quæ corpore quæſtum non faciat. item & in puero. l. inter ſtuprum, de verb ſign. & l. ſtuprum, de adul. Item ſecundum Ludo. de Roman. pro adulterio ſtatutæ ſunt quatuor pœnæ, de iure hodierno, primo eſt ſeparatio thori, ſecunda eſt pœna detruſionis in monaſterium, vt ibi lachrymis lauet peccatum, quod eſt pudor fateri, tertia eſt, quod ſcinduntur in pannis & capillis ante, & retro, quarta eſt excõmunicatio, licet pęna adulterij de iure ciuili ſit pęna capitis, vt ff. ad l. Iul. de adul. l. coercendæ, ſcilicet. Paduæ eſt pęna lx. ducatorum, & hoc in viro, ſed in muliere eſt pęna detruſionis in clauſtrum, vt not. in l. mancip. C. de ſer. fug.

Adulterinus dicitur, qui de adulterio conceptus, ſeu genitus eſt vnde adulterina moneta, vel ſigillum dicitur falſa moneta, vel falſum ſigillum ad inſtar veræ, vel veri facta, vel factum.

Adultus dicitur qui 25. ann. compleuit, vel qui a 24. annis, vſque ad 25. procedit. Nam adolere in vno ſignificatu eſt creſcere, in alio cremare, vel vrere. Et adoleſcens dicitur tribus modis, vt no. Arch. 26. q. 8. alligantur.

Aduocatus eſt, qui alio nomine, quã ſi legatus, ſeu patronus vocatur, qui in forenſibus, ſeu extraneis negotijs pręeminentibus prębet litigantibus ſuum patrocinium, cuius precium honorarium vocatur ſub antiquo noĩe. Et inde venit verbũ aduocare, quod eſt poſtulare pro opponente, & deſideriũ eius coram iudice exponere, & patrocinium in cauſa præſtare. Et proprie appellatione aduocatorũ, qui contineantur, vide l. j. §. aduocatos. de va. & extr. cognit.

Aduocatus fiſci dicitur, qui patrociniũ præſtat in cauſa fiſci.

De A ante I, vide infra in litera I.

A ante F.

AFfatim.i.generaliter, vel abundanter, & ſic eſt media breuis, ſed media lõga, ideſt, facundè. Vnde ſi dicas affatim, tunc ſignificabis abunde. Affatim dicens, facundè ſignificabis, vt habetur in cap. vnico, de relig.do.lib.6.in gloſ.

Affatus, ideſt reſcripta, quæ tardè conceduntur per Imperatorem.C.de epiſc.aud. l.3.in glo.C.de diuer.reſcr. l.ſacri affatus.

Afficere tria ſignificat. Vnde afficit, affirmat, punit, cupit, hæc tria ſignat. Item dicitur, affectus non ſufficit, niſi ſequatur effectus, vbi ex neceſſitate opus eſt facto, vt c.vlt. de ſpon. & de eo qui mit.in poſ.cap.1.

Afficere lucro eſt lucrum affere.de diuor.l.ſi filia.ff.

Affictus penes vulgare Lombardorum, & Thuſcanorum, ſecũdum Petrum de Sam.& Abb.dicitur cẽſus, qui datur ratione prædiorum conductorũ, prout videtur velle in Spec. de loc. & conduct. §. ſequitur, in prin. inde affictare. & eſt locare ad fictũ & ad firmũ, vt in c.piſ. de reſt. ſpol.

Affidare, i. fidem dare alicui ſuper aliquo facto. c.ſuper eo.2. de reſt. & ibi Ab.in 1. nota, vide tex.in cap.fin.in verbo, & ſe affidatam, de cog. ſpir.

Affinis eſt, qui habet conſanguineam alterius in vxorem, vel econtra quæ habet conſanguineum alterius in maritum.

Adde, quòd aliquando affines vocamus conſanguinitate cõiunctos.l.ſi mulier. de donationi. inter vir. & vxor.& ſimiliter affinitatẽ, conſanguinitatem, c. hæc ſalubriter. 35.q. 8. Et tradunt Arch. Ioan. Andr. Et Domi. in capit.de ſponſal. lib.6.

Affinitas eſt proximitas perſonarum ex coitu prouenientiens omni carens parentela, & hoc de iure canonico, & ſic contrahitur affinitas tam per coitum legitimum, q̃ per fornicariũ. Similiter dicit Gof. affinitas eſt attinentia perſonarum ex copula prouenies. Nam quando vir carnaliter coniungitur vxori, omnes conſanguinei vxoris efficiuntur affines viro, & ecõtra, ſed inter cognatos vtriuſ-

vtriuſque nulla naſcitur attinentia, de conſang. & aff. c. quod ſuper his, & impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam cō tractum. Dicuntur autem affines quaſi ad alterius fines accedentes, vel affines quaſi propinqui, vel ex eo, quod duæ cognationes, quæ inter ſe diuerſæ ſunt propter nuptias, vel coitū copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit. ſ. Hoſt. Sed ſecundum leges affinitas eſt regularitas perſonarum ex nuptijs coniunctarum omni carens parentela, vt C. de nupt. l. liberi. Et tamen ſecūdum gl. & l. contrahitur etiam affinitas per concubinam, vt 35. quæſtio. 2. cap. de inceſt. & ibi not. & ff. de concub. l. 1. Etiam per coitum inceſtuoſum, vel fornicarium, vt in cap. diſcretionem, & cap. tuæ, de eo, qui cognouit conſang. vxo. ſuæ. & 35. q. 2. nec eā. Alij tamen reputant abſurdum, quod tale vinculum legitimum oriatur ex coitu damnato, cum ex nuptijs proueniat, ff. de gra. l. nō facilè. §. affines, & §. ſciē dum. Oritur tamen publicæ honeſtatis iuſtitia, ſecūdum Goff. in tit. de eo, qui cognouit conſan. vxo. ſuæ. Vbi dicit etiam, quòd affinitas, per fornicarium coitum contracta nō dirimit matrimonium, ſed exactionem debiti interdicit, vt in d. c. diſcretionē. Quot ſunt autem genera affinitatis, & qualiter ipſa genera affinitatis inſurgunt, item vſque ad quem gradū in ſingulis generibus prohibeatur, vide plenius per Hoſt. in ſum. eo. tit.

Affirmatio exponitur quādoque per negatiuam, vt in c. licet. de teſt. vbi dicitur. In ore duorum vel trium, ſcilicet, & non paucorum, quandoque econuerſo, vt diſt. 1. c. 2. vbi dicitur, tranſire per agrum alienū non tuū fas eſt, iure autem naturæ omnia ſunt communia. c. quo iure. 8. diſt. Adde, quod affirmatiua prægnās parit negatiuā, ſecundum Bar. in l. fi. C. de hære. inſt. Item adde, quod affirmatiuè deponentibus plus creditur quàm negatiuè, ff. de arb. l. dum proferre. §. ſi plures, & ibi glo. & notata etiam per Io. An. c. 1. de reſcrip. lib. 6.

Affligere pro afficere. l. 2. C. de Aquil.

Affluere, i. affluentiam habere. C. de meta. l. 1. lib. 11.

A ante G.

AGapen. i. ſtipa, vt diſt. 42. ſi quis. etiã agapa dicitur cõuiuium pauperum, in eo. ſignificatu, vt in cap. ſi quis præallegato.

Agaſo dicitur cuſtos equorũ, proprie tamen dicitur cuſtos, vel paſtor aſinorum, iuxta illud Græciſtæ aſinorum paſtor agaſo, & habetur. l. agaſo, ff. ſi quadr. pau. fec. di.

Agentes in rebus ſunt illi, qui bus cura euectionum mãdatur, & erant olim plures diuersè diuiſi per certos numeros, & quilibet numerus habebat propoſitũ. C. de off. mag. off. l. 2. & tales dicebantur principes.

Ager appellatur area, vel cãpus in rure, vel locus, ſ. vacuus, qui ſine villa eſt, vt in l. ager. ff. de ver. ſig. ſed ager cũ ędificio appellatur fundus, vel prædium vrbanum & ager nudus, vel area nuda ſine ædificio dicitur ruſticum prędium, vel ager ruſticus.

Ager aſſignatus ſiue limitatus appellabatur, qui certis limitibus inter veteranos diuidebatur. l. in agris, de acq. rer. dom.

Ager Dominicus eſt ordo monachorum nigrorum, in clem. ne in agro. de ſtatu. reg. & vide ibi notata per Ioan. Andr.

Ager emphyteuticus, hoc eſt in emphyteuſim datus.

Ager vectigalis, reſpice inf. vectigalis.

Agelli, parui agri, extra de pecle. c. vlt.

Agere eſt generale ad omnia quę fiunt tam re, quàm verbis, tam inter viuos quàm in vltima voluntate. l. Labeo, de verb. ſign. Nam faciens teſtamentum dicitur agere, ſicut & emens, vendens, locans, &c. Sed gerere comprehendit tantum illud, quod fit re, & non verbis, & ſic faciens teſtamentum non dicitur gerere. ff. de ver. ſig. l. verba contraxerunt.

Agere plerunq; ſumitur pro eo, quod eſt iudicio perſequi, vt agere furti, agere interdicto, hoc eſt actionem furti, vel interdictum intẽtare. Agi quoque animalia dicuntur. l. ferri. de verbo-

borum ſignificatione.

Aggeres dicuntur munitiones, quæ fiunt iuxta ripam fluminis, ne flumen excreſcens fluat per limites, & ſic in rub. de Nili. agg. non rump. Bart. l. fi. de immun. nem. conced. lib. 10.

Aggregetur, expone, vt C. vbi quis de cur. vel cho. l. prima, in fine.

Agitata res dicitur perfecta extra de offic. delegat. cum ſuper.

Agitator. i. auriga. C. de malefic. l. vlt. aliquando dicitur agitator equorũ, vel aliorum animalium. ff. de his, qui no. infam. l. athletas, in prin. qñ agitator. i. aduocatus, qui cauſas agit. C. de aduo. fiſ. l. 1. aliquando, id eſt diſcuſſor, vt extra de teſta. cum à nobis.

Agitatores, inquit Alc. in l. 1. C. de ſpecta. li. 11. erant aurigæ, qui in Circenſibus ludis curuli certamine ſe exercebant.

Agmen aliquando dicitur multitudo militum, C. de Iuſtit. eod. con. circa princ. aliquãdo dicitur officium. C. de aduoc. diuer. l. penult. in gloſ.

Agnati dicuntur filij poſt teſtamentum primũ naſcentes, quandoque ſignificat agnatum fieri. l. qui in adoptionem, de adop.

Agnati dicuntur, qui per virilis ſexus lineam coniuncti ſunt in conſanguinitate, ideo ſic dicti, quod accedunt, & quaſi adnaſcuntur pro natis, dum ſcilicet deſunt.

Agnominatio idem eſt, quod agnomen, quandoque etiam dicitur fœdus coniugale.

Agnoſcere exponitur, ideſt reddere. ff. de hęred. vend. l. 2. §. ſi quid publici. Aliquando pro acceptare, vnde agnoſcere bo. poſſeſſionem, & ſimilia.

Agnus dicitur duntaxat ſex menſium, agniculus eſt minor. l. cum quæreretur, & l. legatis. §. fi. de leg. 3.

Agon eſt certamen. l. 1. C. de expe. publi. iud. lib. 11. inde agoniſta, qui pugnat, vel certat.

Agõ agonis, Grecè, eſt labor, latinè, quia qui laborat, agit. Vnde Chriſtus dicitur fuiſſe in agone, inde agri, & fundi agonothetici, qui dabantur certantib. in agone, vel cum agone, i. labore, vt C. de fun. patr. l. fin. ibi. lib. 11.

Agon-tetraetericus in l. Septitia, de polli. pro ludis, qui quarto quoq; anno inſtauratur. Bud.,21.

Agonothæ ſunt principes lupi, vt ff. de polli. l. Septitia.

Agonotheſia, agonotheratũ numus. l. ſi filia. fa. herciſ.

Agraria lex, quæ de Agrorũ terminis lata eſt.

Agricola dicitur, quaſi agrũ, vel agros colens, & eſt nomen cõe ad oẽs agricolas. Sed nomina ſpecialia agricolarũ quidam ſunt aſcriptitij, quidam cenſiti, alij perpetui, aliqui coloni cõditionales, alij inquilini, alij originarij, alij ſimpliciter coloni nuncupantur, de quibus omnib. infra locis ſuis dicetur.

Agricolæ & cenſiti, prout quidam dicunt, ſunt duo nomina ſubſtãtiua perendiadim figuram copulata, vt ſit ſenſus de agricolis, & cenſitis, i. de agricolis cenſitis, quaſi cenſualib. & habetur ſimile. ff. de tuto. l. 1. vbi dicitur, quod tutela eſt vis, & poteſtas, & exponit, i. violentia poteſtas, ita exponatur agricolæ & cenſiti, i. agricolæ cenſuales. Dicuntur autem quaſi cenſibus aſcripti, & conſtituuntur eo modo, quo aſcriptitij. Veruntamen inter cenſitũ & aſcriptitium eſt differentia, ſed non certa. Quidam dicunt, ꝙ cenſitus ſit ille, qui naſcitur ex aſcriptitio. Alij dicũt, quod illa ſit differẽtia, quia cenſitus eſt ille, qui rei certæ annuatim præſtandæ obligatus eſt. Aſcriptitius autem eſt obligatus ad rem incertam, puta ad tertiam, vel quartam partem fructuũ ex fundo prouenientium. Aliqñ tamen etiam cenſitus capitur large, vt etiam aſcriptitium comprehendat.

Agricolæ perpetui vocabantur illi, qui validi erant in corpore miſeramque inertiam ſimulantes, & ea quæ veris miſeris erant aſſignata ad ſuſtẽtationem ex publici percipiendã diminuẽtes, quos proditor ſtudioſus ẽt diligens detegens ad perpetuum colonatum redegit, ſi erant liberi. Si verò ſerui, qui talia fingebãt, dñs eis carebat, & proditori aſſignabantur, licet quidam dicant, ꝙ hoc ſit correctum, per authenticã de quæſtore, ali tamen dicunt quòd non. De alijs ſpeciebus & differẽtijs agricola-

tum inuenies loco ſuo ſuper verbo aſcriptitius, & colonus.

Agrimenſor eſt, qui agros menſurat, & metitur, & fines per debitam menſurã diſtinguit, dictus quaſi agros metiens, & alibi vocatur libripens, qui ſi dolore falſum fecerit, vel fines male diſtinxerit, tenetur actione in factum, vide de hoc, de pręſcrip. c. quia indicante, in gloſ.

Agrippinenſes populi Germaniæ inferioris. l. fin. de cenſibus.

A *ante* L.

ALæ in exercitu, quarum meminit Vlpia. in l. 2. de ijs, qui notantur infamia. ſunt equitũ ordines, qui circa legiones dextra leuaque tanquam alæ in auium corporib. locãtur.

Alba eſt veſtis ſacra; vel nomen oppidi. vñ Virg. j. Aen.
Albanique patres, &c.
Et dicitur vrbs alba, veſtitur presbyter alba, ſecundum Io. And. in clem. ne in agro, de ſtatu monachorũ.

Albergariæ ſunt cenſus, ſeu pactiones, quæ debentur pro comeſtionibus, de hoc per gl. in c. præterea, de iure patron.

Albagariæ ſunt procurationes, quas certæ villæ debẽt dominis ſuis ad eas venientibus, de reſcrip. ad audientiam.

Album prætoris eſt quædam tabula dealbata, quæ ponebatur in curia, vel in turri prætoris in loco communi, in quo ſcribebantur, & ponebantur nomina vocatorum ad iudicium, & ad cuius inſtantiam quilibet citatus eſſet. Et ibi etiam proponebantur ſtatuta, & edicta prætoris in groſſa litera, ita quod ab omnibus legi poſſent. Et erat certa pęna contra illum, qui delebat iſtud album, quod modo eſt ſublatum. De hoc in element. prima, de iudic. in authen. ne litigioſis. §. omnem, collat. octaua, in Spec. de dolo & contum. §. reſtat, in principio, de citatio. §. ſequitur, verſiculo, & nota. Et dicit, quod loco huiuſmodi ſunt modo quaterni, & qui corrumpebat, vel delebat, puniebatur in quinquaginta aureis per edictum de albo corrump. l. ſi quis id. ff. de iuriſd. omnium iudi.

Eſt albũ prætoris triplex. Vnum in quo ſcribuntur edicta prætoris, vel lex ciuilis, vt in d.l. ſi quis. Aliud eſt, in quo ſcribuntur citationes, vt in §.præall.in authen.de lit.col.8. Tertium eſt, in quo ſcribũtur nomina decurionum, vt ff.de albo ſcrib. per totum tit.

Aleator eſt, qui ludit in alea. Etiã ille, qui quaſi ſcholã illam tenet. vel aleator eſt, qui luſum aleæ conſueuit apud ſe cauſa ſui emolumenti exercere, ſicut & in cauponib. dicitur. ff. nau. ca.ſta.l.1.§. caupones.

Alias hęc dictio, ſignificat cõditionaliter, q̃nque alterationem, vt promittis dare fundum alias decẽ nomine pęnæ. ff.de in lit. iurã.l. alias, vbi re perempta iuratur, alias non, i. ſi nõ ſit ꝑempta. Secundò, alias ponitur pro alio loco.l.adeo. §.inſula.verſi. ꝙ ſi toto alueo naturali relicto flumẽ alias fluere cœperit, i. in loco alio. ff.de acq.rer.domi. Tertiò, id eſt, alia vice, vel alio tempore, vt in l.dicere ff.de arbit. vbi dicitur, alias eſt agitatum, id eſt, alia vice, vel alia quæſt. Quartò, i. alio caſu, vt in l. qui teſtamento. §. mulier. de teſta. vbi mulier in teſtamento teſtis eſſe non poteſt, alias poteſt, id eſt, in alio caſu quam teſtamenti. Quinto alias, id eſt alio modo. leg. 1. §. illud tamen. ff. de aqua quot. & æſti. Et breuiter hæc dictio, alias, ſignificat alterationem diuerſimode, ſed in caſu particulari eo modo tantũ, ſecundum quem ſubiecta materia declarat alias applicata caſui ſignificat alterationem eius, quod eſt in oratione præcedenti.

Alienare eſt proprie rem aliquam in dominiũ alterius transferre. inde alienatio eſt omnis pactio, per quã transfertur dominium. de reb.eccl.non alie. ea.nulli, C.de fundo.l.prima. Item alienatio ſumitur dupliciter. Vno modo pro dictione ſignificante translationẽ rei vel iuris, ut in l. alienationis. ff. de verbo. ſignifi.alio modo ſumitur alienatio ꝓ ipſo facto, quo rei uel iuris ſit translatio. Tale enim factum quo fit translatio eſt alienatio. Et factum hoc alienatio ſignificat. Nam factis, quandoque ſicut verbis declara-

tur voluntas, in l. de qbus ff. de leg. Diuerſimode ergo ſignificat prout ex eius medio, & circunſtantiis adiacentibus infertur, vt latius oſtendit Alcia. in d. l. alienationis, & in l. alienatum, eo. ti. & Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem, col. 4. inſtit. de actio.

Alienare cauſa mutādi iudicium dicitur, qui credens ſe ab aliquo contra veniēdum. Quicunque rem dolo in alium transfert, vt iudicium mutet & euitet, ut in titu. de alie. iudi. mut. cau. fac.

Alienigena quaſi alienæ regionis, uel aliena gente natus uel genitus, ſecundum Iſido. li. 10. ety.

Alimentorū appellatione cōtinētur cibaria, calciamenta, veſtiméta & habitatio, vt in l. legatis. ff. de ali. & ciba. legat.

Alimentarius dicitur cui relicta ſunt alimenta.

Alioquin eſt dictio conditionalis. l. ſi finita. § ex hoc edicto. ff. de dam. infec. declarat Bar. in l. 2. colum. 4. de cond. & demon. vbi latiſſi. de virtute huius particulæ.

Aliquādiu. i. per aliquantulū tēpus. extra de eo qui mitti in poſſ. c. 1. Itē hæc dictio aliquādiu recipit moderationē ad arbitriū iudicis, ff. de iure deli. l. 1. & not. p Arc. ext. de reſt. ſp. c. 2. li. 6.

Aliquid. i. aliquantulū. ff. ne quid in fun. pu. l. 1. §. ſūt. Aliquando ſumitur aliqd pro re ſingulari, & determinata, vt C. de ſenten. paſſ. l. ſi debitor.

Aliquod eſt ſignum partiū, & quod unum eſt, diuidi non poteſt, extra de præb. c. ſi pro eccleſiaſticis lib. 6.

Aliquorum res dicūtur etiā ſi non ſint communes, ſed vna vnius, alia alterius, vt ff. de uerb. ſig. l. litus. §. fi.

Aliter vide Alius.

Alius, iſta dictio refertur ſimilia, Bald. in l. ſi fugitiui. ver. quæro hic dicitur. C. de ſer. fug. & Bart. in l. ſed & reprobari. in princ. ff. de excuſ. tut. Felin. c. inter cæteras, de reſcr. col. 7. verſ. de nuntias. impropriatur tamen aliquando, vt cum dicitur crucifixus eſt Chriſtus, & cū eo alii duo latrones. ut plene per Bart. in d. ca. ſed & reprobari, & in l. non ſolum. §. quæritur. ff. de procurat. denotat diuerſitatem, & implicat

l. qui-

l. quidam relegatus. ff. de re.du. Etiam alius. i. contra tius. 11. q. 3. cap. 2. diſt. 11. quis neſciat. vbi dicit nullus alius, quam Petrus prædicaſſe in Italia, Gallia, Hiſpania. & cæteris prouincijs. Item alius & aliter sũt præcedentibus implicatiuæ qualitatis pręcedentiũ, vt l. ſi donationis. C. de his quæ vi, met. vel cauſa fiũt, licet glo. ibi velit quod implicet qualitatem contractus, aliter eſt denotatiuũ qualitatis, non autem ſubſtãtiæ. ff. de verb. obl. l. quis cum aliter. C. de teſti. l. etiã. & quod ibi no. gl. & etiam denotat diuerſitatem non in ſubſtantia, ſed in qualitate, vt no. dominus Fran. in l. ſi certos nummos. ff. de verb. oblig.

Allegare eſt argumentari ad probationes, vel concluſiones ad communem iudicem pro cõmodo ſuę cauſæ, & propriè pertinet ad aduocatos.

Adde hic, qđ allegatio qñque ſumitur pro allegatione iuris. ff. de min. l. minor autem, & C. de iudi. l. rem nõ nouam. §. patroni. aliquando pro allegatione iuris & facti, extra de poſtu. præl. c. bonæ. i. §. nos igitur. Aliquãdo capitur pro probatione, vt l. laudabile. C. de aduo. diuer. iudi. & de iud. au. Iubemus. Aliquando pro exceptione dilatoria, vel peremptoria, ſeu declinatoria. C. de iur. & fac. ig. l. 1. & ibi not. & ff. de min. l. minor 25. ann

Allegere ſignificat aſſumere, & cooptare, vt cum quis aſſumitur ad aliquem ordinem, vt ſenator. & decurionum. l. generaliter. §. 2. de decurio.

Alleotheta figura eſt, qñ ſingularis numerus ponitur pro plurali, not. ff. de tranſac. l. qui cum tutorib. §. fi. de pet. hær. l. diuus.

Allibrati dicũtur, qui de ſcripti ſunt in libro ciuium, vel communitatis alicuius ciuitatis.

Allodion eſt res libera alicuius ex qua tñ præſtatur tributũ, gl. Gul. de Cu. & Bar. in l. ſi fam. her. in gl. ibi qđ ſi vni per diuiſionem iudicis aſſignetur totum allodium. C. fam. her. Bal. in c. j. in tit. de allo. in princ. vbi dicit, quòd allodiũ eſt id, quod eſt propriũ alicuius & a nemine alio recognoſcitur, niſi a Deo, & de al-

lodio. vide l. at ſi quis. §. ſed interdũ. ff. de rel. & ſump. fune. Et allodiũ allodij dicitur hæreditas, quam vendere vel donare poſſum ſecundum Hug.

Allodium, ideſt libellarium, vt ca. 2. & 3. ſi de feu. contro. fue. in vſib. feu. & vide quod no. gl. in l. pen. C. de inge. ma.

Alluſio quid ſit, vide ff. de acquir. poſ. l. 1. in gl. & l. ſi certum. §. appellata.

Alluſio ad ſimilitudinem dictionis pertinet, vt poſſeſſio quaſi poſitio, magiſtri ꝙ monſtrent. Etymologia vero eius veram deriuationem reſpicit, Alci. in l. tabernæ. de verb. ſign.

Alluuio eſt latens incrementum, veluti cum paulatim aquis abluẽdo arenam ex fundo meo, vel vicini mei in fundum tuum aliquid ita accreſcit, vt facile modus non poſſit apprehendi, qua hora ſit ablatum, vel hæc augmentatio facta, vide Inſtit. de re. diui. §. præterea.

Alma. i. ſancta & nutries, ab alo alis, qñq; almus ponitͣ pro claro & illuſtri vnde almus dies, & alma vrbs. l. 1. C. neg. ne. mili. lib. 12.

Altare dicitur quaſi alta res, vel alta ara, in quo ſacerdos incẽſum adolebat, vel quia in eo ſacrificia ardebant. de conſe. diſt. j. de fabrica, & ibi Archi. & ſignificat Chriſtum, qui dator, & conſeruator eſt charitatis. 8. q. 1. in ſcripturis.

Alter refertur ad vtrunq; ſexſum. l. 3. ff. de negoc. geſtis. & dicitur etiam de plurib. licet propriè de duobus. gl. in l. quicunque. C. de hæretici.

Alternatiua eſt coniunctio alternatiuè ſignificans, ſcilicet, qñ ſignificat alterũ de coniunctis eſſe, ſeu orationem factã per hãc coniunctionem, in altero verificari. Et quandoque variatur ſignificatum, vel ex coniũctionis natura ſubiecta materia, ſeu quauis alia circũſtantia, verbi gratia. Lego Sticulum vel Pamphilum, ſignificatur vtriuſque eſſe in obligatione, ſed alterum in ſolutione, vt alterum ſoluendo debitor liberetur. ff. de verborum obligat. l. ſi duo. in fin. & effectus alternatiuè eſt, quod vterq; eſt in obligatione, quia vno mortuo alter, qui ſupereſt, remanet in obliga-

gatione. Eſt aũt alternatiua quadruplex. Quædam rerũ, in qua electio eſt debitoris.l.plerũq;.§.fin.ff.de iu.do.& l.arbitraria.§.Sçæuola. ff.de eo,quod cer.lo. facit ca. in alternatiuis, de reg.iu.li.6. Secunda eſt locorum reſpectu ſolutionis fiendæ, quia & in illa iterũ debitoris eſt electio ante litem conteſt.vt in §.Sçæuola, præalleg. Tertia eſt locorũ quantum ad iudiciũ inchoandum, in quo loco debeat cõueniri,in qua electio eſt actoris. §.prædicto. Quarta alternatiua eſt per ſonarum, quando ſtipulatio eſt appoſita de ſoluendo, in illa iterum eſt electio debitoris, vt in §. item Iulianus. l.arbitraria, præallega. Alij dicunt, quod alternatiua legis ſignificat, vt eam lex, ratio, vel ſubiecta materia ſignificare declarat. Sed alternatiua hominis ſignificat, vt proferẽtem ſignificare verba velle, vel ſubiecta materia, vel quæuis alia coniectura probabilis concludens declarat.Et de iſtis alternatiuis ſeu, aut, vel, require in loco ſuo.

Adde, quod alternatiua hodie vocatur à Doctoribus quæ à priſcis Iuriſconſ. diſiunctiua, aut ſubdiſiunctiua. l.hæc verba ille, aut ille.de verb. ſig.

Altius non tollendi ſeruitus differt ab illa, quæ conſtituitur. vt ne proſpectui officiatur.l.ædificia.ff.de ſer. vrb.præd.

Alueus proprie eſt venter fluminis, vt dicit Bart. ſecundũ Hug. in tract.de alueo. in prin.& ſicut ſtomachus continet vinum.ita alueus ſupra ſe continet flumen, & vulgariter lectum fluminis appellamus, quia ibi flumen cubat.Bart.in rub. de re.diu.ff.in 12.colum.in verſic. nec veniamus. Verum etiam & pro vaſe, vbi apes menent aliquando accipitur,vt Inſtit.de re.diui. §. apium; & aliquando pro vaſe, in quo lauantur pedes.

Alumnus eſt, qui alit aliquẽ, vel qui aliter ab aliquo,vel eſt filius ex concubina, vt in l. alumnus. C. quæ res pign. obl.poſſit, & ibi glo. ferè tamẽ accipitur pro eo quem alimus & proprie refertur ad nutritium,& nutricem, quæ ſignificant indifferenter actionem, &

paſſionem, vnde, Hoſpes, zelotypus, conuiua, vector alumnus. Actum ſiue pati ſub eodē nomine ſignant.

A ante M.

AMator accipitur in malam partem. l.j. in fi. ff. de ſer. corrup.

Ambages eſt dubia locutio, vel effugatio ſermonis extra propoſitum.

Ambaſciator eſt legatus principis in arduis negotijs, & ambaſciata eſt huiuſmodi legatio conſiliatorum, vel principium in ſuis cauſis.

Ambiguum eſt, vbi diuerſæ opiniones ſunt, & iura varia vidētur, de ſent. excom. inter alia. de iud. c.j. lib.6. Et de triplici ambiguitate, ſ. iuris, facti & perſonæ. no. 33. diſt. c. fi. ſm Ioan. An. in prœ. cle. ſuper verbo ambiguitatis. Adde quid dicatur ambiguum, per Bar. in l. inter ſtipulantem. §. j. ff. de verb. obl. & in l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iud. & per Bar. poſt gl. in l. ſi quidem. in 2. col. C. de exc. Et differunt ambiguū & obſcurum, vt no. gl. in l. veteribus. ff. de pac. & Alc. in l. nepos. de verb. ſign.

Ambire eſt ꝓprie cupere honores, arg. de conſe. c. j. lib. 6. vnde ambitio, i. cupiditas, per Arc. in c. vlt. de reſcrip. li. 6. vel dic, ꝙ ambire eſt honorū gradus & ordines per peccatum appetere. Cupere vero eſt terrena lucra optare. Vnde verſus. Eſt cēſu cupidus vir, ambitioſus honore. No. p Card. in c. auaritiæ. de elect. li. 6.

Ambitioſa decreta ſunt, quæ per gratiā facta ſunt. l. ambitioſa. ff. de dec. ab or. fa.

Ambitioſa diligentia, ideſt nimia, & anxia. l. ſi bene, ff. de vſur.

Ambitus dr̄ crimen affectari honoris, ab ambeūdo, hoc eſt circuneundo, & ſupplicādo, & proprie eſt in actu. Inde ambitioſus, qui largitionib. magiſtratum affectat, quem l. Iulia, de ambitu puniebat.

Ambulare. i. trāſire, ſic dr̄ ambulatoria voluntas defuncti vſq; ad mortē. ff. de ad. leg. l. 4 Dicitur ētambulatoria ptās legis. ff. de fundo. l. erit ergo. Itē ambulatoria act. C. de fur. l. vlt. §. j.

Amen exponitur, ideſt verum eſt. de conſecr. diſt. 2. reuera. Vel ideſt ita erit, vt not. per Archid. in prœm. lib.

lib.6.in fi.Et de hac dictione Amen, vide de conſecr. diſt.j.c.hoc quoque.

Amica appellatur, quæ cum vxor non ſit alicui tamen ſui copiam facit, l. maſurius, de verb.ſig.

Amicos appellare debemus non leui notitia cōiunctos ſed quibus cum fuerint iura honeſtis familiaritatis quæſita rationib. l.latæ,de verb.ſign.

Aminæum vinū, ab Aminæa regione. Meminit Proculus in l.fi.ff.de vi.& tri.leg.

Amiſſa dn̄r, & quæ corrupta ſunt, vt ſciſſa & fracta.l.p̄tor, §.amiſſa, ff. vi.bo.rapt. item ea, pro quibus perſequendis nullam actionem habemus, l.Labeo & Sabinus,de verb.ſign.

Amita eſt ſoror patris.

Amita magna eſt ſoror aui.

Amitinus eſt, qui ex ea generatur, ſ.amitæ filius, vt 35. q.5.c.vlt.

Amittat, hoc verbum non ſonat præteritum, ſed in futurum, niſi addatur ipſo iure Felyn.in c.Rodul.col. 22.verſ.publica ſunt bona, de reſcrip.

Amminiſtrator, ſiue adminiſtrator rerum publicarum eſt qui tēporalia gerit, ſed magiſtratus, q̨ iuriſdictionem exercet ꝑm Azo.C. de ad.reip.lib.11. in rubr.

Amoueri quæ dicant̄, liquet ex l.3. §.2. ff. re. am. ex l.ſi ſeruum, §.amouiſſe. de acquir. hęr. & l.qui tabulas, in fi.de fur.& l.3.§. non ſolum, de inc.rui.nauf.

Amphibologia dicitur, cum ambiguitas oritur, ſeu ex ſingulis dictionibus,ſeu ex coniunctis.

Amphora, vas erat vinarium, l. vinaria, dē verb.ſign. vbi Alciat.

Amplectens,i. vbique circum plectens,C.de leg.l. non dubium.

Ampliare, & augere licet videantur idem ſignificare, tamen differunt, quia augere ſpectat ad quantitatē. ampliare verò ad pretium, quod ſit diligenti rerū cultura.C.de ſacr.ſan.ecc.l.iubemus nulli, ff.de iu. fiſ. l. non intelligitur, §.diui.

Ampliſſimus ordo, i. ſenatorius, l.uutu. de leg.3.

Amplius, hoc verbū habetur ff.de dam.infec. l. hoc amplius,& ibi includit, nō tamen ſemper eſt exceſſiuū: vt ff. de verborum ſignificat.l.verbum amplius, & l. i.§.hæc verba, ff.ſi cui pluſquam,

quam.per l.Fla. Interdum eſt exceſſiuum, & habet in ſe vim repetitionis & exceſſus.ff.de le.3. l.ſi ſic,& l. ſi tibi pure.& de do. præle. l.qui ita. vbi de hoc. Item vltra ſupradicta, adde de hac dictione amplius,qũo repetit, vel cõparatiue ponatur.Bar.in l.ſi ſeruus legatus. §.ſi ita ſcriptum. ff. de leg.j. & in l.ſi tibi. de lega.3.& ibi an inducãt quãtitatem, vel conditionem, & de hac dictione plenius vide per eundem in l.lecta. ff.ſi cer. pet.

Amputari, vide C.de iu.deli. l.ſcimus,& l.1.de plus peti. & extra de reſtit.ſpol.c.frequens. lib. 6.

A *ante* N.

AN, de iſta dictione an.vide Inſti.de re.diui.§.cũ ex aliena, & §. fere, in fi.& §.j.qui.mod.teſt.infir.l.an vſusfructus. de vſufru.& l. 1.ff.de vſufr. pe.

Anaclaſis.i.repercuſſio,ſeu reuerberatio,l.ſi arborem,de ſer.vrb. præd.

Anacriſis accipitur pro examinatione negotij,quę per ĩterrogationẽ accuſati fit. l.diuus,ff.de cuſt.reorum.

Anademata coronæ, l. q̃uis, ff.de an.& arg.leg. At Alc. legit ibi anademata, quæ ſunt capitis ornamenta.

Analogiſtæ appellantur, qui nõ tenentur reddere rationẽ adminiſtrationis, l.quidam,de admi.tut. Sed peritioribus videtur legẽdum eſſe potius alogiſtæ, aut aneglogiſtæ.

Anaphora figura,Latinè relatio dicta eſt,cũ idem verbũ in principio plurium clauſularum reperitur, veluti in l. 2. in princ. C.de offic. præf. præt. Afri.

Anathema vno modo eſt ſubſtantiuum,& eſt damnatio æternæ mortis, & non niſi pro mortali crimine debet imponi, & in illis, q aliter nõ patiuntur corrigi.11.q. 3. nemo epiſcoporũ, in fi. Vel eſt excommunicatio, ſeu ſuprema maledictio.Et dicitur ab ana,i. ſurſum,& tegma figura, qa olim imprimebãt figura frontibus damnatorũ,de hoc no.Io. And. de iur. cum non homine, vbi poſt excommunicationem incorrigibilis anathematis mucrone feritur.i.punitur,ideſt ſolemni excommunicatione, cũ 12. epis candelas in terram

ram proijcientibus, & conculcantibus, vt in c.debet, 11.q.3. Et anathema tale, vel maledictio ſolebat fieri per prelatos. Vel dr̄, & melius à verbo Græco agathinæ, hoc eſt à ſe ponendo, quaſi quædam ſepoſitio, & ſeparatio a Deo. Alio modo anathema eſt adiectiuũ omnis generis indeclinabile, & dicitur excõmunicatus, maledictus, ſeparatus, vel dãnatus, vnde qui frangit, rapit, ac urit, ferit, eſt anathema, Frangit ſcilicet eccleſias, rapit res alienas, vrit etiã eccleſias, ferit perſonas eccleſiaſticas. Inde etiam anathematizare, id eſt damnare, vel excommunicare, maledicere, vel ſeparare, vt ſuprà.

Anathematizatus dicitur, qui tanquam impius a Deo ſeparatus eſt, & ponitur pro excommunicato, vt 24. q. 3. certum eſt.

Anceps eſt aliquid, ſeu aliquis huc & illuc fluctuans dubius in quam partem declinet ſecundum Iſid. li. 10. etymo.

Anchora retinaculum, ſeu gubernatio nauis eſt, vt ff. de exer. l. 1. §. 1.

Anciani dicuntur præſidentes, vel priores, vel regentes qui regunt vniuerſitatem, vel prouinciam, ita dicit Pa norm. in cap. fin. in princ. not. 2. de proc.

Ancones, ſpecies vaſorum cubitalium, l. tabernæ. defun. inſt. leg.

Anfractus dicũtur viarum flexus. l. viæ, ff. de ſer. ruſt. pd. vnde & anfractus litigiorũ. extra de ſep. c. 2. lib. 6. §. 1. Et dicitur anfractus litigiorum, quia multas moras habet, vt ff de leg. not. cau. l. etiam, & incertos euentus habet, ff. de pecu. quod debet, & ideo ſic dicuntur, quia vndique franguntur, vel circuneunt, not. per Arc chi. de elect. quorundam, in prin. lib. 6.

Angariæ, penultima longa, eſt iniuſta exactio, vel compulſio. Nam angariæ dicũtur pſonalia obſequia proprijs ſumptibus pręſtita. c. non minus, de immu. eccl. glo. in l. neminem. C. de ſacroſ. eccl. Sunt ergo quę dã perſonales præſtationes, quæ a vulgo dicuntur captiones.

Angiportus, ſiue agiportum olim dicebãt anguſta via inter portus, i. domos l. portus, de verb. ſign. vbi Alcia.

Anguillarius lacus, in l.rutilia, de contr.emp. pro lacu ánguillas producente.

Anguſta domus, i.arcta, ff.de ſeruit.ſi tam anguſti.

Anguſtia tp̃is, i.breuitas. C.de leg. non tantũ. & ff.ſi quis cau.l.2.§.ſi quis, verſ.niſi.

Animaduerſio dr̃ pœna, quia animaduertere eſt punire vnde dr̃ animaduertẽdum eſt ĩ facinoroſos hoĩes. Itẽ animaduerſio dr̃ cuiuslibet operis determinatio ẜm q̃ quis ꝓ mercede ſua ſuſcipit certũ opus, & determinatum ſuis impenſis faciendum, vt terram colendam. vel domum conſtruẽdam. Etiam animaduerſio eſt conſideratio, §.j. Inſtitutio. de ijs, qui ſunt ſui vel alien.iur.

Aĩalia ſunt in triplici dr̃ia, quædam enim ſunt manſueta, vt gallinæ, quædã fera prorſus vt lupi: quædam verò fera naturaliter, ſed accidentaliter mãſueta, vt cerui, pauones, &c. Inſti.de re.di. in glo.§.pauonum.

Aunalis actio eſt, quæ finienda eſt anno, vt iniuriarum.

Anniculus appellatur infans vnius anni, licet extremũ anni diem dũtaxat attigerit, non ẽt perfecerit, l.anniculus, de verb.ſign.

Annona ẜm Azo. dr̃ ſalariũ, qđ cuiq; pro capite ſuo remunerationis cã datur, vnde titulus, C. de anno. & trib. lib.10. ẜm Azo. ex ponitur, i.capitatione. Sicut enim ẜm eũ capitatio dicitur tributũ, qđ datur pro capite, ita annona dr̃ tributum, qđ datur magiſtratibus, vel cauſa ſalarij pro remunerãdo labore. Et dr̃ capitatio de capite, quia eſt pretiũ debitũ capiti, i. dignitati. Annona p̃terea ſumitur pro tributo, quod ſoluitur in ſpecieb. ſeu fructib. ſicut tributũ dr̃, quod ſoluitur in auro, argento, vel ære, vt tradit gl.in rub. C.de ann.& trib.lib.10. Itẽ pro pane, vt in l.j.C.de fru. vrbis Conſtan.

Annonæ vtiles ſunt, quæ publicè dabãtur iudicantib. ciuitatib. vel omnib. tp̃e neceſſitatis per ſingulos dies, vt C. de ann. & tribus, l.2. lib. 10. Etiam annona eſt ſeges, vel frumentũ vnius anni. Adde, quòd annonæ ciuiles dicuntur in iure aliquando annui reditus a fiſco percipiendi. Dabantur enim annuatim pro publico ſecundum gloſſ. in hac

edi-

edictali, §.his, C. de ſecundis nup.

Annonæ militares dicuntur, q̃a milites ſingulis diebus conſequebãtur, vt C.de anno.mil.l.ult.vbi dicitur, ꝙ ipſi annonas & capita ſingulis cõſequebantur dieb.

Annotatio ſacra ẽ, cõſcriptio bonorũ vel eorũ cõnotatio ſeu cõſignatio, veluti cũ aliq̃s cuiuſcũq; criminis reus ſit, absẽtat ſe vocatus ad iudiciũ patiẽt bonorum annotationẽ, vt ſi infra annũ uenerit, & ſe purgauerit, bona ſua recuperet. Si aũt non venerit, tũc fiſco applicent. Et qualiter fiat annotatio ponit Spec. in tit.de act. §.fin.verſi. ſed qualiter.dicẽs, ꝙ præſes ſiue iudex veniet cum tabellione ad domũ accuſati, & ĩquiret quot domus, quot prędia ruſtica, quot iugera terræ hẽat in bonis eius. Et oĩa bona illius, qui nõ uenit citatus, ponit in bãno fiſci. niſi uenerit infra annũ, ff.d req.reis, l.1.§.1. Ab hac tñ ſnĩa cũditionali poterit appellari, de appella. ꝑterea q̃ tñ fiſcus de facto rea. Et deſcribuntur bona, nõ occupat uiſi poſt annũ poſt hoc iterum per edicta requirit accuſatus, & citãs mittit literas ſuas iudici vel rectori loci, in quo degit accuſatus, vt ꝑ illũ citato innoteſcat ſe accuſatũ vel citatũ, & bona eius eſſe annotare. vel econtra ab hoc verbo ipſum nomen.

Annotatio facta dr̃ reſcriptũ illud, qđ Imperator ꝓprio motu mentis indulget alicui cõſtituẽs ſcđm ꝑces eius, ſeu illius aliquid fieri, vel nõ fieri. C. de diue.reſc. l.fi.& ibi in gl. Et not.Car. Zaba.in c.ſuꝑ literis. de reſcrip. differentiam inter annotationem, & pragmaticam ſanctionem.

Annua bima trima die, de ſignificatu horum uerborũ eleganter Iuriſconſul.in l. ſi ledatum. de ann.leg.

Annuli leues dñr q nõ excedunt valorẽ quinq; aureorũ, l.diuus, ff.de bon. dam.

Annulus ſigaatorius, vide Signatorius.

Annuo.i. concedo, ff. de do. inter vir.& vxo.l.ea, quæ a marito. Et aliter exponit̃, vt ibi no. Item annuere dominos exponitur, extrà de iure iurau.cap.1.§. ego huius.

Annus quot dies & mẽſes habeat, not.gl, in c.ſi propter

de reſcr.lib.6.Nam annus continet.365.dies, vt in l. cum hæres §.Stichus,ff.de ſta.lib.Et quidam computãt annum ab Incarnatione Domini,vt 23.diſtinct. in nomine Domini. in pr. Alii a Natiuitate Domini.De hoc gl.in §.forma.2. q.6.& in Spe.de inſtru.edi. in prin.in 1. col.

Annus Iubileus dr̃ annus remiſſionis,quia eo anno debita remittebantur, ſerui hebræi admittebant̃ liberi,& omnia reuertebantur in priſtinum ſtatum, & eſt annus quinquageſimus, vt in c.in iubileo,de pę. diſ.1.

Annus vel annuatim ex proprio ſignificatu ſignificat multiplicationem ſimpliciter ſiue indeterminate, ſed qñ applicat̃ caſibus, ſignificat diuerſimodè, prout ex diuerſificatione materiæ concluditur proferentẽ intellexiſſe,vt pacto ſeu ſtipulatione promittis 10.Titio annua vel annuatim,ſignificat multiplicationem ꝑpetuam, quia ſignificat ꝓmiſſam ſummã deberi ei cui promittitur, eius hæredi,& hæredis hæredi, & ſic in infinitum, ideo dicitur l.ſtipulatio.ff.de ver. ob. quòd ſtipulatio annua eſt perpetua.Et not.quòd annuum legatum pro primo anno eſt purũ, & pro aliis annis eſt conditionale, qa ꝓ quolibet anno debetur legatario, ſi tunc viuit. Si verò mortuus eſt, tunc nõ debetur, nec ſi deportatus eſt, quia talis ciuiliter mortuus eſt,& nõ habet ius capiendi ex teſtamento, qđ eſt ciuile. l. cum in annos ſingulos,ff.de ann.leg.Sed ibi promitto tibi decẽ annua,vt ſis ꝓcurator meus in parlamẽto, ſignificatur multiplicatio temporalis ex cauſa, quæ apponitur de eſſendo procuratorem, quia morte finitur, ſic & oblatio, quæ ex hoc inducitur.De hoc vide l.annua. §.fin. & totum titulum, ff. de an. leg.

Anormalus ſucceſſor eſt ſicut ille qui ſuccedit hæredi nõ implenti defuncti voluntatem, vt inſtit. de eo cũi.li.cauſa.§. in primis.

Anſa eſt nodus cui ſiis, & facilis ad ſoluẽdũ, ita factus ꝙ ſi recte trahitur caput filio, omnino ſolutus eſt, vt not.Ber.in c.cum olim,de verbo.ſign. proprie autem dicitur qua quippiam pre-

hendítur, ac tenetur, l. in rem. §.2. de rei vend.

Antapocha, ſiue antipocha, ſiue antepocha, quod idē eſt ſecundum aliquos, & ſecundùm Azo. in ſum. de fide inſtr. ver. de antipochis vocatur chirographū, qđ facit debitor creditori, in quo confitetur ſe ſoluiſſe tantum, & ſic eſt de ſolutis & fit a debitore in hūc modum. Cōfiteor me tantum vſuratum nomine, vel penſionis ſoluiſſe, & datur creditori. Et ſic nō dicitur ab anti, quod eſt cōtra, ſed ab ante, ſecundum Io. quia fit ante apocham, vel ab anti, quod eſt ad, quia eſt inducta ad ſecuritatem creditoris, & fit ēt ante apocham, qui enim alieno nomine poſſedit, & penſionem ſoluit, vel qui creditori vſuras repreſentauit, ſi quādo dicat ſe ſuo nomine poſſediſſe, & ita dñm factū, vel præſcriptione liberatum contendit, ius agentis facit vacillare, niſi dominus, vel creditor vſuras, & penſiones præteriti tempus ſibi ſolutas comprobet, probat aūt per antipochā debitoris, C. de fi. inſt. l. plures, vbi gl. dat tres modos dicendi. Vel vt alij dicunt antipocha eſt ſcriptura, quā facit debitor obligando ſe, & in qua fatetur ſe debere, & fit contra apocham dicendo. Cōfiteor me debere, &c. & ſic dr̄ ab anti, quod eſt contra. Apocha autē ſm omnes eſt ſcriptura creditoris confitentis ſibi à debitore ſolutum, & ſic apocha eſt de receptis, & fit a creditore, puta confiteor me recepiſſe tantum, ff. de cond. inde. l. ſi. §. Titius, ff. de furt. l. qui tabulas, §. apocha. & de acceptil. l. acceptilatio. §. 1. Differt tamē chirographū ab antipocha, vel apocha, quia chirographū dicitur cū duo paciſcentes faciūt duas ſcripturas, & ſub eadem forma verborū conficiunt & mutuo tradunt.

Antę, ſunt populi Hiſtri fluminis accolæ, quos cū debellaſſet Iuſtinianus Imp. Anticus dictus eſt. Sic. n. legendum in inſcriptionib. vol. iuris ciuilis, non Atticus, vt vulgo impreſſū eſt.

Ante ſignificat ante rem factam, & bene inchoatam, ff. ſi cer. pet. l. 2. §. item mutum, vbi de hoc, ff. de verb. obl. l. qui ante, & l. eum qui ita, §. quæſitum.

Anteceſſor, quandoq; dicitur doctor, qui alios antecedit in proœ. ff. §. ſed cum vos. Quandoq; exponitur, i. ſuc ceſſor in conſtitu. ff. circa prin. Aliquando anteceſſor dī neceſſitudine, C. de vet. iur. enuc. l. j. §. quæ omnia. Aliquādo antiquitate. 35. q. 6. de parentela. Aliquando officij prioritate, 3. q. 6. hoc quippe, & q. 5 c. accuſ.

Addæ, ꝙ anteceſſores appellati ſunt profeſſores iuris, ab antecedendo, & præeundo diſcipulis, quos quaſi porrecta manu impenetralia Iuriſprudentia deducunt; vt manifeſtè ꝓbatur in d. §. ſed cum nos, idq; docuit Aldobrādinus meus in annotationibus, quas iam ter tio ab hinc anno edidit in inſtitutione iuris.

Antiades ſunt veluti glandulæ, quæ in gutture naſcuntur, cum quæritur. de ædil. edi. a latinis tonſillæ nuncupantur.

Antichreſis eſt pignus, quod ad hoc datur, creditori, vt inde fructus percipiat donec æs ſuum receperit. l. ſi pecuniam, de pi. act.

Antidorum eſt contraria donatio, gl. ſuper ver. antidora in l. ſed & ſi lege, §. conſuluit, in fi. ff. de pet. hęred.

Antidora dī obligatio non efficax ad agendū, ſed æquitate ſubnixa ad agendum, §. conſuluit, de peti. hæred.

Antidorum ſolet dici, quod datur contra venenum, & ſic ponitur pro medicina, vt in c. cæterum, de iuram. calum. Inde antidotarius, liber in medicina, de iureiur. c. j. in clem. vbi gloſ.

Antimonia ponitur pro legū contrarietate, l. j. §. nulla, C. de vet. iur. enuc.

Antiphona pro pignore ponitur, ff. de pig. act. l. ſi pecuniam, & ibi gloſ. vbi etiam aliter exponitur, & melius de pig. l. ſi qui, §. 1. Item antiphona poteſt Latinè interpretari vox reciproca. ī d. l. ſi is cui, §. j. Sed verior lectio eſt antichreſis, de quo ſupra.

Antipophorizat, i. tacitę quęſtioni reſpondet, de ſupp. negl. prel. c. 2. li. 6. in princ.

Antiptoſis eſt figura, quæ ponit caſū, &c. diſt. 6. c. ego ſolus eis ſcriptorum. 1. ſcriptorib. vbi ponitur genitiuus pro datiuo.

Antiſtes dictus eſt ſacerdos eo, ꝙ ante ſtat. c. cleros, 21. diſt. communiter tamen ſumitur pro epiſcopo, ſecūd. gloſ.

gl.in cle.dudum,de ſeq. Anus per vnum enim exponitur,i.vetula,ff.de carbo. edi.l.3.§.duæ cauſæ.

A ante P.

APerire viam quid ſit, vide ff.de via pub.l.j.j. reſpon.Item aperire tabulas, vide ff.ad Sylla.l.ſi quis in graui.§.aperire.

Apex eſt ſummitas honoris, vel diſtinctionis not.Nam quod in ſummo eſt diſtat à pedib. vel infimis. Et hæc ſummitas reſpicit temporalia,vt in c.ſolitæ, de ma. & obed. Etiã ſumitur pro litera,vt dicit Chriſtus: Mi nimus apex non peribit. Itẽ ſumitur pro ſubtilitate, dũ dicimus de apicibus iuris nõ diſputãdũ. ff.mã. l.ſi fideiuſſor.§.quædam.

Aphehitus, qui aphehis laborat, aphehæ autem ſunt oris vlcera,præcipuè infantes vexantia.

A pocha, ſupra in ver. Antapocha.

Apocriſarij ſunt nũtij dñi Papę,quaſi ſecretarij, vt diſt. 16.c.ſeptuaginta, dicti ex eo, ꝙ decedunt, & proficiſcuntur in longinquas regiones,vt rñſum mittẽtib. referant mãdatorum ſuorum. Nam Græci apocriſin dicunt deceſionem & reſponſum.De hac dictione vide etiam in litera y.

Apocrypha vel apocryphum dr̃ occultũ, vel ſecretũ, inde dr̃ apocryphus.i.liber ſecretus & occultus, cuiꝰ autor ignorat̃,vel de cuius veritate dubitat̃,nõ tñ ab eccleſia recipitur, ſed reprobatur,quaſi diceret,non in eccleſia, ſed remote & longe ab eccleſia ſit legendus. De apocryphis habetur 16. diſt.canones qui, & ibi gl.

Apolides dicuntur, qui ſunt ſine ciuitate ab a, quod eſt ſine, & polis,ciuitas.

Apologia eſt accuſatio vel rñſio, vnde dr̃, clerici, qui alios accuſant,iuſtam accipiãt apologiam, & eſt apologia poſita in defenſione vel negatione tãtum:nam in ea ſolent quidam accuſantibus reſpondere, vnde apologeticus, i. excuſatorius,vel reſponſorius, not. per Arch.30.q.2.c.circa.

Apoſtaſia ẽm Hoſ.eſt temerariꝰ receſſus a ſtatu fidei obedientię, vel religionis, q̃ q̃s ꝓfeſſus eſt ſe tenere. Inde apoſtatæ, q receſſerũt a fide,& qui egreſſi religionẽ,

quam profeſſi fuerãt, iterũ ad ſęculũ redeũt, vt tradit Bar. in rub. C. eod. tit. ſic dicti tanquam retro abeuntes, c. nõ obſeruatis, 16. q. 7.

Apoſtoli ſm Hoſt. dñr literæ teſtimoniales, q̃a teſtificãtur de appl'one fcã, & ſm eũdẽ, & Sp. in 3. par. i trac. libel. §. ſequit. ver. apoſtoli. Ibi vide quid ſint apoſtoli, vnde dicetur, & de quadruplici eorũ ſpecie, & eorum formis. Nã alij ſunt apoſtoli cõuentionales, ſ. qñ pars admittit appellationẽ, ſiue in iudicio iudice refutãte, ſiue tacẽte, ſiue extra iudicũ, vt c. ſæpe. iñ. 2. & oblatæ, de appel. Alij ſunt teſtimoniales teſtificãtes de appellatione facta, vt ſupra. Alij dimiſſorij, p quos apparet, q̃ iudex detulit appellationi. Alij refutatorij, p quos apparet, qđ iudex non defert appellationi. Alij reuerẽdi, vel reuerẽtiales, ſ. qñ ob reuerẽtiã ſuperioris appellationi deferſ, vt c. j. de appel. lib. 6. in gl.

Apoteleſma ſignificat abſolutionẽ & perfectionem operis, l. rei. §. fin. de verborum ſignificat.

Apotheca eſt arca, vel locus, ĩ quo aliqđ poniẽ cuſtodiẽ di cauſa, vel in quo merces vẽduntur, qui locus & alio nomine ſtatio vocatur, inde apothecarius, i. ſtationarius, qui ſtat ad vẽdendũ.

Apparere, i. ad memoriam reducere, in auth. de fi. inſtr. circa prin. ſecũdum vnam expoſitionem. Aliquando apparere exponitur, ideſt præſumere, vt ext. de præſum. cap. ſcribam.

Apparitio quandoque ponitur, p diſcuſſione, vt in l. j. C. de loca. præ. ciui. lib. 11.

Apparitores dicuntur qui citant partes, & eas apparere faciunt in iudicio, hoc nomen inde trahentes. Vel dicunẽ ideo apparitores quaſi apparetores, quaſi ipſi appareant in iudicio. Item dicunẽ catholiciani quaſi communiter & vulgariter ſeruiens, vt bidelli ad iudicium. Item dicuntur officiales ſecundum Az. vel ſecundum Iſi. apparitor dicitur ille eo, q̃ appareat & videatur, & præſto ſit ad obſequium, vel aliquid audiens teneat. Et de apparitore habetur in cap. tua, de hom. & gloſ. magna, in capitulo, veritatis, de dolo & contum.

Appellare eſt à minori iudice

ad maiorē prouocare. Et eſt inductum appellare ſecundum leges, vt iniquitas, vel imperitia iudicantium corrigatur, licet nonnunquam bene latas ſententias in peius reformet, de appell. c. cum ſpeciali. §. porrò, vel ideò vt homi. oppreſſi releuentur, 2. q. 6. ad Romanam. 2. & quis poſſit appellare à quo, ad quem, quando, qualiter, quoties, infra quod tempus, & à qua ſententia, vide, 2. quæſt. 6. per totum, & Goſ. in ſumma.

Appellatio ſēm Azo. eſt a minore iudice per inuocationem maioris iudicis prætextu iniquitatis primæ latę ſententię receſſio, de minorit. l. pręfecti. Item eſt de minore iudice ad maiorē prouocatio ſecundū ſummiſtas, de conſuet. cap. 2. libro 6. in gloſ. 4. Vel aliter ſecundum Hoſtienſem appellatio eſt iuriſdictionis prioris iudicis per inuocationem ſuperioris iudicis rite facta ſuſpenſio, & hæc diffinitio ſecundum eum competit tam ſecundum leges, q̃ ſecundū canones, vt extra de officio delegati, c. paſtoralis, §. præterea. Vel ſic appellatio eſt ab audientia minoris iudicis ad maiorem propter grauamen, vel cōminatū prouocatione. de appellationib, vt debitus, & c. cum ceſſante, & ſi extra iudicium appellatur, tunc eſt ſuperioris inuocatio, ſeu ꝓtectio ab iniuria, vel grauamine irrogādo, c. cū ſit Rom. eo. tit. de appellationib. rela. & recu. Et appellatio, & recuſatio ſunt paria. de appellat. ſuper eod. 2. reſp. & hoc quoad modum, ſicut non admittitur fruſtratoria appellatio, ita nec recuſatio. Differūt tamen, quia recuſo etiam ſi quō grauor, non tamen appello a iudice, in quē conſenſi niſi grauer, & c. vt. de off. deleg. c. ſi contra, in gloſ. fin. lib. 6.

Appendicia quid ſit, vide ff. de acquirenda hæredit. l. ſi quis hæres, & de adminiſt. tutur. l. tutores, & C. ſi tut. non geſ. l. fin.

Applumbatio eſt diuerſarum materiarum conſolidatio, vt auri, argenti, aurichalci, plumbi, ſtanni, &c. & earum materiarum coniunctio, dicitur applumbatura.

Appulſus pecoris ad aquā eſt

ius adducēdi pecus, vel gregem ad aquam fontis alieni vel riuum adaquandū.

Apud q̄nq; exponitur pro. i. vt no. de præb. ſtatutū, li. 6. q̄nq; apud, i. cōtra, vt Marcellus apud Iulianū no. ff. de pet. hæred. l. nec villā, §. non ſolū, & de requi. reis, l. 3. quandoque exponitur apud, ideſt penes, C. vnde vi. l. ſi quis in tantam, & in quo differat apud, & penes vide ff. de verb. ſig. l. penes.

A ante Q.

AQua quotidiana & æſtiua, aqua pluuiali arcenda, & acqua de caſtella educenda. Require infra interdictum de illis.

Condicere eſt rē ſuam in iudicio petere,perſonā pulſando, vel inquietando, & ipſam dicendo obligatā ſibi eſſe ad aliquid dādum, vel faciendum. Vnde dr̄ indebiti condictio,& tractū eſt hoc verbum a veteri obſeruatione, quia olim erāt in vſu ſolēnia verba,quę oportebat actorē cū litigabat corā iudice condicere, i. ſimul dicere qn̄ litigaret, vt ſi caderet a ſyllaba,caderet a tota cauſa.Et quia in perſonalibus actionib.hoc obſeruabatur, ideo perſonales actiones dicebātur condictiones. Deinde præfata ſolemnitas in deſſuetudinem tranſijt,hoc tn̄ nomē adhuc remanſit, vt perſonales actiones adhuc dicātur cōdictiones, quamuis non ſit neceſſe hanc ſolemnitatem obſeruare, & hæc verba condicere. Et ex hoc datur intelligi, quod condictio nō eſt aliud niſi perſonalis actio. Et condicere aliquid,eſt illud per actionem perſonalem petere.

Conditio multiplex eſt. Nam quędam eſt cōditio certi, quæ cōpetit ex omni cauſa, & omni obligatione ex qua aliquid certū petitur, ſiue ex certo cōtractu,ſiue ex l.Aquil.agatur, ſiue ſuo nomine, ſiue hæreditario obligetur.Vnde manifeſtū eſt, quod iſta conditio cōcurrit cum actione mādati, depoſiti, & cæteris, vbi quid certum petit. Et ideo ſm̄ diuerſitatē cauſarum nunc re,nunc verbis,nunc literis,nunc conſenſu contrahitur,nunc etiam ex cōtractu,nunc ex quaſi contractu, nunc ex delicto cōpetit, in mutuata tamen pecunia ſola illa cōpetit.

Condictio ea lege ſm̄ Azonem eod.tit. locum habet quan-

quando ex noua lege ſur-
git obligatio, nec in eadē
lege cautū eſt quo genere
actionum experiatur, quæ
pro varietate cauſarū, nūc
ex contractu, nunc ex deli-
cto naſcitur, & ſic non ſta-
tuitur, vel cauetur qua a-
ctione agatur.

Condictio furtiua cōpetit do
mino rei cōtra furem eiuſ-
que ſucceſſores ad ipſam
rem proſequēdam, vel æſti
mationem eius quāti plu-
rimi fuerit poſtquam abla
ta fuit, eo quod fuit ſem-
per eſt, & fuit in mora.

Condictio indebiti competit
ei qui per errorē indebitā
pecuniam ſoluit alicui cre
dens ei teneri, cum non te
neatur, vel cū a procurato
re ſuo ſoluta eēt ipſo igno-
rante. Eſt ergo cōdictio in-
debiti ſm Az. in ſum. eo. ti.
poſtq̄ ſoluta indebita repe
tūtur, ſiue per ignorantiā
facti ēt nō probabilem, vt
quia errauit quis in facto
ſuo, ſiue per ignorantiā iu-
ris talia indebita ſoluātur,
quia ignorantia iuris non
debet alicui nocere in dā-
no vitando, vt ff. de iu. &
fac. igno. l. iuris ignorātia.

Condictio liberationis cōpe-
tit ei, qui qđ omnino non
debuit promiſit.

Cōdictio ob cām datorū ſm
Azo. eo. tit. competit, & lo-
cū hēt vbicunq; hi contra-
ctus innoīati interueniūt.
ſ. do vt des, do, vt facias, fa-
cio vt facias. In illo aūt cō
tractu innoīato. ſ. facio vt
des, datur actio de dolo. Et
prout alij dñt, competit ad
rem petendā, quæ ob cām
honeſtā (vtpote in cauſam
futuram, vel præteritā) da-
ta eſt, cauſa non ſecuta: po-
teſt. n. codici cauſa non ſe-
cuta ſi pęnituerit dantem,
re integra. Si vero dediſti
decē vt Bononiā irem, & ali
quid erogaui ad profeſſio-
nē, præparandam habes cō
dictionē, ita tamen, vt præ-
ſtetur mihi indemnitas.

Condictio ob turpē cauſam
eſt, per quā repetimus ea,
q̄ dedimus alteri cauſa nō
ſecuta ob quā data ſunt, ſi
turpitudo tm̄ ex parte ac-
cipiētis verſetur. Alioquin
ſi ex parte dantis & accipiē
tis, repeti non poteſt, quia
in pari cauſa turpitudinis
potior eſt condictio poſſi-
dentis, c. in pari. de reg. iu.
li. 6. & ſm Az. eo. tit. ponit
exēplum. Ego dedi tibi, vt
ſacrilegiū non faceres, ab
hoc. n. debuiſti abſtinere

& cauſa ſecura poſſum petere, quod tibi dedi.

Condictio ob cām, hanc cōdictionē parit res apud aliū cōſtituta, ſiue ab initio, ſiue iā, ſiue poſtea puenit ad eū ex iuſta cauſa, poſtea ad inſtantiā redijt, vt chyrographū apud creditorē debitor poſt debiti ſolōnem repetit. Sed hanc cōdictionē ob cām putāt, quidam ex cōtractu prouenire, qā non competit, niſi alij contractus p̄cedāt. Alij ex quaſi cōtractu credunt deſcendere, ad ſimilitudinē condictionis indebiti, quia q̄ ob cauſam cōdicit actori, primum cōtractum diſſoluit.

Condictio ſine cā cōpetit, qñ aliquid primo ex iuſta cauſa eſt apud alterum, ſed poſtea per aliquem effectum eſſe non debet, v.g. mutuaſti mihi. c. feci tibi inſtr̄m, in quo confeſſus ſumme tibi teneri, ſoluo tibi, modo inſtr̄m obligatorium. eſt apud te, ſine cā, per quam repetam ipſum. Competit ergo condictio, ſine cauſa, finita cā, ex qua res ad aliquē peruenit, ex cōtractu, qui iam finitus eſt, vnde vr̄ deſcēdere. Item ſi ſine cauſa penes te res eſt, quā non hábes per contractū; & ita nec ex cōtractu, nec ex maleficio es obligatus mihi. Etiam locum habet vbicunque ſine cauſa aliquid quod apud te eſt, mea intereſt me habere.

Cōdictio triticaria gn̄alis eſt, de alijs rebus ōmnibus cōpetens præterquā de pecunia numerata, ſiue mobiles, ſiue immobiles ſint. Ideoque fundus & vſusfructus, & cæteræ ſeruit. præd. p ipſam repetūtur. Rē aūt ſuā nemo petit hac actione niſi ex certis cauſis, vt ex cauſa furti, vel rapinæ.

Conditio eſt diſpoſitionis ſuſpenſio ex euentu in certo futuro ei appoſito, in quē euētum eius diſpoſitionis facta eſt collatio. ff. ſi cert. pe. l. itaq;. v.g. promitto, vel lego ſi Titius fuerit Conſul, hæc diſpoſitio eſt conditionalis, ex incerto appoſito, ſi Titius, &c. Et p̄ hoc diſpoſitionis fit ſuſpenſio, & eueniente caſu, quo Titius fit Conſ. purificatur, & non plus ſuſpendit̄, Inſt. de ver. obli. §. ex conditionali, ff. de cōd. & demon. per totum. Pōt aūt capi conditio dupliciter, vno modo pro temporis ſuſpēſione, quod ſolet

ſolet apponi in contracti-
bus aut vltimis volũtatib.
de quo in titu.præalleg.de
cond.& demõſt.& in tit.de
cõd.inſt.Scđo modo qñ ali
quid ſolutũ eſt,& illud in-
tẽdimus repetere, & appel
lat̃ cõdictio quaſi ſoluti re
petitio de iſta tractat̃ in tit.
de cõd.ob cau.datã. & tit.
ſeq.Et no.qđ conditio dif-
fert a modo,& a cã,& a de-
mõſtratione ſm gl.in rub.
ff.de cõd.& demõ.Bart.ſic
diffinit. Condõ eſt quidã
euentus futurus,in quẽ di
ſpoſitio ſuſpendit̃,& intel-
ligit̃ de euẽtu in facto vel
in iure.l.multũ intereſt,de
cond.& demon. ſiue cõdi-
tionis affirmatiuæ, vel ne-
gatiuæ.l.in teſtõ.eo.tit.Et
dicit futurus,q̃a de pręteri
to,& pręſenti ꝓprie nõ eſt
cõditio,quia nõ ſuſpẽdit.l.
cum ad præſens, cũ duab.
ſeq.ff.ſi cer.pet.Bal.vero ſic
diffinit. Et adiectio quædã
perquã diſpoſitũ habet in
ſui eſſe pẽdentiã, exiſtẽtiã,
vel defectũ. Et hæc gñalis
eſt ad oẽm cõditionẽ indu
ctiuã,& extinctiuã,de prę-
terito,præſenti,vel futuro.
Petrus de Peruſio ſic diffi-
nit. Cõditio eſt verborum
adiectio in futurũ ſuſpen-
dentiũ, ſm quã diſponens
vult diſpoſitũ r'ari. Signifi
catur aũt conditio per di-
ctionẽ ſi, vt in exemplo,le-
go ſi Titius fuerit Conſul.
Itẽ per aduerbium,cum,vt
dicendo cũ Titius Conſul
fuerit. Sed eſt differẽtia in-
ter ſi,& cũ, nõ quo ad con
ditionẽ faciẽdam, ſed quo
ad modũ ſignificãdi, quia
dictio ſi,ſignat principali-
ter cõdonem, vel ſuſpẽſio-
nẽ, & per cõſequens tẽpus
dilationis, & diſpoſitionis
in euentũ futurũ. Et quia
ille eſt incertus,iõ conſecu
tiuè ſuſpenſionem ſignat.
l.ſi Titio. ff.qñ dies le. ced.
& l.qui promiſit.ff.de cõd.
& demõ. Itẽ dictio niſi, ſi-
gnificat conditionẽ,vt ven
do tibi librũ pro x, ita qđ
venditio valeat, & perficia
tur, niſi alius cõditionem
meliorem,inf.menſem fa-
ciat. l.2. cum ibi not. ff.de
diem a die. Itẽ dictio alio-
quin, conditionẽ facit, vt
promittis mihi ſcribere li-
brum infra menſem alio-
quin, decẽ nomine pœnæ,
nam ſenſus eſt, ſi non ſcri-
pſeris, &c. l.ſi finito. §.ex
hoc edicto.ff.de dam.infe.
Idẽ in dictione alias, quia
eodẽ modo exponit̃, ideſt

ſi non ſcripſeris. Item in dictione ſine, dicẽdo, promitto ſi nauis ex Aſia venerit, ſiue Titius Conſul fuerit. Et quę illarũ conditionũ diſiunctiuarum prior fuerit, purificat diſpoſitionẽ. Itẽ in alternatiua, vt dicendo, aut relinquas p̃dia propinquis, aut liberis, l. cũ pr̃. §. pen. ff. de leg. 2. nã ſenſus eſt, ſi nõ ſint propinqui, veniãt liberti, & hoc ſignificato ſumpto ex maiori affectione ꝓpinquorũ, quib. teſtator primo relinquere voluit, vt patet ex ordine ſcripturæ. Itẽ in aduerbio quandiu, vt tibi promitto, vel lego ſingulis annis x. quãdiu res meas, vel hæredis mei geſſeris, nã ſenſus eſt, ſi geſſeris habeas x. l. pr̃. §. fi. ff. de cond. & demonſt. Itẽ in dictionib. quoad, donec, quouſque, quia idẽ ſignificant. Item in dictione dũ, dicendo lego vxori dũ cũ filio meo erit. l. qui concubinã. §. vxori. ff. de leg. 3. Idem in dictione qñcunq;, vt vir legat vxori qñcunq; filios habuerit, l. cum vir. ff. de cond. & demõ. Idẽ de qñ, vt lego pupillę quando nupſerit. Idem de vbi dicẽdo, lego filio vbi nupſerit. Idem de quatenus, vt lego quatenus hęres meus erit, quia ſenſus eſt, ſi in toto, vel in parte, l. Stichum. ff. de leg. j. Idẽ de poſtquam, & ad, vt lego ad tempus liberorũ, l. ſi vir vxori. ff. de cond. & demonſt. Idem de præpoſitione cum, vt ancilla cum liberis libera eſto, intelligendo, qđ ancilla libera non ſit niſi cũ liberis, l. ſi ita fuerit. ff. de man. teſt. Idem de in, vt lego Titio in diſciplina. l. nec ſemel. §. ſi in habitatione. ff. qñ dies leg. ce. Idẽ in nomine, vt promitto tibi partũ Agnetis, vel fructus fundi talis. le. interdũ. ff. de verb. oblig. & l. j. in fi. de cond. & demon. & pendet diſpoſitio ex incerto futuro euẽtu, i. ſi pariat, vel fructus creſcant. Idẽ promitto centũ nomine dotis, i. ſi matrimoniũ ſequat. l. ſi ſtipulationem. ff. de iure do. quia dos ſine matrimonio eſſe non põt, ergo ſic intelligitur. Idem de donat. cauſa mortis. l. ſi mortis cauſa. ff. de donat. cauſa mort. & hoc ex natura huius contractus, qui procedit ex cõmuni modo ſic agẽdi. Idẽ in pronomine, vt veſtem

quæ

quę mea erit,lego.l.nuper. ff.de leg.3.Itē de quiſquis, vt quiſquis mihi hęres erit, ſit hæres filio meo. ſ.qui li. §.hęc verba.ff.de vulg.ſubſtit.Idem de quiſque, vt Titium, & Seium pro quanta parte quiſq; hęredē me fecerit,ipsū inſtituo.l.hoc arg.ff.de hęr.inſt.Idem de qui, vt qui prius aſcēderit capitolium. l.ſi fuerit.ff.de reb. dub. Idē de quicunq; vt quicunq; profeſſus fuerit,&c. l.edicto.ff.de iu.fiſ. & hoc ex ſignificatu non tm̄ pronominis, ſed verbi futuri temporis, l.2. ff. de hær.inſt. Similiter ibi lego piſces, qui capientur, emptio eſt cōditionalis. idem de participio, vt acceptis cētum a Titio, inſtituo eū hæredē. l.a teſtatore. ff.de cond.& demonſt. Nam licet acceptis ſit pręteriti tēporis, tamen ſignificat ibi futurum,ſ.ſi accepero,&c. Idem ibi lego Stichum futurum meum,argum.l.Stichum.ff.de leg.j. Idem in gerundio, vt ſum inſtitutus adeundo repudiante Titio. l.ſi tu ex parte. ff.de acq.hær. Idem in ſupino, vt lego, vel promitto euntibus ſpatiatum in Dominico, & ſic de ſimilibus.

Conditionalis creditor quis ſit, habetur in l.conditionales. de verborum ſignificatione,conditionalis autem ſtipulatio. Require infra, ſtipulatio.

Conditura,quod ferculis cōdiendi gratia adhibitur. l. ſi quis. de vi. triti. & oleo leg.

Conducere dicitur ille,qui rē aliquā ab aliquo data mercede, vel promiſſa accipit vtendam, Vnde. Conducit qui dat, ſed qui locat accidit illud. Interdum tamen per contrarium euentum euenit. vt locator dicatur qui pretiū dat,cōductor q̄ accipit, vt in l.2.in prin. ad leg. Rhod.de iac.& alias ſępe, vt ibi annotauit Bub.

Conducti actio. Require,ſupra actio conducti.

Confeſſio eſt duplex, ſcilicet iudicialis, & pœnitentialis. Et ad hoc, quod confeſſio iudicialis præiudicet, debet habere hæc ſex. Vnde, Maior ſponte,ſciēs, contra ſe, ius ſit, & hoſtis. Nec natura neget, fauor, aut ijs iusve repugnet. Vide hoccum allegationibus ſingulorum,in gl.cap. nos in quenquam.2.q.j.in

verbo confeſſum, & de cõfeſſio. Et confeſſio iudicialis eſt certa & clara aſſertio, i. rñſio eius, de quo quęritur in iure corã legitimo iudice facta. Et fit in iure tripliciter, ſ. ore facti euidẽtia, & interpretatiue, ſ. contumacia. c. nullus dubitat. de præſ. Et præiudicat dũ fit in iure, i. in iudicio corã iudice cõpetente, & aduerſario pręſente, qđ intelligitẽ per dictionẽ hoſtis, ſupra poſitã. Item fit per litẽ conteſt. nec fit contra naturã: vt eum occidiſſe, qui viuit, nec de re litigioſa, nec in cauſa fauorabili, ſm Ber. in gl. præalleg. Et cõfeſſio facta in pœnitẽtia ſacerdoti nõ facit fidem coram iudice ſeculari. C. de epiſcop. aud. l. archigerontes. & ibi per Doct. Sicut nec præiudicat confeſſio extra iudicium facta, niſi cauſa adijciatur, vt confiteor me debere tibi centum ex cauſa mutui. C. de non num. pec. l. generaliter. gl. not. 3. q. 9. cap. teſtes. §. de his.

Confeſſoria actio. Require ſup. actio confeſſoria.

Confeſtim intelligitur cum prius, vel quàm prius poterit. l. 2. §. pen. ff. ad Treb.

Confinia dñr ea, quæ adeò ſibi proxima ſunt, vt nullus medius paries interponat, ſed vrbana parietib. diſtingui conſueuerunt. Et ideo non ſunt confinia, ſed magis dicuntur vicina. ff. fin. reg. l. 4. §. hoc iudicium.

Cõfirmare eſt alicui iuri, vel facto firmitatem præſtare.

Cõfirmatio eſt iuris prius habiti corroboratio, vt colligitur de fide inſt. c. inter dilectos. Alio modo eſt ſacramẽtorum adminiſtratio, ſ. in fronte chriſmaticis aſſignatio. Et fit confirmatio primo mõ dicta his verbis: Confirmamus te ſicut rite poſſides, vel ſicut ſine prauitate facta eſt electio, vel ſicut prouide facta eſt.

Confiſcari eſt fiſco applicari, vel in fiſcum induci, vnde fiſcus eſt regius ſaccus, in quẽ reducũtur bona damnatorũ, & proſcriptorum. Vnde dicitur. Facta eſt omnium bonorũ confiſcatio.

Conflatum vas, ideſt factum. §. cum ex aliena. inſtitu. de re. diui.

Confundere eſt commiſcere, §. ſi duorum. Inſt. de rerum diuiſio. nonnihil tñ inter ſe differunt, vt not. gl. in §. quod ſi frumentum. eo. ti.

Congiariũ præter alia ſignificata genus eſt mẽſuræ vinariæ.l.tabernæ. de fun.inſtr.

Congregatio apud Canoniſtas dr̃ ẽt de duobus,c.j. de elect. qđ an generaliter verum ſit, tractat Alcia. in l. deteſtatio. §.fi.de verb.ſig.

Coniectura eſt veriſimilis ratio ſuſpitionem inducens, nõ de neceſſitate perſonarum vincens.

Conijcere eſt perpendere, vel præſumere.

Coniugium idem eſt, qđ matrimoniũ, & dr̃ coniugiũ, quia communi iugo, & æquali coniuges vitam trahere debent,licet aliquando diſſipari tractu.

Coniũctio qñq; ponitur pro diſiunctione,vt cũ dr̃ mihi hæredique meo.ff.de verb. ſign.l.coniuncti,& diſiunctio quandoque pro coniunctione,vt ff.eo. l.ſæpe.

Cõiunctionis materia,de qua in re coniuncti. vide ſupra in ver.complexus.

Conniuere eſt oculos claudere & interdũ ponitur pro diſſimulare,vt.cũ dr̃,conniuentib. oculis. Quandoq; cõſentire, vt cõniuens conſentiens dr̃,& conniuentia conſenſus.l.quiſquis. C.de poſth. Qui mihi conniuet oculis ſignũ mihi prębet.

Cõſanguinei,qui inter ſe ſanguine coniuncti ſunt. l. 1. §.pen.de ſuis & leg.hæ.

Conſanguinitas eſt attinẽtia perſonarum ex eo prouenniens, qđ vna deſcendit ab alia, vel ambæ ab eadẽ, vel eſt vinculum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendẽtium carnali cõpagine contractum. Vel eſt cõuentio vnius perſonæ ad aliã,prouenniens ex parentela, & dicitur conſanguinitas quaſi ſanguinis vnitas.

Conſcripti patres dicebantur qm̃ eorũ noĩa ſcripta erãt in aliquo loco, vt in corona capitis eorũ, vel alias vt gloſ.inſt.quib.mod.ius pa. po.ſol.§.patritiatus.

Cõſenſus & authoritas tutorũ.Require ſupra authoritas p̃ſtanda.Et cõſenſus eſt quadruplex. ſ. negligentiæ cõſilij,cooperationis,& authoritatis, vel defenſionis. Et primo & ſecundo cõſentiens minus puniri quã faciẽs,tertio æqualiter,quarto vero plus. De hoc gloſ. optima in c.j.de offi.deleg. ſuper verſ. pari pęna.

Conſenſus dicitur obligatio contrahi, velut in emptione, locatione, cõductione,

permutatione mādati pro ſocio,& ſimilibus.In quib. dr̄ ideo obligatio contrahi cōſenſu,quia abſq; eo, qđ rei in præſenti datur hinc inde naſcitur,& erit actio, & obligatio vtilis & efficax ad agendum.

Conſequens.i.cōforme.Inſti. de dona. §. eſt & aliud.

Conſequentia literarum dici tur conſequens ordo ſcripturæ, ſ. quando ſcribitur ſine titello vel titelis,i. ſine omni abbreuiatione.Et dicitur tenor literarum, ſeu tenorem dicimus textum literarum, quamuis titelis ſcribatur.

Conſeruator eſt iudex datus ad defendendum aliquos contra manifeſtas iniurias iudiciali indagine non vtens,de offi.deleg. c.ſtatuimus.lib.6.Et non ſunt niſi epī, vel eorum ſuperiores, abbates, vel dignitates aut perſonatus in cathedralib. eccleſijs obtinentes.de off. deleg. c.vlt. lib.6. vbi ponitur differentia inter conſeruatorem,& delegatum.

Conſiliarij dicuntur,eo quod alter alteri ſuum præbeat conſilium.

Conſilium eſt,de aliqua re facienda, vel nō facienda excogitata deliberatio. vnde dr̄ ēt locus quo plures conſultandi gr̄a cōueniūt. gl. in §.eadē.inſt.quib. ex cau. man.non lic.ſępe tn̄ ponit̄ pro ijs, qui conſilij capiēdi gratia vnum in locū conuenerūt. Item conſiliū dr̄ hoīs intentio,ſeu propoſitum.vt ff.eo.ſi quid fur.§.j.

Conſiſtoriani. Require ſupra comites.

Conſiſtorium idem eſt quod prætoriū, vel tribunal, locus, ſ. in quo ius reddit̄ ex more. Et eſt vulgare Italorū,ſeu Lombardorū.clem. paſt. de re iud. 2.q.6. anteriorū,de ap. ex inſinuatione.Et dr̄ a conſiſto cōſiſtis.

Conſobrini dn̄r duarum ſororum filij, quaſi cōſororini. Etiā poſſunt dici ex duob. fratrib. nati, licet proprie dicantur fratres cōſanguinei,vel patrueles, Inſtit.de grad.§.quarto gradu.

Cōſortes eiuſdem litis dicuntur illi,qui ſimul agere, vel conuenire poſſunt.

Conſortiū idem eſt,quod matrimoniū, & dr̄, quia omnis ſocietas inter eos communicari debet,vt not.per glo.Inſtit.de pat.pot.

Conſpiratio eſt quędam fraudulenta cōfederatio facta

in

in prçiudiciũ alicuius perſonæ vel dignitatis, & dr̃ a ſimul ſpirando, quando.ſ. plures ſpirant, flant, & tendunt in vnum, & fit ſine iuramẽto, a ſpiritu ſuperbiæ & elationis, omnis talis eſt illicita ſm gl.in l.exhibita. de iud. Eſt tamen quandoque licita, iuſta, & approbata, vt ſi canonici conſpuẽt de non obediendo prælato excommunicato, vel de nõ eligẽdo indignũ, in dubio tamen præſumitur illicita, vide 11.q.3.c. coniurationem, & c.conſpirationum. Nam cõiuratio eſt pluriũ in vnum iuratio.

Conſtituere poteſt quilibet, qui ſe pro alio obligaturũ promittit, vel obligat ſecũdum Az. in ſum. de conſt.

Conſtitutio ſpeciali vocabulo dr̃ Imperatoris vel alterius principis, qui conſtitutionẽ facere poteſt, & deſcribitur ſic. Eſt ius relatũ in ſcriptis redactum. Vel ſm Goffr. eſt ius ſcriptum diſt. 1. §.cum itaq;. Dr̃ aũt conſtitutio quaſi cõe ſtatutum. Nam Papa cum fratrib.ſuis cardinalibus, & cęteri prælati cum capitulis & canonicis ſuis conſtitutiones faciunt, de ſent. excom. inter alia. Et de his q̃ fiunt a prælat. per totum. Itẽ legatur ſynodus ꝓuincialis, ſynodus ep̃alis, princeps cum procerib. præfectus prętorio, populus Ro. collegium approbatũ, capitulũ facere poſſunt conſtitutiones ſm Goff.ĩ ſum. eod.tit.§.nanque Papa.

Conſtitutor dr̃, qui pro alio ſe ſoluturũ promittit, vel aliqua facturũ, & alterius in ſe transfert vel ſuſcipit obligationem.

Cõſuetũdo dicitur in quodã morib.i.aſſiduis actib. inſtitutum quod pro lege ſuſcipitur cum lex deficit.i. dif. conſuetudo. Quæ.n.in ſcriptis redacta eſt vocatur lex ſiue cõſtitutio, quæ aũt in ſcriptis non eſt, retinet nomen ſuũ cõſuetudo. diſt.j. §.cũ itaq;. Et dr̃ cõſuetudo quaſi cõis aſſuetudo.gl. Inſti. de iu.natu.gen. §.ex nõ ſcripto, & ad hoc q̃ confirmata ſit, requirit̃ vſus decẽ annorũ. vt ff.qui & a quib. manu. lib. non fi. l. ſi eum fideicommiſ. §.ariſt.

Cõſul olim dicebat̃ ſenatus, magiſtratus, vt in ſtõne de iu.nat.gen. & ci. §.lex. Hodie tñ conſul ſumitur a cõſulẽdo, quia reipublicę cõſuluit.

ſuluit. Ex actis enim a Romana ciuitate regib. conſtituti ſunt conſules, vt reipublicæ conſulerent.

Conſularis dicitur qui conſulatum geſſit. Cõſulares autem fœminas conſulum & conſularium, non etiam matres. l. 1. de ſenato.

Conſultatio dicitur, in qua alicui Papa de iure reſpondet. Item deliberatio futurarum rerum rectè conſultatio nuncupatur.

Conſultus, i. interrogatus, ſic, ff. de pac. l. item quia. Vnde, Conſulo te, quæro, tibi conſulo, conſiliundo. Conſultor poſcit, quod conſultus bene noſcit.

Conſumptũ vel conſumptio eſt raſio, videlicet quando dictio, vel ſyllaba abraditur, & alia ſcribitur.

Conteſtari litem patet ex dictis.

Conteſtatio litis ſm Hoſt. eo. tit. eſt per petitionem in iure propoſitam, & cõgruam reſponſionem ad eam ſecutam animo conteſtandi litem facta narratio, vel eſt actoris narratio, & rei reſponſio in iudicio facta, l. j. C. de lit. conteſt.

Contexta lana dr̃, cui tãtum deeſt prætextu, quã vulgo cimoſiam vocamus, vt a textrinis inſtrumentis detrahi poſſit, l. veſtimẽtum, de au. & arg. leg.

Contignatio dr̃ lignorũ vel tignorum, vel aliarum rerum coniunctio. Et quandoq; dr̃ tegmen, vnde duæ ædes dñr eſſe ſub vna contignatione, hoc eſt ſub vno & eodem tegmine.

Continentes prouinciæ dñr, quę Italiæ coniunctæ ſunt. l. notionem, de verb. ſign.

Continentia vrbis appellãtur ſuburbia, inde dicta, ꝙ cũ ipſa vrbe ſe teneant, contiguaq; ſint, l. qui in continentibus. de verb. ſign.

Continuè recipit quandoque interuallum, per Bart. in l. celſus, ff. de vſuca. Etiã qualiter cõtinuè intelligatur, ponit Bart. in l. ſi quis ita, ff. de cond. & demon. Nam qui tenetur cum aliquo cõtinuè morari, non tenetur quolibet momẽto cum eo morari, facit hoc ad quæſtionem ſi teſtes debeant probare, ꝙ Titius decem annis cõtinuè poſſedit fundum, ſufficit depónere, ꝙ viderunt eum omni anno colligere fructus, vel arare, &c. licet, enim non continuè ſteterunt in conſpectu

ctu Titij, & fundi, tamen intelligũtur continuè per decem annos vidiſſe.

Continuò, ideſt ſtatim, l. ſtipulatus ſum. de ver.oblig.

Contractus eſt duorũ vel plurium in idem conſenſus. Et ponitur quandoq; pro omni pacto, conuentione, vel quaſi contractu, vt ſi quis geſſit alterius negotia vel tutelam, de hoc vide Arch. i 1 c. contrahentes, c. Rom ma, de fo.cõp.lib.6. in gl. verbi mitis. Ideoq; dicimus, ꝙ paciſcendo diuerſas in vnum trahimus voluntates. Et nota, ꝙ etiam aliquæ obligationes dñr oriri ex quaſi cõtractu, in quibus fingitur tacitè conſenſus interceſſiſſe, dato ꝙ non interceſſerit expreſsè, vt pote hæres adeundo hęreditatem obligatur creditorib. hæreditarijs, & legatarijs. Et in pluribus alijs caſibus de quibus infra.

Contractus etiam eſt nomen iuris, qñ naſcitur obligatio, & eſt nomẽ facti, quando nõ naſcitur obligatio. l. Labeo. §. cõtractum. ff. de verb. ſig. & ibi per Bar. ſicut in ſimili dicimus de teſtamento. l. tabularum. ff. quemadmodum teſta. apt. & ſm alios in auth. ſacrã puberũ. C. ſi aduerſus vẽd. Et in ſuo generali noĩe cõtractus prolatus continet tàm innominatos, q̃ nominatos contractus, vt eſt gl. ſuper ver. in ſuo nomine, in l. ius gentium. ff. de pac. Et hoc valet pro ſtatutis, Bar. not. triplicem eſſe contractũ, ſ. proprium, improprium, & impropriiſſimũ. Primus eſt, qñ vltro citroque, i. hincinde ex vtraque parte orit̃ obligatio. §. contractum. in l. Labeo. preall. vt in emptione & locatione. Secundus, ſ. improprius eſt, qñ ſolũm vna pars obligatur, vt in donatione ſolùm donans ad tradendũ, & aliquando de euictione, vt not. l. Ariſto. ff. de don. cau. mortis, & in mutuo ſolummodo recipiẽs obligat̃ ad tantundẽ reſtituẽdum, ff. ſi cer. pet. l. 2. Et in ſtipulatione qñ ſolũmodo vna pars obligatur, nam tunc nõ eſt propriè contractus, & ita intelligitur. gl. inſtit. de diui. ſtipu. §. conuentionales, ſuper verbo contrahendarũ. Tertius, ſ. impropriiſſimus eſt quãdo ex nulla parte oritur obligatio, ſed potius diſſoluitur obligatio

gatio facta, vt eſt tráſactio facta nudo pacto, ex qua non agiť ante cōplementū cōditionis, de hoc Salic.in l.ſiue apud acta. C.de tran ſact. vt ēt eſt liberatio p acceptilationē,inſt.quib.mo. tol.ob.§.j.& in l. vbi pactū. C.de tranſac.per Bar. Et er go ſi ſtatutū facit mentionē de cōtractu,intelligitur de proprio tm̄, quia verba ſtatutorū ſunt propriè intelligēda,l.j.§.ſi is,quis nauē.ff.exerc.act. niſi diceret oēm cōtractū,vt in gl.§.cōtractū,pręalle. Itē contractus appellatione intelligiť de validis, nō de inualidis,vt in auth.ſacra puberū,prę al.& cōtineť inſtr̄m, ff.de duo.re.l.eādē.Itē continetur donatio,C.qđ me. cau.l.ſi donationē. Et generaliter oē illud, ex quo naſcitur obligatio, appellatione contractus intelligitur, l.ſi ab eo. ff.de leg. 2.

Contradictor qn̄ dicať legitimus ad cōtradicendum alicui actui de mittendo aliquē in poſſeſſionem, vide Bar.in l.a diuo pio.§.ſi ſup reb.de re iudic.& Inn.in c. cū ſuper. de re iud. & Spec. in tit.de ac.§.ſupereſt,& cōtradicere ſibi ipſi, qn̄ qs dicať, vide in verbo, Variare.

Cōtubernales appellanť, qui cunq; ſiľr habitāt, vt tradit Alc.in l.inde. de verb.ſign. Quapropter in re quoque militari cōtubernales dn̄r, qui in eiſdē tabernaculis, ſeu tentorijs militāt, nam taberna oēm habitationē complectitur.Itidem fit,vt conturbernales ſeruorum intelligantur eorum vxores & nati. l.quæſitum. §. cōtubernales, de fun.inſt.

Contubernium eſt matrimonium cōtractū & propriè ſeruorum. Inſtit.de nupt. in gloſ.ſuper verbo, ciues.

Contumax a contēnendo dr̄. Et ſm̄ Iſid.eſt,qui comparere debet in iudicio, & non comparet.Et dicitur quandoq; verè, quandoq; fictè vel præſumptiuè. Verè cōtumax dicitur, qui expreſsè dicit iudici vel eius ſeruiēti,ſcilicet nuntio ipſum citanti, ꝙ nō comparebit coram ipſo, vel qui dum comparet,illicentiatus recedit.Fictè verò contumax eſt qui citatur,non tamen venit, vel latitat, aut facit quòd citatio ad ipſum nō veniat, aut eum non apprehendat, vel qui vocem iudicis audire negligit.Sed

iſto

iſto vlt.caſu potius dicitur verè contumax.

Contumacia eſt erga iudicē vel prælatū cōmiſſa in obedientia. Et eſt multiplex. Aliquādo.n. cōmittitur in nō veniendo. Aliqñ in non rñdendo. Aliqñ in latento, abſentādo, vel prouocādo ne ad citatum veniat citatio. Aliqñ in non reſtituendo. Aliqñ in non emendando delictum. Aliqñ in non exhibendo, vide Goffr. de ſent. excom. §. excōicatio fieri habet, in ſumma, & Gul. in Spe. tit. de cont. §. j. ver. & no. vbi diſtinguit duplicē contumaciā. Primò, ſ. veram & præſumptam. Secundò triplicem, ſ. veram, euidentem, & præſumptā, vt in gl. not. in clem. vnica. de do. & cont. quæ eſt gl. fi. & per Inn. in c. querela, de procu. Bar. in l. fin. ff. de in integ. reſtit. & in l. ex conſenſu. §. 2. ff. de appell. Cy. & Pet. poſt Iac. Butr. in l. properandum, §. ſi autem reus. C. de iu.

Contumelia a contēnēdo dicta eſt, capitur ſępè de iniuria. Inſt. de iniur. in princ.

Cōturbare interprete But. in l. quicunq;. de inſt. act. eſt decoquere, & matrimoniū diffidare, propriè autem dr̄, qui ſoluendo nō ſunt, qđ a dominis acceperunt, l. quidam, de in rem verſo.

Conuenire eſt ſimul in vnū locū venire. Etiā dr̄ conuenire, qđ alicui cōpetit ſm̄ cōditionem ſuam, vt iſtud conuenit illi. Itē conuenire capitur quandoque pro conuentione, i. pacto, ex cōſenſu de aliquo faciēdo.

Conuenire ēt qñq; ſumitur pro aliū in iudiciū vocare, vel facere euocari. Item eſt placere. Vnde cōuenire inter aliquos eſt cōplacere inter eos, vt conuenit inter te & me, vt des mihi hoc.

Conuenire mihi eſt congruere mihi, vel adeſſe mihi, qđ me decet honeſtum eſt.

Conuenire me, eſt alloqui me ſuper aliquo facto.

Conuenticula, pro illicitis congregationibus.

Conuentionis nomen generalē eſt, ad omnia pertinēs de quibus negotij cōtrahēdi tranſigendiq; cauſa cōſentiūt qui inter ſe agunt, ſi quidem nullus eſt cōtractus nullaq; obligatio quę in ſe cōuentionem non habeat, l. j. de pact. Conuentionum autem tres ſunt ſpecies, de quibus in l. con

uentio

uentionum. & ſeq. de pac.

Conuerſi & oblati differunt quia conuerſi portant habitum religioſorũ,& profitentẽ ſolenniter, ſed non ſunt clerici,oblationes portant aliqñ nõ,& poſſunt recedere, niſi ſint perpetuo oblati, quo caſu æquiparãtur alijs profeſſis. Do.de S. Gem. in c.per exceptionẽ,in 2.col. de priuil.in 6.

Conuerſi veniunt appellatione monachorum, & gaudent immunitate religioſorum.Fel.in cap.non dubium, de ſent.excom.

Conuitium dicitur quaſi cõuotium, ſ.quãdo in vnum plures voces conferuntur, & iniuriam eſſe Labeo ait. ff.de iniur. l.item apud Labeonem.§.conuitium.

Copiarũ negotiũ, in l.ob negotiũ,de cõp. dictũ vr̃ pro mercimonijs rerũ victualiũ,q̃ ad exercitũ deferunt̃.

Copulatiua oratio dr̃, in qua plura copulant̃ vt in oĩb. verificetur,& ideò ad verificationem ipſius, omniũ concurſus exigitur ex proprio ſignificatu. Sed hunc concurſum quandoque diuerſimode ſignificat, ꝓut materia,vel alius quis modus ſignificãdi ſignificarę declarat, v.g. ibi, lego Stichũ & Pamphilum,ſignificat vtrunq; eſſe in ſtipulatione vel diſpoſitione. l.inter ſtipulantem, §. ſed ſtipulante.ff.de verb.oblig.l. ſcire debemus, in prin.eo. tit.& l.quoties,ff.de leg.2.

Copulatiua etiam quandoq; ſignificat concurſum alterius tantum, prout ex ſignificandi modo concluditur, nam quandoque ponitur pro diſiunctiua, vt l. ſæpè,de verb.ſign.

Coracinum colorem, cuius meminit l.quæſitum.§.cocum.de leg.3.Alc.in Parer. interpretatur pigrum.

Coram,no. Pau.in cõmen.de confeſſ.ex parte, de cler.vt circa. lib.6. Et intelligitur ita vt præſentes intelligãt, ff.de arb.l.diem. §.coram.

Corbis refertur interea fundi inſtrumẽta,quę fructus colendi gratia parant̃, l.inſtrumenta,de fun,inſt.leg.

Corepiſcopi hi remoti ſunt ab eccleſia, vt 67.di.§.pręſbyteri verò.Et poterãt conſtitui in villis, vel caſtris, epiſcopi verò non niſi.in ciuitatibus conferebant tamen minores ordines.

Cornicularij dñr illi, qui gerebãt cornua vel aciem in bello,

bello, vel qui in aures iudicum vota pertulerunt ſua. Sed in l.2. C. de prox. ſacr. ſc. accipiuntur pro adiutoribus principis cuſtodis, vel officialis, vt eo in loco atteſtatur Alcia.

Cornupeta, req. ſupra bos.

Corona, quæ eciam clerica dicitur, eſt ſignũ regni & perfectionis, cũ ſit circularijs, carens angulo in ſignũ carẽtię ſordium, quia vbi angulus ibi ſordes. Sed igĩ, & alios virtutibus regere, & a ſordibus mundare debẽt, qui coronas gerunt, & ſic in Deo regnabunt, 12.q.1. duo ſunt, & quomodo raſura, tonſura & corona differant, & quid ſignificent, vide gl. in ver. tonſuram, in cle. 2. de vit. & hon. cler. Et differẽtiam inter diademã, cornam & ſcetrum, vide in clem. vni. de iureiur.

Coronarium aruum appellatum eſt, quod ciuitates & oppida nouis Imperatorib. offerebant de quo extat titu. lib. 10. Co.

Corpore vitiati dñr, qui ſunt mutilati in mẽbris, vel debilitati propriè, ſicut qui mẽbrũ hñt, ſed inefficax, vt oculũ cęcum, manũ aridam, crus confractum, &c. ſic mutilatus propriè dicĩ qui caret aliquo membro.

Carporati. i. collegiati, require ſupra collegiati.

Corporatus vrbis Romanæ dr̃, qui in aliquo corpore, & pręcipuè vrbis ſcribitur, ſicut qđ liber membrũ hominis dr̃ corporatum, vel ciuis factus vel incola, vt C. li. 11. de priu. cor. ui. Ro.

Corpus qñq; dr̃ collegiũ ſiue vniuerſitas, cuius caput eſt p̃latus, nouit de his q̃ fiũt a pręlat. Et tale corpus põt habere vnũ ſigillũ, de extenſ. prel. c. dilecta. Dicitur ẽt congregatio cuiuſcunque ciuitatis vel ville vel caſtri habere corpus. Itẽ quęlibet cõgregatio pro iuſtitia facienda, vt cõgregatio Scabinorũ, vel totius vniuerſitatis. Itẽ ſocietas cauſa religionis, cui permiſſũ eſt corpus hr̃e, debet ad inſtar reipublicæ habere res communes, ſcilicet actorẽ ſiue ſyndicum communẽ, per quem agere poteſt, &c. ff. quod cuiuſ. vni. not. agatur. l.1. Item epiſcopus cũ cap. ſuo facit vnum corpus cuius ipſe caput eſt. Sed cũ clero ciuitatis, vel diœceſis non dicitur facere vnum corpus, ſic nec abbatiſſa

cum

cum clericis ſuis, licet ſit caput, vnum corpus facit.

Corpus ẽt vnũ dr̃ quod vno claudit̃ ſpiritu vt animal. Etiam dr̃ quod habet partes integrales, ſiue ſibi cohęrentes, vt domus, vel habet partes diſtãtes, vt grex populus, collegiũ ſ̃m Ber. de exceſ. præl. lib. 6.

Corriuales Vlpiano ſunt, qui per eundem riuũ aquã ducũt, l. j. de aq. quoti. & æſti.

Corrogare eſt quaſi ſimul rogare, & ſimul colligere, vel adunare.

Corrumpere hoc verbũ latè patet, vt Inſt. de l. Aq. §. capite, & l. ſi ſeruus ſeruũ. ff. eo. ti. Et q̃nque ſignificat ſtrupare, vt in l. ſi quis aliquid. de pę. Seruus etiam multis modis corrumpi dr̃, vt intelligere licet ex tit. de ſeruo corrupto, ff. & C.

Corruptela eſt peruerſa conſuetudo ſacris canonib. inimica, de conſ. c. cum venerabilis. de vi. & hon. cler. c. cum decorem. &c.

C *ante* R.

CRaſſari eſt quaſi crudeliter gradi. u. Reg. vlt. Ceſſet interfectio, quæ ceſſatur in populo facit. 23. q. 2. militare, ff. de pę. l. capitalium ad medium. Et not. Io. An. in clem. 1. de pę. in verb. craſſantib.

Craſſaturæ dñr, quæ fiunt a latronib. in itinere, dum crudeliter cõtra tranſeuntes craſſantur, de pę. diſt. j. a craſſaturis. Et craſſatores ſunt, qui prædæ cauſa aliquid faciunt, & proximi latronib. habētur, & ſunt ad malum nitentes, vt eſt tex. iuncta gl. in l. capitalium. §. craſſatores, ff. de pę. dicitur a craſſor, craſſaris, alias craſſor, idque rectius.

Creditor eſt, qui alienã fidem ſequitur mutuatam pecuniã numerando. Generaliter vero creditor dicitur, qui ex cauſa quacunq; alienam fidem ſequitur. Et dicitur ideo creditor, quia credit debitori.

Creditores dimittere eſt ſolue re, quod illis debetur, l. idẽ, de leg. 2.

Creta. eſt terrę ſpecies, qua figuli præcipuè vtuntur, l. ſi cretæ. ff. de fur.

Cretio. i. aditio. l. cretionum, C. de iu. deliber.

Crimen eſt peccatum querela. i. accuſatione & dãnatione digniſſimũ, vnde & pro accuſatione ipſa ſumit̃, vt in

in l.2.de cri.expi. hæ.

Criminum alia ſunt priuata, vt illa, quorum executio,i. accuſatio, vel denunciatio ptinet tm̃ ad illos quib. inferunt̃, vt furta, dãna illata & iniuriæ. Alia ſunt publica, quorũ accuſatio datur cuilibet de populo, qm̃ ad publicam vtilitatẽ ſpectat ne maleficia maneant impunita, vt ſunt homicidia, parricidia, adulteria, poſt quadrigeſimũ tñ diẽ, vt l. iure mariti, C.de adul. Itẽ crimẽ læſæ maieſt. Itẽ ſunt quædã crimina excepta, ſ. ad quorum accuſationẽ & teſtificationem ẽt laici cõtra clericos admittuntur ſi bono zelo procedãt, & ſunt iſta, crimen ſimoniæ, hæreſis, & læſæ maieſtatis, & ſacrilegij, de quibus vides cõcordantias in gl. in ſum.2. q.7. vbi additur crimen dilapidationis, & c.cũ P.man conella, de acc. Et nota, qđ crimen dr̃ quinq; modis. Primo ſumitur, pro quolibet peccato, ſiue mortale, ſiue veniale ſit. Secundò pro crimine irrogante infamiã, quod eſt accuſarione & damnatione dignũ. Tertiò ꝑ peccato, qđ euenit ex deliberatione, ſiue mortale, ſiue veniale ſit, qđ non deletur niſi per pęnitentiã. Quartò, quod ſemel cõmiſſum ſufficit ad condemnationẽ non tñ infamat. Quintò, qđ irrogat perpetuam infamiam, vt no.25.diſt. c.vnum orariũ. §.nunc autem.& 81.diſtin. apoſtolus, vnde. Si quilibet eſt peccator, non tamen quilibet eſt criminoſus.

Crimen concuſſionis cõmittit, qui prætextu officij ſibi commiſſi extorquet comminãdo aliquid aſi inuito, & tali crimine punit̃ quis pęna quadrupli. 1.q.7. ſancimus, in fi. & tàm laicus quam clericus punitur pęna concuſſionis, 23.q.j. militare. Cuius contrarium tenet gl. in ver. quadruplũ, diſt.18. §.porro.

Crimen eccleſiaſticum eſt qđ pertinet ad iuriſdictionem eccleſiæ, vt hæreſis, ſacrilegium, ſimonia, periurium vſura, adulterium.

Crimẽ mere eccleſiaſticũ eſt, ꝙ principaliter ortũ a canonib. ſũpſit, & ſolũ corã iudicib. eccl'aſticis cognoſci hẽt, de cuius cognitione iudices ſęculares ſe nullatenus intromittere pñt, vt eſt crimen hæreſis. Sed

crimen mere ciuile per oppoſitum eſt delictũ legib. ciuilib. prohibitũ, aliàs in ſe nõ peccatũ, vt in ciuitate ire de nocte poſt ſonum campanę, vel cõſimile. Crimen verò mixtũ eſt, quod ſpectat ad forum vtrũque, vt eſt ſacrilegiũ, quod ſpectat ad forũ eccleſiaſticũ, & poteſt etiã iudex ſęcularis de pęna eius cognoſcere, & ſacrilegiũ punire, ſecundùm gl. in verbo. audiuimus, in capitulo felicis, de pe. li. 6. & de hoc eſt glo. in ſum. 11. q. 1.

Crimen expilatæ hæreditatis eſt cũ res hæreditatiæ ſubtrahunt, antequã hęres earũ poſſeſſionẽ adipiſcatur.

Crimen fraudatæ annonæ eſt cum portitores furantur victualia a republica ad exercitum miſſa.

Crimen fraudati cenſus committitur, cũ quis furatur publicam pecuniam ſibi accommodatam.

Crimen hæreſis in multis cõuenit cũ crimine læſæ maieſtatis, & huiuſmodi ſm can. eſt propriè læſæ maieſtatis: quia lædit rempubl. Imperatorem etiam diuinum, & cæleſtem.

Crimẽ læſę maieſtatis eſt, vbicunq; quis contra vrbẽ aliquid molitur, aut, qui profugit ad hoſtes, vel illos iuuat qualicunq; cã. ſ. armis, cõſilio, vel pecunia, vel qui ſubiectas prouincias nitit facere rebelles, vel ſeditiones aut bella mouet in ciuitate, vel qui prælatũ, magiſtratum vel principẽ occidit, vel qui contra latus eius militat, vel arma fert & occupat cõtra rempublicam. Et idẽ dicitur crimen perduellionis. i. hoſtile, nã per duelliones dñr hoſtes. Secus ſi committatur hoc crimen nõ contra rempublicam, quia tunc non dr̃ perduellionis, ſed ſimpliciter læſæ maieſtatis. Et nota, non ſubditus crimen læſæ maieſtatis non committit, vt in §. rurſus, in clem. paſtoralis. de re iud. vbi rex Sicilię Robertus nõ eo modo ſubfuit Henrico Imperatori, ꝙ crimen lęſę maieſtatis in eum commiſerit.

Crimen peculatus ſm Az. eo. tit. locum habet pro pecunia publica intercepta, vel quocunq; modo contaminata, vt ſi in aurum, vel argentum, uel æs publicũ aliquis ferrum, vel ſimile aliquid ĩducat, ideſt adijciat.

Idem

Idem eſt in ſacra re, vt in vaſis eccleſiæ, idem eſt in religioſis ornamentis ſepulchri, &c.

Crimen piaculare eſt quod morte expiatur.

Crimen ſacrilegij ſm Azo. & ſm ll. fit proprie qn̄ ſacrū de ſacro aufertur. Acetiam ſm eū, ſi quis non ſacrum de ſacro recipit, vel ſacrum de nō ſacro. Sed ſm ll. tūc ſacrilegiū non eſt, quia qn̄ res priuatæ auferuntur de ſacro, tūc actio furti locū habet, Hoſt. tn̄ dicit, ꝙ ſi accipiatur ſacrū de ſacro, vel ſacrū de nō ſacro, ſemper ſacrilegium fit, vt 17. q. 4. quiſquis, verſ. ſimpliciter. Et ſic ſm ll. requirunt̄ duo vt fiat ſacrilegium. Primò, vt auferat̄ res ſacra. Secundò de loco ſacro. Quorum alterū ſufficit ſm can. Sed pone ſtatutū eſt, ꝙ faciens ſacrilegiū ſic puniat̄ quæro an intelligatur ſm ius ciuile vel can. Solutio. Si ſtatutū ſit a ciuitate intelligitur ſm leges. l. omnes populi. ff. de iuſt. & iu. ſi ſit per epm intelligit̄ ſm Canon. D. Cato putat, ꝙ etiā primo caſu intelligat̄ ſm can. quia diſponit de reb. eccleſiaſticis, ergo debet intelligi ſecūdum materiā ſubiectā, l. j. C. de edic. ſucc. vbi eſt caſus a contrario, quòd gradus computātur ſecundum leges exceptis cauſis matrimonialibus.

Crimen ſtellionatus ſm Azo. eodē n. dr̄ a quodā animali reptili, qd̄ dr̄ ſtellio, & eſt quaſi ſimile ſerpēti, ſtellionatum, quaſi diuerſis coloribus pictum, ſicut cęlū ſtellis. Et cōmittit hoc crimē, qui ex varietate animi rē aliquā alteri pignori obligatam, ſiue pignoratā, alij poſtea obligat, & dr̄ a ſtellione, quia ſicut ille vermis eſt varius in colorib. ſic ille qui committit hoc crimē eſt varius in ore, & inconſtans in mente. tn̄ illud crimē locum habet gn̄aliter, qn̄ deficiente in criminib. alia ſpeciali actione, ęquū eſt alicui ſubueniri contra delinquentē. Sicut. n. in pecuniarijs cauſis actio dat̄ de dolo in ſubſidium, ita in criminibus quibuſcunque vbi titulus deficit criminis, crimen ſtellionatus objicitur, vt ſi quis vendidit tibi maſſum electri pro argento vel ſimile, aut aurichalcum pro auro.

Crinales faſciæ dicunt̄ quib.

crines coercentur, ne euagentur, l. argumento. de au.& arg.leg.

C *ante* V.

CVbicularij dicuntur ſerui qui cubiculum domini ſui procurant.

Cubicularij officium, quid ſit, & an ſit dignitas, vide Bar. in l.j. C.de præp. fac. cubi.lib. 12.

Cubitus propriè eſt menſura pedis cum dimidio.

Cucuma genus vaſis, vnde cucumella. l.ſi quando. ſi ſer. vend.

Cucurbita ſecundum gl.in l. ſi inimicitiæ, de ijs quib.vt indi.eſt verbũ iniurioſum. Inde verbum cucurbitate, in c.j. quibus modis feud. amit.in vſibus feu.

Cucurnia quid ſit, declarat Accur. in l.j. C.nulli lice. in fre.lib.11.

Culcitra generali nomine dicitur omne ſtragulum, in quo aliquid quieſcendi inculatum ſit, l.3.de ſup.leg.

Cullei ſunt ſacci de corio. ff. de pig.act.l.vlt.§.fi.& C.de his qui patrem, vel fil.occ. l.vnica. Et proceſſit illa pœna a Tarquino Rege Ro. vt patet Va.Max.li.1.c.14.

Culleus vel culcipenus eſt idem, quod ſaccus, in quo portatur triticum, & maximè de corio, qui ſupra ponitur equo. Vel dicitur ſaccus correus in quo ponuntur interficientes parẽtes. l.vnica, C.de his, qui pa.vel fil.occ. vbi dicitur inſutus culleo cum cane, & gallo gallinaceo vipera, & ſimia. Erat item culleus menſura vinaria capiens 20.amphoras de qua meminit. l. legatum, de anu.leg.

Culpa, dolus, & fraus quomodo differunt no.50.diſt. §. dolus. Item quotuplex ſit culpa, quæ ſit leuis, leuior & leuiſſima, item quæ lata & latior, vide Bart. latiſſimè in l. nerua. ff. depo. & infra in ver.dolus.

Cum accipitur interdũ pro, vt ff.de leg.j. l.Titiæ. §. nihil. & de verb.obl. l.quodcunque.§.non ſolum. Etiã interdum accipitur pro ſi, & principaliter notat tempus, & non conditionem, niſi in conſequentia.l.centeſimis.in fi. ff.de ver.obl. Etiam facit adiunctum videri acceſſorium nõ principale, ſicut coniunctio, vt l.in cui fundum. ff.de fun. inſtr. Et not. ꝙ dictio, cum in-

inuenitur in duab. partib. orationis. Vno mō eſt prępoſitio, & cōſtruitē cū ablatiuo. Alio mō eſt aduerbiū tpis. Primò modo ſignificat dupliciter, acceſſoriè, & principaliter. Acceſſoriè vt lego ſeruum cum veſte, equum cū capiſtro, fundū cū eius inſtrō, l. j. ff. de pe. l. ſi cui fundū. ff. de fun. inſt. & inſtr. leg. Idem in cōtractu, vt depono ſeruum cū veſte. l. j. §. quæ depoſitis. ff. depo. Et ibi no. per gloſ. & Doct. & eſt effectus, q nō debet depoſitarius reſtituere acceſſorium ſine principali, & ſi ſeruus moritur ſine culpa depoſitarij, veſtis per ſe peti pōt, aliàs locupletaretur depoſitarius ſine cauſa cū iactura aliena, quod eſſet iniquum, de reg. iur. locupletari, lib. 6. Principaliter aūt ſecundò modo coniungit, qn̄ res cō iungit, quarum, vna nō eſt alteri acceſſoria, vel cū perſonas cōiungit, vt patrem aut matrem, l. 3. & 4. ff. de pec. & §. ſi eius. inſt. de leg. & licet inter filium, & matrem aut patrem non ſit ęqua principalitas quo ad honorem, debitum & reuerentiam, quæ dn̄r parentibus a liberis, & non econtra: eſt tamē principalitas ęqualis inter eos quo ad effectū iuris, nam ſi extinguitur legatū in patre vel matre, nam ſequitē ergo, q in liberis extinctū ſit, quia anima, quæ principalius eſt in perſona, eſt a Deo, & non a patre, vel matre. Itē ex cōi modo loquendi dictio cum, ſignificat acceſſionē honoris. Inter perſonas, & dicendo, veni mecum, ſignificat te mihi accedere aſſociando acceſſoriè, ſecus in dictione &, vt dicendo, ego, & tu eamus, quia ſignificat vtrunque principalem. Sed ibi Dn̄s vobiſcum, nō pōt ſignificare, q Dn̄s accedat vobis, quia hoc nō patitē ſumma, & immutabilis maieſtas. Et nō refert ſi præponatur acceſſorium, ſic dicēdo, depono capiſtrum cū equo lego inſtr̄m cum fundo, arg. l. præpoſteri. C. de teſt. niſi eſſent aliæ coniecturæ, ex quibus concluderet voluntas teſtātis legantis, vel cōtrahentis. Itē dictio cū, poſita circa numerum non includit, v.g. Teſtator depoſuit apud Seium cc. & legando bona dixit,

Scio ecc.cum cc.quę apud cũ depoſui.lego, nõ inclu dunt cum ccc.l.ſi is,qui du cẽta,in prin.ff.de reb.dub. Sed cum pro vt, eſt aduerbium, ſignificat tẽpus, & dilationem qñq; ex conditione, qñq; ẽt accelerationem temporis,& dilationẽ ſignificat, vt ibi promitto cũ Titius morietur.l.nam & ſi.ff.de cond.& demõſt. tempus & cõditionẽ ſignificat, ibi lego Titio impuberi cum 14. annorũ erit. l.ſi Titio. ff.qñ di.leg.ce.fa. Itẽ ſignificat tempus & nõ conditionẽ,ibi, lego Titio cùm ipſe morietur, l.hęres meus, in princ.ff.de cond. & demon.Qñq; nec tẽpus nec dilationem ſignificat, vt ibi, promittis decẽ cum petiero,vbi ſtatim cũ petit ſoluere tenetur. Qñq; etiã nihil ſignificat, & fruſtratoriè ponitur, vt ibi lego cùm hæres adierit hæreditatem. Bar.prædicta ponit in l.Gallus.§.j.ff.de lib. & poſth. vbi ponit differẽtiã inter &, & cum,vt no.in l. Stichũ q meus.ff.de leg.j. An inducat conditionem vel demõſtrationẽ, de hoc tex.ſingularis in l.ſi ita fuerit.§.fi.ff.de manumiſ.teſt. & qñque inducit copulam in l. illi cũ illo. ff.de vſufr. leg. & qñq; eſt coniunctio nõ faciens conditionẽ, in l.demonſtratio, ff.de cõd. & demonſt. & quando eſt aduerbium,tunc iungitur verbo futuri temporis, & principaliter notat tẽpus, & in conſequentia conditionem,vt not. Bart.in l.j. ff.de cond.& demonſt.

Cumulatio ſm Bart. in l.edita.C.de edẽ.eſt vnius actionis cum alia coadunatio. Verbi gratia, egi tecum actione depoſiti, & qa dubito nõ poſſe probare deoſiptũ volo cumulare aliã actionem in libello, per quam probare poſſum intentionem, hoc eſt cumulare, i. plures actiones ad idẽ ex diuerſis cauſis competentes coaceruare.

Cuniculus eſt riuus coopertus.ff.de dam.infe.l.Proculus. eſt etiam animal minus lepore, & ei ſimile.

Cuppæ ſunt vaſa facta cauſa portandi fructus.

Curator dr̃,qui curã alicuius gerit defendendo ipſum, a prętore ſecundum leges, legitimè datus. Vel ſecundùm alios eſt, qui res adoleſcentis adminiſtrat. Da-

tur

tur autem ſm eos curator principaliter reb. & ſecundario perſonæ, tutor vero primò & principaliter datur perſonæ, & ſecundario rebus vel patrimonio. Et hæc eſt differentia vna inter tutorem & curatorem. Alia eſt differentia, quia tutor datur pupillis infra 14. annum exiſtentib. Sed curator datur eiſdem vlterius ad 25. annũ maſculis, quidem ab ætate 14. an. & fœminis ab ætate duodecim. Et ſimiliter datur adultis, furioſis, vel ſimilib. Iuſt. de cura. in 1. & §. furioſi, & §. ſed & mentecaptis.

Curia media breuis eſt locus, vbi redditur ius, vel habitatio principis. Sed media lõga eſt meretrix vnde, curia ius curat, meretrix eſt dicta curia. Appellabãtur curiæ & 30. illæ partes, ĩ quas Romulus populũ Ro. diuiſiſſe fertur, vnde & curiatę leges dictæ, vt differit Pomp. in l. 2. de orig. iur.

Curialis dr̃ ille, qui eſt de officio curiæ, vel iudici obnoxius, i. obligatus. Vnde curialis vel curiales dñr, oẽs qui quacunq; conditione obligati ſunt curiæ alicuius, publicæ poteſtatis, ſiue milites, ſiue aduocati ſint, ſiue iudices, ſiue officiales, ſiue hiſtriones, & breuiter quoſcunq;, ſiue habentes officium honeſtum, ſiue inhoneſtum.

Curioſi sũt, q in curia principũ, vel magiſtratuũ cõmiſſa delicta denũtiãt. l. j. C. de decuri. lib. 12. aliàs curioſi dñr nimiũ diligentes. vt in l. 3. §. pen. de in rem ver.

Curioſitas ſumit̃ pro ſubtilitate nimia cura exquiſita, de renun. c. j. li. 6. Nam curioſi de his, q̃ nõ multũ expediunt, ſæpe diſceptant, de re iud. abbate ſane, lib. 6.

Curſor propriè eſt, qui pedib. celeriter literas defer. l. ſeruis vrbanis, de leg. 3.

Curſuspublicus, vt trad. Bud. erat vehicularis. Antiqui. enim non equis ſingulis & expeditis, vt hodie, quos poſtas quaſi poſitos collocatosq́ue certis in locis vocamus ſed vehiculis vtebant̃.

Curules eq no. C. de ſpecta. l. nemo, lib. 11. Aediles curules quare ſic dicantur, vide ff. de ædil. edic. l. j. in princ.

Curuus dr̃, qui non hẽt corpus rectum. de ædil. edi. l. 3.

Cuſtodia & exhibitio reorũ, vt dicit Az. ſecundum legiſtas eſt cuſtodia, quæ fit in car-

carcerib. publicis,& etiam ponitur pro carcere,& pro ipſis perſonis in carcere inclufis,l.ad commentarienſem.C.de custo.reo.

D *antea* A.

DActylotheca eſt vas, in quo annuli reponuntur, ff.de leg.3. l.ergento, almatica eſt veſtis,qua mo do vtuntur omnes diaconi ex conſuetudine in ſolemnitatib.vt 76.d.ſt.de ieiunio. Antiquitus tamen ſine conceſſione Papæ nec Epiſcopis, nec Diaconis licebat hæc veſtis, diſtinct. 23.cap.communis filius.

Damnare, & reprobare differũt. Nam damnare eſt reum ſine remedio ſubleuandi tormentis,ſeu ignominiæ ſententialiter deputare,reprobare verò eſt rationib. euidentibus reum facere, iſtam differentiam aſſignat Panor. in c. damnamus.in 1.notab.de ſumma Trin.& fide catho.

Damnas in iure ciuili quandoque eſt nomen adiectiuum omnis generis idem valens,quod damnatus, vt in l.damnas eſto, ff.de vſu fru. leg.

Damnum eſt diminutio vel ademptio patrimonij, & dicitur a demo, vel diminuno ſm Hoſt.ff.de dam.in fec. l.3. Etiam quandoque damnũ eſt lucrũ ceſſans. Et diuiditur damnũ ſicut actio, quia alia eſt de damno dato,alia de damno infecto, & actio de dãno dato competit ex le.Aq.requi re ſupra actio legis Aquilię Differtq; damnum a periculo, ꝙ damnum propriè refert ad res ſeu pecunias, periculum autem ad perſonã. Et de duplici damno, circa rem, & extra rem, vide infra damnum infectũ, vbi complura de damno.

Damnũ infectum ſecundom Spec.de nou.op.nuntia. in tract.libellorum,§.nunc dicamus,dicitur ſi ædificium alicuius ruinam minatur ædificio vel prędio alterius vicini, tunc enim ædificij iſtius vel prædij dominus a domino ædificij ruinam minantis petere poteſt, qđ ſibi caueatur nomine damni infecti, quæ ſtipulatio continebit totum intereſſe illius vicini, ff. eodem titulo.l.in hanc ſtipulationem. & l. ſed & ſi conducere, & l. damni infecti.

Et

Et damnum pateris, qñ rebus tuis aliquid decreſcit, non qñ accreſcit. Quando aũt lucrum amittis, damnũ nõ pateris. Etiã quoddam damnum ſiue intereſſe eſt circa rem, vt ſi ſubtraxiſti mihi inſtrã, quib. poſſeſſio firmatur, teneris mihi ad damnum, ꝙ contingit pp ablationem inſtrumentorum. Et quoddam damnũ extra rẽ. Differunt etiam damnũ, & iactura: vt not. Io. And. in nouella. de elect. quia ſępe. lib. 6.

Daphne erat ſuburbanũ iuxta Antiochiã valde amęnũ quod 80. ſtadiorum ambitu cõtinebatur. In eo erãt ſpectatiſſimę lauri, a quib. nomẽ ſumpſit. Erant ibid. & cupreſſi miræ amęnitatis, de quib. nõ excidendis, vel vendendis ſpeciali titu. cautum eſt lib. 11.

Daſpicer dicitur ferens dapes & eſt nomen officij magnę dignitatis in curia Imperatoris, vnde inter proceres eligentes Imperatorẽ computatur.

Dapſillus eſt ille, qui liberaliter ſm menſuram cõicat.

Dardanarij dicuntur a Grecis ꝓpolæ, qui omnia pręmunt, vt poſtea carius vendant vulgo reuenditores appellantur.

Dare in arte notariatus dupliciter capit. ſ. ꝓpriè & impropriè. Propriè qñ res data tranſit in dñium accipientis, vt in inſtrīs in quibus agitur de rerum alienatione & dñij translatione, in quib. transfertur dominium ſi tradens erat dominus, alias non. Vnde dare proprie eſt accipiẽtis facere, aliter. n. non datur, niſi ſic deẽ qđ in ipſum cui datur, ſtatim dñium tranſferatur. Improprie capitur in inſtrumentis emphyteuticis, & feudi, & locationis, vbi ille qui locat vel concedit, licet dare dicatur, non tñ dñium transfert. Et eſt differentia inter dare, donare & tradere. Nam tradere dicitur, qui ſolũ poſſeſſionem transfert, & non dominium. De hoc no. 23. q. 6. §. vlt.

Dare intelligitur qui remittitur. l. & generaliter. ff. de calu. & l. ſi mulier. ff. de condi. ob cau. Bart. in l. Modeſtinus. ff. de ſol.

Data vel datum eſt caracterizatio in fine conſtitutionũ vel lr̃arum inſcripta, ex qua cognoſci poteſt quo

anno

anno mẽſe, vel die inſtrũ, vel quælibet litera emanauit, & a quo tempore obliget conſtitutio, vel proſit gratia in ſcriptis facta. vide de hoc Ioan. And. in fi. lib.6. ſuper verbo data.

Datio inſolutũ eſt datio pro ſolutione & ſatisfactione. verbi gratia. Cum Petrus deberet Ioanni centũ agit inter ipſos. vt Petrus det ei in ſolutũ. i. pro ſolutione & ſatisfactione eiuſdẽ vnam domum.

Datiuus quandoq; reſoluitur in ablatiuum per prępoſitionem, vt ei.i.ab eo.l.2.de condi.trit. ff. vſu.quemadmodũ ca. l.huic. ſi cer.pet. l.fi.de don.cau.mor.l.ſenatus. §. ſi duob. vbi exponitur vtri eorum, i. a quo.

Datiuus quid importet, vide Bar.in l.impuberem.§.fi.ff. de falſis.

D ante E.

DE, iſta præpoſitio qñq; auget, vt in dictione depoſitum. vt not.ff.depoſi.l. 1.in princ. Aliqñ priuat, vt 35.diſt.Eps. Idem quandoque exponitur de, ideo pp vt de re familiari, i. pp rem familiarem. C.qñ ciui. ac. præiu.cri.l.vnica.in princ. Aliquando, ideſt pro, vt ff. de aqua plu.arc. l.poſt venditionem. Aliqñ ponitur pro a.l.ſi is, qui rem.§.fi.ff. de fur. Aliquado de, mutat ex toto ſignificatũ dictionis, cui adiungitur, vt deſtruo, dedecus, degener. Aliquando nec addit, nec minuit, vt detegerre, i. tergere, in auth.de mo.in princ. Et regulariter ponitur declaratiuè. ff.de arbit. in l.ſi de meris, cum alijs concor. Interdũ ponit̃ pro ſuper. C.ſi a non cõp. iud. l.5. interdũ ponitur pro valde, vt de properat, i. valde properat, C.de vet.iu. enu. l.2. §. ſed quia diuine. Aliquãdo ponitur pro ẽm, vt de libellis, i. ẽm libellos. 20. diſt. de libellis. Aliquando pro turpiter, vt de pectus, i. turpiter pactus. ff. de calum. l. & generaliter. Aliquando ſubauditur a iure. ff. de adul. l.2.§.lenocinij.in fi. Aliquãdo denotat cauſam materialem, vt ff. de coniun. cũ eman.lib.l.1.§.nunc videamus. Item an iſta præpoſitio, de, ſignificet cauſam proximam, vel remotam, vide Bar.in l.ſi finita. §. deinde. ff. de damno, infecto.

Debet,

Debet,& oportet, aliquando dicunt neceſſitatem,aliqñ honeſtatem, vide Io.And. in c.fi.de iuram.cal. ſuper verbo per teipſum, & not. in cap.intelleximus,in ver bo,debet,de iud.

Et nota,qđ verbum debet,in propria ſignificatione importat neceſſitatem, vt eſt gl.in cle.attẽdentes in verbo debeant. de ſta. regula. Sed honeſtatem ſignificat, vbi ęquitate ſuadente verba poſſunt impropriari.C. de pig.l.3.No.tñ vbi materia eſt indifferens,verbum debet regulariter importat neceſſitatẽ,gl.in cle.attendẽtes.de ſta.reg. Itẽ deberi id dr̃, qđ quacunque actione debetur,l.pecunię verbum. §.fin.de verb.ſig.

Debiti diem venire, eſt debitum poſſe petere.

Debitor eſt, qui accipit pecuniam a creditore.Item ſẽm Mar.dr̃, qui nactus eſt exceptionem iuſtam, nec a naturali ęquitate abhorrẽtem, i. diſcrepantem, ſẽm Accur.in l.Marcellus.ff.de reg.iur.Sed propriè is eſt,a quo inuito exigere poſſumus.l.debitor.de verb.ſig.

Debitum eſt, in qđ aliquis alteri, & naturali, vel ciuili obligatione tenet̃.Et debitũ intelligitur remitti in redditione chirographi, vel inſtrumẽti,non aũt ſic in redditione pignoris. Itẽ debitũ eſt, quod exigit̃ ab inuito.ff.de verb.ſig.l.debitor.& eſt gl.in cle.j.de deci. Et debitũ ciuile poteſt capi duobus modis.Vno modo efficaciter & proprie, prout eſt in chirographo poſt biennium,vel obligatione ciuili reſultante ex ſnĩa.l.Iulianus.ff.de cond. ind.Scđo mõ improprie,& inefficaciter, prout eſt in omni debito regulariter, cui obſtat exceptio, vel ẽt pone exemplum ſecundũ gl. in l.j.ff.de cõd.indeb.ſ. in chirog. ante biennium.

Debitum grauius, quod dicitur, vide Bar.in l.ſi quid ex famoſo.ff.de ſol.

Decanica dñr carceres,in authẽt.apud quos opor.§.pe.

Decanus nomẽ dignitatis eſt eccleſiaſticę,ſic dicta,quod forte ab initio decani pręerãt decem clericis,ſicuti, & in re militari decani appellãtur,qui decẽ præſunt militib. vt accipitur in tit. C.de deca.lib.12.Significãtur tñ qñque hac appellatione etiam archipresbyteri,

ri, vt in c. in capite, 50. diſt Interdum & clerici eccleſię Conſtantinopolitanę. l. nō plures. C. de ſacroſ. eccl. eo φ I decanis eſsēt diuiſi.

Decaprotia, ideſt decem primatus, annumeratur inter munera ciuilia mixta. l. fi. ff. de mu. Erant. n. de da caproti, ſeu decem primi ex decurionibus, qui tributa exigebant fiſcalia.

Decedere aliqñ ſignificationē habet cōtrariam verbo accedere, vnde & deceſſio pro diminutione. l. pecunię verbum. §. j. de verb. ſig. Magiſtratus autem decedere dicuntur, qui ei, qui ſucceſſor miſſus eſt, cedūt.

Decēprimi vide Decaprotia.

Decemuiri qñ primum creati, & qua de cā, vide l. 2. §. & cum placuiſſet, de orig. iu.

Deceſſio, vide Decedere.

Deceſſor dicit̄, qui obijt nullo medio, preceſſor qui ante deceſſorem; anteceſſor, qui ante prædeceſſorem, 93. diſt. c. j. per Arch. Apud Iuriſconſultum eſt, cui e ꝓuincia abeūti ſucceſſor miſſus eſt. l. 4. de offi. proc.

Decidere eſt trāſigere. l. cum hæreditas. de adminiſtratione tut.

Decima ſm̄ Hoſt. in ſum. de deci. §. j. eſt omniū bonorū mobiliū licite quæſitorū pars decima Deo data, diuina cōſtitutione debita, vt colligitur de decim. c. j. & c. parochianos. c. nō eſt. c. tua nobis. §. verū. c. cum non ſit. Et eſt dāda de omnib. bonis iuſte acquiſitis. eo. tit. c. ex tranſmiſſa. & c. cōmiſſum, ſ. de lana, fęno, & piſcarijs. nullis deductis expēſis. c. paſtoralis. eo. tit. & c. cū homines, etiam de molendino ad ventum, c. cum ex tranſmiſſa. præall. Item de apib. & oī fructu. c. nuntius. eo. tit. & tenent̄ decimæ in ſignum vniuerſalis dominij, nec ſunt retinendæ, ſed ſoluere cōpelli debent per eccleſiam, de app. re. c. tua nobis, 2. in fi. De hoc vide gloſ. in verbo præmoniti. in cle. 2. de iud.

Decimarum tres ſunt ſpecies ſm̄ Hoſt. in ſum. ſ. quædā perſonales, quæ debentur ex opere perſonali, vt ex artificio, ſcientia, militia, negotiatione, &c. quædam prędiales, quę proueniunt ex prędijs, vt vinum, bladum, fructus arborū, &c. Tales. n. dandæ ſunt illi eccleſiæ, in cuius parrochia ſita ſunt prædia. de deci.

ad

ad apoſtolicæ. etiam decimas prędiales tenētur ſoluere Iudæi. in c. de terris. eo.tit. Itē debēt ſolui de diuerſis ſeminib. vnius agri, non tm̄ de vno, ſi fuerint ſucceſſiuè ſeminata. c. ex parte canonicorū.eod.tit. Etiam Ciſterienſes, & alij, qui nullo gaudent priuilegio, dare tenētur decimas de terris nouo acquiſitis, licet eas proprijs manibus excolant. c.nuper.eod.tit. Quædā ſunt decimæ mixtę, ſm Hoſt.ibidem,& poſſunt dici hæ, de quibus dubitatī vtrū ſint prædiales, vel perſonales, vt de agnis, & fętibus aliorum animalium, quæ ſunt in paſcuis, & gregatim paſcuntur.

Deciſio eſt lex Imperatoris, de quo vide C.de contrah. & cōmit.ſtip.l.veteris,& de emē.iuſt.de cod.in pri.ſup verbo deciſ.& inſt.de nup. §.vnde quęſitum. Aliquando ponitur pro tranſactione.l.ſi hæres.ad leg. Fal.

Declinare ſentētiam eſt paulatim illas infirmare, & ideo niſi ſententia declinetur. reb. iudicatis ſtabitur.

Decoquere eſt cōſumpto patrimonio creditores ære credito fraudare: vnde decoctores, quos vulgo vocamus fallitos, vt opinor qđ creditorib. fidē fefellerint.

Decolorari, pro infamia notari.l.eum qui. C.de epiſc. & cler.

Decretalis bonorum poſſeſſione, quæ ſit, vide ſupra bonorum poſſeſſio extraordinaria.

Decretalis epiſtola eſt, in qua Papa ad conſultationem alicuius reſpondet.dē reſc. c.j. ſiue ſolus ſiue de conſilio fratrum, vt de electione bonæ memoriæ.j. Vnde decretum ſtatuit, decretaliſque reſpondet. Et differētia horum nominum decretalis epiſtola, decretum, canon, dogma, mādatum, interdictum, & ſanctio, eſt gl. ſumma. diſtinctione 3.

Decretum ſm Speculato. dicitur multis modis, vt in tit. de primo, & ſecundo decreto. §.dr̄ ergo. Quandoq; dicitur ſententia diffinitiua, vt ff.de re iudic.l. decreta, vel interlocutoria, vt ff.de acceſſo.l.1.in fi. Quādoq; dicitur id, quod Papa cōſtituit ſeu ſtatuit, de cōcilio Cardinaliū nulla facta conſultatione, & tūc in ſcriptis redigitur, vt

de

de reſc. præſenti. 20. diſt. ſi decreta. & c. ſeq. Qñque eſt conſequens conſenſus eligẽtiũ in ſcriptis redactus, vt 2. q. j. legũ, & de elect. c. innotuit. Qñque eſt illud, quod capitulũ, vel ordo, vel vniuerſitas, vel maior pars ordinauit, vt ff. qđ cuiuſ. vni. no. l. plane, & quaſi per totum. Qñq; eſt iudicis auctoritas in alienationib. rerum pręcipuè minorũ interpoſita, vt C. de p̃d. mi. l. inter. & per totum. Qñq; decretũ dr̃ auctoritas principis in reſcriptis beneficialib. interpoſita, vt de reſcr. c. gratia. lib. 6. ẽm Azo. illud decretum eſt cõfirmatoriũ gratię, quia ex hoc princeps inſinuat ſuã voluntatem, quę ſeruãda eſt, etiã ẽm cum ligat ignorantes. Eſt ẽt quoddam decretum decurionũ, quod in inuitos ſuper munerib. rerum tribui põt, exceptis eis qui ĩ liberaliũ ſtudiorũ laborib. ſunt, & qui medẽdi cura funguñt. C. de dec. de. l. exceptis. lib. 10. Qñq; decretũ eſt iuſſus iudicis, quo mã dat bona alicuius pp eius cõtumaciam poſſideri, & illud diuidit in primum & ſecundũ decretũ. Decretum primum eſt primus iuſſus iudicis, quo mãdat bona propter cõtumaciã in pœnam contumacis detineri. Vel ſic deſcribit. Primum decretũ eſt alicuius rei prohibitæ vel permiſſæ regulariter in certo caſu facta prima prohibitio, vel permiſſio, referẽdo ſingula ſingulis. Secũdum decretũ eodẽ modo deſcribitur, niſi qđ ibi ponitur ſecunda prohibitio, vel permiſſio, & taliter dr̃ primũ reſcriptũ ſecundi. Qñq; interponitur primum decretum, & non ẽm, quia in aliquib. nõ eſt opus ſecũdo, vt not. in c. qm̃ frequẽter. §. in alijs, vt li. non conteſt, ſuper verbo, conſtituitur. Et illud decretũ habet locũ in actione reali vel perſonali, licet diuerſimode, vt d. §. & §. ſeq. & interponitur ante litẽ, & poſt, quotieſcunq; aliquo contumace exiſtente adhuc non ita liquet de cauſa, qđ diffinitiuã ſententia valeat determinari, vt in d. c. qm̃. pręal. Decretum ẽm eſt ſecundũ iuſſus iudicis, quo licet bona alicuius propter contumaciam poſſideri, quæ prius ex primo decreto de-

detinebantur, vt de eo qui mit. in poſ.c.j.in glo.vlt. Et habet locum ſm quoſdam in actionib.perſonalib.tm̄, quia ſm Ber.in glo.vbi ſupra in realib. ſolum lapſus anni conſtituit miſſum ex primo decreto verum poſſeſſorē, nec eſt opus ſecundo, ſm alios tn̄ habet locū tàm in realib.q̄ in perſonalib.de hoc plene Bart. in c. contingit.de dol.& cont.in gloſ.vlt. Vel ſic ſm Ludou. Ro. Eſt prima iudicis aggrauatio punitiua cōtumacię,& ſic ſuo modo diffinitur ſm decretū.Et ſm non poteſt interponi niſi cōtra latitantem. Et latitatio eſt debitoris abſcōſio fraudulenta,in damnum creditoris.l.Fulcinius.§.ſi quis poſſidet.ff.ex quib.cau.in poſ.eatur, quod eſt verum niſi periculum ſit in mora,tūc enim interponitur ſm decretum cōtra non latitantem debitorem,vt rem no. Io.An.in c.conſultationib. de off.deleg. in nouella. & & Bal.dicit in c.j.de mi.va. qui cont.in vſib. feud. Sed vtrum ſm decretū ſit ſnīa interlocutoria, vel diffinitiua, effectus eſt magnus, vt in c.cum ceſſante. de app. & l. quod iuſſit. ff. de app. vbi per Bart. & C.de epiſc. aud.l.2.per Bal.in l.ſi finita.§.ſi forte. ff.de dam.inf. vbi per Dy.Sed Lud.de Ro. dicit, quod ſm decretū eſt ſententia interlocutoria., allegat gl.ſingularē in præſenti.§.cum autem. in verbo admod. C.de his qui ad ecleſiā confu.no. Io.And.in gloſ.magna.in fi.c.1.de rebus eccleſ.non alie.lib.6. & ibi vide iura de hoc.

Decubuerit, ideſt in lecto iacuerit.ff.ſi quis cau.l.2.§.ſi non pp valetudinem.

Decurio dicitur, qui decimā partem de bonis ducit, vel qui eſt ſuper decem milites conſtitutus in curia dn̄orū vel principum, ſicut centurio ſuper cētum, qui alias etiam vocatus eſt cētenarius. Et vtuntur illo vocabulo theologi, quia dicit̄ 1. Machab. 3. q̄d Iudas cōſtituit duces populi tribunos & centuriones. Beda tn̄ dr̄ ſup illud Luc. 23. & Matt. 15. Ioſeph.nobilis decurio, ꝙ decurio vocat̄ ideo, quia eſt de ordine curiæ, & officiū curiæ adminiſtrat. Qui etiam ſm eum dicitur curialis, a procurando, quia pcurat munera ciuilia, &

curialia. Vide de hoc. ff.de decurio.& fili.eorum. Quidam autem dn̄r decuriones appellari ex eo, quod cū ciuitates, & municipia cōſtruebantur, cuiusq; loci gr̄a conſilij, decima pars hoīum colligebatur, vt ff. de ver.ſig.l.pupillus.§.decuriones. Etiam quidam dicant decuriones eſſe ex eo dictos, quod cum Coloniæ ducerentur, decima pars eorum,qui ducebantur in conſilium publicum conſtituebantur.& decuriones vrbis Romanæ a munerib. excuſabantur,vt C.eodem tit. lib. 11.

Decuſſare.i. ornare.

Dedecus, quando aliquid dicitur fieri cum dedecore,vide Bar.in l.2. §.ſi mancipatus. ff.de bono.poſſeſ.contra tab.

Dederit.i. dare voluerit. ff.de ver.obl. l.ſi ſtipulatus ſum damnum.Aliquando dederit exponitur,i. reddiderit. ff.loca.l.in naue Saupheli.

Deditia libertas, ſm̄ Azo. in ſum.eod.tit. hodie ſublata eſt,ſed olim eorum dicebatur deditia libertas, qui ſic. ſeruiebāt, vt toto tempore vitæ ſuę ſeruili iugo detinerentur, poſt mortem vero eriperēt in libertatem colligitur in l. vnica. C.de la. lib.tol. & Inſt.de ſucceſſ.li. §.vlt.& l.vnica. C.de dedi. lib.tollendi.

Dedititij liberti olim erant, & dicebantur, quia hi,qui ſe debebant timore deſtructionis ſuæ, hanc talem libertatem cōſequebantur, & dicebantur liberti, forte ꝓpter ſpem libertatis, vel verius liberti vocātur,quia vere liberti erant, licet ſeruire cogerentur. Hodie vero non ſunt.. Azo in ſum. C. de dedi. liber. tol. erant autem hi peſſimæ conditionis, quia toto tēpore vitæ ſuę erāt ſerui & in morte liberi,vt dictum eſt,vt Inſtit. de lib. §. libertinorum aūt. Et dicunt Doct. quod tales non erant ſerui, ſed coacti erāt ad ſeruiendū & erant inducti ex l.alia ſciētia, quæ etiam multa alia, (ſcilicet mala,) induxit, vt in gloſ. inſtit.tit. præalleg. Sed de dedititijs aliter, & verius Theophilus & Caius, in inſtit.

Deductio eſt defalcatio,

Defalcare, idem eſt quod deducere,& detrahere.

Defendere eſt vicem domini ſubire, vel illud facere, qđ fa-

faceret dominus in lite, & pro eo reſpondere.

Defenſio quotuplex eſt, vide Bart.in l.de pupillo.§.1. ff. de ſno.ope.nun.& quo iure eſt introducta,idem Bar.in l.vt vim,ff.de iuſt.& iure,& quot modis ſumatur defenſio. Bart.in l.liberto. in fi.ff.de neg.geſ.Qñ aliquid dicitur fieri ad defenſionẽ, vide Bart.in l.1. C.vnde vi. Interdum ſumitur defenſio pro excuſatione,vt l.ſed & ſi.de vſur. Aliquãdo pro exceptione,vt l.ſi quidem, C.de excep.

Defenſor eſt ille, qui ſine mãdato cautione præſtita de iudicato ſolui, alium defendit, vel eius defenſioni ſe offert,vt ff.de procu.l.ſi procurator,§.fin.

Defenſores ciuitatũ ſcd'm Azo. in ſum.eod.tit.ſunt hi, qui in omnib.tanquam patres potius, quàm vt iudices ſe habere debent,vt ita nominis ſui vtantur officio. C. eo.tit.l.3.& auth.vt iudices ſine quoquo ſuffrag.§.eos. Ineſt autem officio defenſoris huius præbere authoritatem his, quæ aguntur apud eũ ex voluntate partium,vt adoptionis,emancipationis,manumiſſionis teſtamẽtorum inſinuationis, vt in auth.eo.tit.§.ſed neq; proprias. Item donationis inſinuatio. In cõtentioſa autem iuriſdictione habet cognitionem vſque ad 300.aureos, vt in auth. præall.§.& iudicare.

Deferre aliquem eſt cũ accuſare,ſed deferre, alicui, eſt grates & reuerentias ſibi facere.ff.de acc.l.libellis. Et ſic dicimus plus Deo deferendum eſt,q̃ hoĩ.Deferre aũt apꝑſoni,eſt illã admittere. Differũt tñ deferre,& accuſare in hoc,quia deferre fit reo abſente, ſed accuſare fit reo præſente.

Deferre iurm eſt aliquẽ arctare, vel aſtringere ad iurandum,& qñq; defertur a iure,qñq; a iudice,qñq; a parte, qñq; etiam declaratio a parte parti deferẽ, de oĩb. his no.C.de iureiur.l.1.

Deferueſcere irã alicuius dicimus. cum ex irato mitis redditur, l.quis ſit, §. idem ait, de ædil.edi.

Deficere dñr, qui ab ijs, quorum ſub imperio ſunt, deſiſtunt, & in hoſtium numerum ſe conferunt. l. amiſſione,de cap.dim.

Definitio eſt plurium rerum ſummatim facta traditio

quod idē eſt cū rōa.l.oīs de finitio,iuncta l.j.de reg.iu. Diffinitio aūt eſt propria, & breuiter cōprehenſa rei ſubſtantię enunciatio:quę conſtat ex genere, & drijs, Bar.in l.1. de teſtamentis.

Deflorare virginem quid ſit not. per Arch.extra de deſpon.impub.c.vnico,lib.6.

Defructū, muſtum eſt, quod decoquitur quouſq; tertia pars relinquatur.

Defunctio eſt a debito liberatio, inde defunctus,i. liberatus.Secundo idem eſt,ꝙ mortuus. Et forte dicitur ideo mortuus defunctus, quia liberatus a miſeria cōditionis humanæ.

Defunctoriè, & perfunctoriè idem ſonāt,qđ tranſitoriè, vel curſoriè, & negligēter.

Deglabare ſeu deglubere eſt corticem eximere. l.cædere, ff.arb.fur.cæſ.

Degradare eſt deponere de ordine, vt 81.diſt. dictum. Qualiter autem habeat fieri degradatio,not.de pœ.c. degradatio. lib.6. nam deponere fit ſimplici verbo, ſicut ſuſpendere, degradare autem cū ſolemnitate.

Deierare eſt falsè iurare, cap. in literis de teſt.& c.literas. de præſu.

Deinceps, i. de cętero, C. de ep. aud. l. nemo deinceps.

Deinde, vide Inſtit.de re.diui. §.inſula.

Delata hęreditas intelligitur, quam quis adeundo conſe qui poteſt, l. delata, ff. de verb. ſign.

Delator eſt, idē,qđ accuſator vel qui bona aliqua tanq̃ vacantia fiſco denunciat,i. manifeſtat.Et no.ꝙ deferre dr̄ multis modis,primo, i.afferre ſe offerre,vñ dr̄ hęreditas deferri: vt l.2..C.de carb.edi. Item accuſare de quolibet crimine .l. iubemus, C.ad l.Iul.repet. Item delator, i. bonorū nūntiator. l.intra, ff. de diuer. & tēp.præſcr.& Bar.in rub.de dela.& de hac materia vide plenè per Bart.in dicta rubr. de delato. lib.10.C.

Delegare plura ſignificat. Primo eſt aliquē iudicē loco ſui,& authoritate ſui iudicaturū cōſtituere, vel ſubſtituere:vt l.pręcipimus,C. de appľonib. circa mediū, & l.ſeq.ī fi.Q̃nq; eſt ī locū ſuum vel vice ſui aliū rerū creditorē dare, vel cui iuſſerit creditor. Et hoc modo inter delegatū,& eū,cui fit delegatio oportet interuenire ſtipulationē, vel litis

con-

conteſtatio. His.n.modis ſit hæc delegatio. vt l.delegare, ff.de nou. Et Azo. in ſum.eo.ti.de no.n.poſsũ,i. vice mea debitorẽ meum dare creditori,& ex delegatione liberor ego a creditore meo,& extinguitur ipſa delegatio qua tenebar, vt qñ tibi ſum obligatus, & alium habeo debitorẽ mihi obligatum,& iſtum tibi aſſigno,vt debitũ ab eo recipias te, & ipſo volẽtibus hæc eſt delegatio quędam. Interdum delegare eſt deſtinare,ſeu aſſignare, vnde in l.2.ad leg. Iul.pec.pecunia delegata,i.deſtinata.

Delegatus eſt,cui cã cõmittit terminãda vel exequenda, vices delegantis repræſentans, & in iuriſdõne nihil proprium hñs, vt ff.de off. eius cui mand.eſt iuriſd.l.j. in fi. & extra de offi.deleg. ſanè quia, & c. cum olim. & Hoſt.in ſum.eo.ti.vel ſic. Delegatus eſt is, cui a ſummo Põtifice, vel ordinato, vel delegato principis cauſa cõmittitur. Item inde venit ſubdelegatus,qui dr̃,reſpectu delegati. Item is,cui principiũ cauſę vel mediũ committitur, & ſic iudex propriè dici non põt, vt c. ſuper quæſtionũ. §.porrò, eod.tit. Delegatus tñ propriè delegare poteſt principium, medium, & finẽ, in §.intentionis,c.ſuper quęſtionum, præalleg. Vel ſm Spec.eod.tit. in prin.eſt is, qui ex alterius commiſſione recipit alicuius cauſę iudicialem cognitionẽ, nam & ſubdelegatus eſt,cui per aliquem habẽtem iuriſditionem demandatur in iudicio aliquid, vel extra iudicium faciendum,non iure proprio,ſed de iure mandantis. Et differt a ſurrogato, & conſeruatore. Nam ſurrogatus habet iuriſditionẽ iure proprio & merũ imperiũ, ſicut iudex principalis, cui ſurrogatur, ſed conſeruator nullam habet iudicialem cognitionem, ſed tñ poteſtatem ſuper notorijs,& manifeſtis,c.ſtatuimus. de off.deleg.lib.6. Iudex autem delegatus habet iuriſditionem in eccleſiaſticis perſonis,non propriam,ſed a ſuperiore commiſſam, vide Goffredus in ſum. eod.tit. Et delegatus in cauſa ſibi delegata maior eſt ordinario,de off.deleg.ſanè 2. & de offic.ordinar paſtoralis, quia talis

vices gerit delegantis.

Deliberare eſt factum diligenter tractare, vel in mẽte reuoluere, vel cũ amicis ſuis explorare an expediat ſibi illud, admittere, de quo quæritur, puta hæreditatẽ agnoſcere vel adire. vt l. ariſto, in princ. ff. de iure deliberã.

Deliberatio eſt prouida cauſæ circunſpectio, cum qua ratio totum agit, & furor ſibi nihil vendicat. 2. q. 3. illa præpoſitorum, & c. ſeq.

Delictum dr̃ quaſi derelictũ, & nota, prout ſupra tetigi in verbo cõtractus, ꝙ ſicut actionum quædam proueniũt ex contractu vel quaſi contractu, ita actionũ q̃dam proueniũt ex delicto, aliæ verò ex quaſi delicto. Ex delicto proueniũt actiones, vbi delictũ perſonę verè & directè cõprehẽditur vt eſt videre in furto, rapina, homicidio. Ex quaſi delicto vbi perſonę delictum verè, & directè non cõprehendit̃, ſed interpretatiuè vel iuris fictione, vt ſi iudex per impetitiã ſuã malè iudicauit, tenet̃ parti, quã lęſit ex quaſi delicto. Itẽ ſi tenes in domo vel officina aliquem prauum hominem, qui damnum dedit mihi, teneris ex quaſi delicto, eo ꝙ in culpa ſis vtẽdo malorum hominum ope. Et eſt delictum deſertio boni. Peccatũ vero prauus actus. Sed crimẽ eſt peccatũ graue accuſatione & damnatione digniſſimũ. Hæc eſt differẽtia ſm̃ Aug. 81. diſt. c. j. & no. de pœ. diſt. j. ſi peccatũ, & per Io. And. in regula peccatũ. Et pro differentia inter delictum, & peccatũ, eſt bona gloſ. in l. j. C. ſi ad deli. vbi dicit Acc. Delictum eſt genus generaliſſimũ, ſiue veniat ex animo, ſiue non. Crimen vero genus ſubalternũ. Cõtinet. n. ſub ſe furtum, adulterium, & alia, quæ ex animo ꝓueniũt, i. ex cõſcientia. Addę, ꝙ delicta quædam ſunt publica, quædã priuata, de quib. infrà in verſ. priuata. Item aliud eſt delictum generale, aliud ſpeciale. Generale eſt, quod certa appellatione plurima eiuſdẽ naturæ crimina complecti põt, vt furtum, homicidiũ, falſum: qđ Doctor. noſtri nominatum delictum appellant. Speciale verò delictũ Iuriſconſulti intelligunt, quod Doct. innominatum

di-

dicunt, vt cum quis in ius vocatus non paret, cum te mere appellat: hæc.n.facta pluribus ſpecialibus verbis deſignantur, nõ vno generali, vt copioſius declarat Alc. in l.aliud eſt fraus. de verb.ſign.

Delinimenta pro blanditijs. l.4.de inoffic.teſtam.

Deludit, i.decipit, & ſic deluſio nõ approbat a iure, ext. de alie.iud.mut.cã fa.c.j.& ff.de iud.ſi p̃tor.ibi, deluſoria eſſent prætor.decreta.

Demẽs eſt, q̃ neſcit vel nõ põt exprimere quid velit, aut nolit. c.paſtoralis, de cler. ægrot.lib.6. vbi bonus tex. & gl. ibi ſup ver. remittit.

Demoliri eſt diſſipare vel deſtruere. Matth.6. Theſaurizate vobis theſauros in cœlo, vbi tinea nõ demolitur. Vñ demolitio, i.deſtructio. l.ſtipulatio.đ ope.no.nun.

Demõſtratio idẽ ſignificat, ꝙ oſtẽſio. Nã oẽ verbum vel factũ, p̃ ꝙ aliquid oſtẽdit̃, demõſtratio dr̃. Ideo dicit tex.in l.certũ. ff.ſi cert.per. Certũ eſt, ꝙ noĩe proprio vel alia demõſtratione, quę vice nominis ꝓprij fũgit̃, oſtẽdit̃, & ſequitur. Non refert an proprio noĩe res appellẽtur, an digito oſtendatur. Et licet falſa demõſtratio nõ ſit demonſtratio, tñ ex ea qñq; ſumit̃ ſignificatũ ad inualidandum actũ. qui alias ea nõ expreſſa eſſet validus, v.g. Teſtator dicit, lego vxori meæ veſtẽ, quæ cauſa eius parata eſt. Hęc verba, quę cã eius, &c. ſunt demõſtratiua. Sed pone, ꝙ nihil eſt paratum cã eius, tũc demonſtratio eſt falſa, & dicit tex.in l.Quintus Mutius.ff.de au.& arg. leg. ꝙ nullũ eſt legatum. Secus ſi diceretur, Veſtem meã purpuream, quæ cauſa eius facta eſt, quia licet demõſtratio ſit falſa, tñ apparet de re legata per verba pręcedẽtia, vt in l.Quintus Mutius. præall. Et ſi vis ſcire pleniſſimè, an & qñ falſa demõſtratio vitiet diſpoſitionẽ, tradit Bart.in l. demõſtratio.ff.de cond. & demõ. Porro demonſtratio ſic differt a conditione, ꝙ demõſtratio plerũq; factã rẽ oſtẽdit, condõ verò futuram.l.ſi nominatim, eo.tit.

Dena, i.decem, ſed diſtributiue, vt ſi legem Titio, & Seio dena, intelligitur ſingulis decem legaſſe, ff de ver. oblig. l. ſi ita ſtipulatus. & ff.de leg.j.l.ſi quis teſt.

Denarius dicit a numero decē, de cōſec.diſt.5. ieiuniū.

Denique, no. Arch.3.diſtinct denique

Denūciare eſt crimē alicuius ſuperiori nūciare, vt prępoſitio, de, augeat nunciationē, vt in ſimili, ff.depo.l.j. in princ. Hoſt.aūt in ſum. tit.de accu.& rub.de denū. §.j.dicit, ꝙ denunciatio eſt criminis alicuius apud iudicē ſine inſcriptione facta delatio, ad pœnitētiā agendam, vel aliam legitimam pœnam imponendā, vel ét ad vtrūque, & in §.ſeq.ipſe diſtinguit denūciationem dicens, ꝙ quędā eſt denunciatio pęnitētialis, & Euangelica, & ad illam quilibet admittitur. Quædam verò iudicialis, & canonica, & ad illam nō quilibet admittitur. Vide ibi de illā, & in reportationib. Ioan. And. c.nouit.de iud.Eſt & denūciatio ſpecies ꝓteſtationis, quæ ad alium mittitur, vt cū aliquē admoneo, vt ab emptione deſiſtat, vt defendendę cauſę adſit, vt a matrimonio cauſa legis Iuliæ exercendæ abſtineat. Alc. in l.deteſtatio, de verb.ſig.

Denuo, i.de nouo vel iterum.

Depeciſci eſt turpiter paciſci. Inde depectus, i. turpiter pactus, l.3.de calu.

Dependere, ſoluere, & præſtare.l.3.§.in ijs, de vſu.

Deperditum dicitur, quod deſijt eſſe in rerum natura. l. deperditum, de pet.hær.

De plano aliquid dr̄ fieri, qđ iudex ſine figura, & ſtrepitu iudiciario facit, de cuius verbi ſignificatu habes hodie plenè, de verb.ſig.in cle. ſępe. Arch.de ele.c.indemnitatib. lib.6. ſuper verbo ſtrepitu, & figura. Dr̄ ergo iudex aliquid facere de plano, qñ, ſ.nō eſt in conſiſtorio, vt, ſ.reſidens in loco, in quo iudicare conſueuit, & aliqualiter inſtructus ſine iuris ſolēnitate, aliquid facit, ſtatuit, aut determinat.

Deportare eſt aliquem perpetuo exilio damnare, ſed relegare eſt ad tempus, ff.de interdic. l. relegatorum. hæc eſt differentia. Et in gl. inſt. quib.mod.iuſ. pa. po. ſol.§.relegati.

Depoſitū eſt, qđ ad cuſtodiēdum alicui datum eſt. l.j. ff.eo. Et dr̄ a de, & poſitum ſic, quod præpoſitio, de, augeat, vel oſtēdatur totum fidei eius cōmiſſum, apud quem ponitur quo ad cuſtodiam, & vt̄ ſeparata cu-

ſtodia

ſtodia a deponente. Eſt ergo aliud pono, aliud depono, vt ff.eo. l.1. Quid ſit actio depoſiti directa, & cōtraria, require ſupra actio depoſiti.

Depoſitarius eſt is, apud quē res aliqua deponitur cuſtodienda. Et differt, a ſequeſtro, quia depoſitarius ad hoc præcisè tenetur, vt depoſitori rem reſtituat, tenetur ēt maximam diligentiā adhibere. Sed ſequeſter neutri litigantium tenetur præcisè rem reſtituere, ſed indeterminatè illi, qui vicerit. Alia differentia habetur in l.licet. ff.depoſi.

Deprecatio a deprecari, quod eſt pręcip. rogare. l.deprecatio.ff.ad l.Rhod.

Deprehēdere aliquem, eſt qđ Barbari dicunt, in ipſo facto capere, l.quod ait. ff.ad l.Iul.de adul.

Deprimere nauim eſt de mergere, l.cū depſſa, ad l.Rho.

Derelictum dicitur illud, qđ caret poſſeſſore, vel quod in nullius eſt poſſeſſione, vt Inſtit. de re. diui. §. hoc amplius circa finem.

Derogare eſt diminuere, vel ī parte tollere, vel detrahere, vt ff.de ver.ſig.l.derogare, & differt ab arogare, ibi dē require ſupra abrogare.

Deſcribere eſt exēplū ſumere, ꝙ Barbari dicunt copiare.

Deſertores dn̄r clerici, q. propriæ eccleſię miniſterijs, deſtitutis, ad aliā vitio fugæ ſe trāsferūt, vel cōfugiunt, vt 21.q.2. placuit, & hoc ſ̄m canones. Sed ſ̄m leges deſertores dn̄r milites vitio fugę ſuam militiam deſerentes, vt l.3. de re milita.

Deſertum eſt locus non habitus penitus, neq; cultus vltra memoriā hominū, vt c. 1. de verb.ſig.lib.6. vnde, & deſertus pro neglectus.l.3. C.de agr. cenſi. lib.11.

Deſerta cauſa dr̄, cum altera parte abſente fertur ſnīa.

Deſidia ſimilis eſt imperitiæ. C.de teſt. l. ambiguitates, & quid eſt deſidia not. per Arch.30.quęſ.1.deinde deſides, ideſt negligentes. C. de anno. & trib. l. iudices. lib. 10.

Deſignatus, i.electus. l.Barbarius, de offic. præt

Deſignatores qui, vide ſupra in ver. brabeutæ.

Deſinere propriè eſt in perpetuum, vt rurſus nō redeat. l.fin.de aſſig. lib. Deſinere aūt res abeſſe qn̄ dicatur, explicat Iuriſconſ.in l.mulieris, de verb.ſign.

Deſiſtere eſt a negotio iam ſuſcepto abſtinere, l. deſtituſſe.de iud.& ad Tur.

Deſtitutum teſtm̃, i. deſertũ, ex quo nullus eſt hęres.Inſtit.de hær. quæ ab inteſt.§. cum autem.

Deſuetudo,& conſuetudo differunt ſm̃ Bar. in l.de quibus.ff.de legit.Nam cõſuetudo eſt,quando fit contra legem per ipſam conſuetudinem, ſed deſuetudo eſt, quando nõ vtimur aliqua lege in iure poſita.

Deſultores erant, qui in ludis duos ęquos abſq; ephippijs agitantes ex altero in alterũ mira pnicitate deſiliebant.l.apud,de pſcr.ver.

Detergere,i.publicare, vel teſtib.probare,C.de maleſi.l. & ſi excepta.

Deterrere præter vulgatũ ſignificatum eſt, & a propoſito euertor,l.quod ſi.§.qui mancipia. de ædil.edict.

Deteſtari eſt abſenti denuntiare teſtib. adhibitis, vt l. ſubſignatũ, §.2. ff.de verb. ſig.in l.ſeq. Aliter autẽ deteſtari eſt facta alicuius abrenũtiare,ſpernere,vel abominari.

Deteſtatio eſt cum teſtib. facta denuntiatio.

Detexta lana dr̃, cum perfecta eſt,& a textrinis inſtrumentis detrahi poteſt.

Detrectare,pro vitare,fugere auerſari, vnde detrectatio, l.qui cum, §.qui poſt, de re milit. & l. ſi maritus ad legem Iul. de adul.

Detruſus in l.quicunq;, C.de epiſ.& cler.eſt,quem canoniſtæ vocant depoſitum,la tini verò exauctoratum.

Deunx eſt vna pars aſſis, quæ ex 11.vncijs perficit̃,Inſtit. de hær inſt. §.hæreditas.

Dextas eſt pars aſſis, quæ ex 10.vncijs perficitur.

Deuſdedit eſt proprium nomen,c.tanta.de ſim. Similiter Deo datus,eo.tit. c.3.

D ante I.

Diabathrarij in l. 1. C.de excuſa.artif.ſunt coriarij.Alijs tamen ibi aliter legendum placet: de quo vide Alc.ibidem.

Diacatharotia,in l.quicunq;. C. de oĩ agro, deſer. eſt id munus. cũ Imper. priuatis fũdos cõcedit, vt purgent̃, qđ latius explicat ibi Alci.

Diacatoche(vt quidã legũt in præal.l.quicũq;) ſignificat titulum poſſeſſorũ prędij.

Diaconus Grecè, dr̃ miniſter Latinè,quia ſicut in ſacerdote

dote conſecratio, in diacono miniſterij diſpenſatio habetur. Et hypodiaçones Græcè dicuntur ſubdiaconi Latinè, quia ſubiacent præceptis. Leuitarum. Et apud Hebreos Nathanei vocantur: vt habetur 21. diſt. cleros.

Diadema propriè, eſt corona imperialis.

Diarium præter ephemeridis ſignificationem refertur ēt ad vnius diei cibum, vel ad id, quod alicui datur, vt ſin gulis diebus ſe alat, quo ſenſu plerunque in iure ac cipitur, l. diarijs, de admini ſtrat. lega.

Diaſtoli vel diaſtoleæ dicuntur cū aſtu diactatores vel diſtinctores logon, hoc eſt publicæ rationis. Et ſecundum hoc accipitur in glo. de tabu. ſcri. logo. C. lib. 11. l. 4.

Diatretum Græce, tornatile, aut factum torno ſignificat. Vnde apud Vlpianū, in l. ſi ſeruus. ad l. Aquilia. calix diatretus, & diatretarij notornatoribus, in l. 2. C. de excuſ. arti.

Dictare actionem vel iudiciū eſt intēdere, actionem vel agere.

Dictatores olim dicti fuerūt, qui ſummum magiſtratū gerebant, & quorum erat in maiorib. cauſis ſententias ferre, vel dictare, vt ff. de orig. iur. leg. 2.

Dicticæ ſunt columnæ eccleſiæ, in quibus, imagines pa trum in ſuo catalogo ponuntur. Vel ſunt tabulæ, ſcribendi vel pingendi, a di cto dictæ.

Dictum a promiſſo eleganter diſtinguit Vlp. in l. ſciendum, de ædil. edil.

Digrama eſt denarius valens duos denarios, ſtater valet duo didragmata. vnde Valet nūmos didragma duos ſtater duplicat, idem notat per Arch. 11. q. 1. magnū.

Diducere, eſt diuidere, & diſtinguere, Inſt. de obl.

Dienſes, populi Macedoniæ, quorum mentio. in l. vlt. de cenſib.

Dies eſt duplex, naturalis, & artificialis. Naturalis eſt ab ortu ſolis vſq; ad occaſum. Ciuilis eſt a media nocte, in ſequentem mediam noctē. l. more. de ferijs. Eccleſia verò Romana exordit diē ab occaſu ſolis, & finit in ſequētem occaſum. Hęc Alciatus, in l. 2. de verb. ſignif. licet Acc. aliter diffinire, videatur in d. l. more.

Diem

Diem cedere vel venire obligationis qñ dicatur, declarat apertè Iuriſc. in l.cedere. de verb. ſign.

Diem diffundi, vel (vt quibuſdam placet) diffindi, olim dicebatur, cum res, de qua erat cõtrouerſia, in ſequentem diem cognoſcenda reijciebatur.

Diæta in vna ſignificatione eſt cęnaculũ, ĩ quo die magis q̃ nocte ſolent hoĩes reſidere, vt ff. de donat. l. Lucius, vel domũcula cõſtructa in hortis pro colligẽdis fructibus, ſeu oblectationis gratia, ita capit in l. ſenatus. §. Marcellus, ff. de le. 1. In alia verò ſignificatione dr̃ ſpatium vnius diei, vel lapſus. Quartò eſt vnius diei certa & determinata comeſtio. Cõtinet aũt diæta legalis 20. milliaria Italica. Diæta vulgaris dr̃ illa, quæ habetur ſecundũ conditionem regionis.

Diætarij dñr, qui in cœnacula aliena ſe dirigũt animo furandi a dieta ſm primã ſignificationem ſic dicti, & ſic exponitur in l. ſaccularij, in prin. ff. de extraordi. cri. licet. ibi legatur in tex. directarij. Sunt, & diætarij ſerui deſeruientes, in diæta. l. quæſitũ, §. oſtiarij, de fun. inſtr. Item cuſtodes nauis, non pretio aliquo conducti, ſed ob ſolum victum. l. j. nau. caup. ſtab.

Diffamator quis ſit, & quis dicatur diffamare, vide Barr. in l. turpia. ff. de leg. j. & qñ quis diffamari dicatur de maleficio, an ſufficit ĩ gñe, vel in ſpecie mali fieri requiratur, vide ibid. Bart.

Difficile dr̃ quandoque quod nullo mõ fit. 2. q. 6. biduũ. ver. ſi aduerſus, & gl. fin. de teſti. c. pſentiũ. exponit nõ de facili. i. nullo mõ. Adde ꝙ difficile interdũ exponitur, i. raro, vt ff. de le. 3. l. Seio. & l. hæres meus. §. vxori. Aliqñ difficile. i. nunquã. 1. q. 1. ſi quis neque, & c. principatus, & ibi no. Aliqñ difficile exponitur, i. laborioſum, in Auth. vt hi, qui obſe ha. per res mi. §. qm̃ aũt. Aliquando, i. vix. 47. diſtin. quantumlibet, & ibi not. Item qualiter difficilè, & facilè intelligitur: vide de hę red. inſtit. l. ſeruus.

Difficultas, & impoſſibilitas ſæpe parificantur, vt pulchrè ponit Fely. in c. eccleſiæ S. Mariæ. in 39. col. verſic. ſecundùm notabile eſt, quòd eccleſia, de conſtit.

Diffi-

Diffinitio, vide Definitio.

Diffinitiua ſententia. Require infra, ſententia.

Diffundere vel diffindere dic̃ qd ſit, vide ſup. in ver. dic̃.

Diffundi vina propriè dicuntur, quæ ex vaſis, in quibus deferbuerunt, poſtea quã defecata ſunt, in alia vaſa transferuntur, l. cum vinũ, de trit. vino & oleo leg.

Digeſtum ſm Azo. in ſum. de vet. iur. enuc. dr̃ legalis liber, qui alio nomine vocat̃ pãdecta, ſeu liber pandectarum, ex quo oẽs diſputationes, & deciſiones legitimas in ſe hẽt, quę in 50. libros partiales digeſſit Imp. Collectus aũt fuit iſte liber ex veteri iure, ꝙ ab vrbe Roma cõdita & a Romuli tẽporib. vſq; ad tempora Iuſtiniani fere per 1400. annos confuſe ſtatum obtinuit. Et extendebat̃ in duo millia penè librorũ, & tricies cẽtena millia verſuum vel rñſorum, vt patet C. de vet. iu. enuc. l. 2. §. ſed cum oĩa. Et dictũ fuit digeſtum eo, quia omnia ibidẽ decidentia digerunt̃ & ſoluuntur, ſm Acc. in proœ. inſti. Dr̃ aũt pandecta, pana qđ eſt totũ, & decta, doctrina, quia ibi eſt tota doctrina omniũ Iuriſ. vt in §. præall. cum omnia decidentia ibi digerant̃, & ſoluantur, ſm Azo. ac Dy. in princ. inſtit. Et no. Io. And. in proœ. cle. ꝙ digeſtum capitur alibi pro decoctum, de conſecr. diſt. 5. ne tales. & c. præced. Quidam dicũt, ꝙ iſte liber olim per duplex dd, ſcribebat̃, vel per d. & g, & ꝙ poſtea per vitium ſcriptorum corruptum ſit. Sed ratio vr̃ melior, ſ. ꝙ digeſtum ſcribatur contra morem omnium legalium librorum per duplex ff. quamuis illæ duæ literæ, nec in principio, nec in fine huius nominis digeſtũ ponant̃. ideo quia ille liber fuit digeſtus ſecundario per duos Federicos Imperatores, a quorũ cuiuslibet nomine ſumpta eſt prima litera f, ſic erunt duo ff, licet iſta ratio alijs nõ placeat, quia neuter illorum Imperatorum aliquid fecit, exceptis paucis conſtõnib. poſitis in vſibus feudorum. Dicũt ergo eſſe vitiũ ſcriptorũ. Et vnus illorũ librorũ nominatus eſt Infortiatum, quia cum Romę eſſet ſtudium amiſſum, & Bononiæ inoleret, eius recupatione facta Rauen-

uennę cū eſſet amiſsū ius eſt redditū, forte cū multa adſint, quę deerāt, & ſic ſumitur in, pro valde. Alij dicunt, ꝙ fortes leges in eo ſunt, ſed certe, & in veteri. Alij ab inuĕtore ſeu aucto re ſic nominatum dñt. Vel dr̃, ꝙ nomina magiſtralia ſunt, quare nō eſt de eis diſputādum, ſed relinquitur pertinacib. ſm Tullium, & q̄a plura ſunt negotia quā vocabula, ff. de pręſc. verb. l. natura. n. Alij ab inforciſim Chaldeo vocabulo, ꝙ eſt diſpoſitio dictū volunt, quia vltimæ diſpoſitiones in eo ſunt. Vnde: Sū liber fortis diſponēs ſpolia mortis. Et clauſis portis, me diſcat lector in hortis. Hæc in gl huius libri. Adde aliā rationē meliorem, quare libri Digeſtorum ſcribātur per duo. ff. q̃ ponit Alc. in lib. Diſpūc. Nam Gręci Pādectas per π̃, cum accentu circunflexo notabant, ꝙ poſteriores per ignorantiam Græcarum literarum putantes eſſe duplex. ff. hoc ſigno abuſi ſunt.

Digitus non eſt mēbrum, ſed mēbri officiū, ff. de ſta. ho. l. nō ſint liberi. Adde Bart. in l. 2. ff. de pub. iud. in verſiculo, ſed quæro q̄d appellatur. Adde Fel. in c. ego. n. in 3. col. ver. digitus, de iureiu. vbi limitat in ſex caſi. & fallit ſm Bar. ad hoc, qñ quis eſſet notabilis artifex, quia ſi amittit digitum, dr̃ amittere membrum, & iſta cōfirmat Bar. vide Ioan. de Ana. in c. iniuncto. de hær. in 6. Fel. in c. cū illorum, de ſent. exc. in 3. col. verſ. & no. limita. vide ibidem late per eum. Adde, ꝙ digitus eſt ēt genus menſuræ, l. Lucius, de ſer. ruſt. præd. eſt autem 16. pars pedis, ſecundum Alc. in l. mille. de verb. ſig.

Dignitas q̄d ſit, ſm Arch. patet de cōſec. c. j. lib. 6. in gl. Dignitas qñq; idē eſt, ꝙ poteſtas, vel cōditio, vel pręrogatiua ſęcularis, vt 25. q. 5. adminiſtratores. & C. de dig. lib. 12. Et ſic iudex dr̃ habere dignitatem, vt ff. de albo ſcrib. l. vlt. De hac ēt no. 3. q. ſi teſtes. in princ. Itē dignitas eſt quædam præeminētia eccleſiæ vel in eccleſia, c. quamuis. de verb. ſig. Et quot modis ſumatur dignitas, no. de reſcrip. ſedes apoſtolica. in gl. ſuper verbo, maiores, quæ incipit, ſed quas pſonas, & Bart. in l. j. C. de dig. lib. 12. Quādoque

que aũt ſumit ſtrictius pro
eminẽtia prærogatiuę per-
ſonę eccleſiaſticę, quæ præ-
rogatiua ẽt dr̃ perſonatus,
qui cognoſcitur, qñ habet
aliqs prerogatiuã in choro
vel capitulo, in orationib.
in ꝓceſſionib. in vocib. dã-
dis, & ſimilib. pluſquã alij
canonici ſui ordinis, vt in
d.c.j. de cõſu. cum ſimi. Et
illa cognoſcit̃ his modis.
Primò, qñ, qs hẽt admini-
ſtrationẽ rerum eccleſię cũ
iuriſdõne. Secundò, qñ ha
bet nomẽ dignitatis & prę
lationẽ ſeu prærogatiuam,
tã in choro q̃ in capitulo.
Tertiò, qñ ex conſuetudi-
ne eccleſiæ hr̃ aliquis in di
gnitate, vide Arch. vbi ſup.
Etiam dignitas ſignificat
latius & ſtrictius ſm vſum
eccleſiarũ, nam, qđ in vna
eccleſia cõtinetur ſub noĩe
dignitatis, in alia contine-
tur ſub nomine officij, &
è contra prout cuiuſuis ec
cleſiæ vſus habet. Reperi-
tur etiam latiſſima ſignifi-
catio pro quauis excellen-
tia. Sed de his omnibus &
alijs huc pertinentib. latiſ-
ſimè Bar. in d.l.j. C. de dig.

Dilapidare eſt res vel bona
prodigaliter & indifferen-
ter erogare, ſm ꝙ no. Arc.
de reſcr. ſtatutum, lib.6. &
de elect. quia ſæpè, eod. tit.
Et ſic ſumitur in l. ſi pro
ea. C. mandati. & ff. de mi-
no. l. verum. circa finem.

Dilatio eſt tpis in cã proroga
tio. & dilationũ ſm Hoſt.
in ſum. tit. de dilat. §.j. aliæ
ſunt citatorię quæ dant̃ vo
cato ad cãm, ad veniendũ
ad iudicẽ ante li. cõte. infra
quas citatus ſe pręparabit,
vt veniat in termino, & ni-
hilominus poſt mortẽ, vt
extra de off. deleg. conſu-
luit, de quib. ff. de iud. l. ad
peremptoriũ, cũ ſeq. vſque
ad l. de qua iure. Et alię sũt
reſtitutorię, quæ dant̃ his,
q ſpoliati fuerũt, ſeu ſunt
vel dant̃ ad appellãdũ, quę
ſunt xx. dierũ, vel ad reſtitu
tionẽ in integrũ petẽdam,
quę olim infra annum vti
lem, hodie intra quadrien-
nium continuũ dantur, vt
C. de in integ. reſt. l. fi. Alię
ſunt deliberatorię, q̃ dãtur
reis ad liberandũ, de quib.
C. de li. cõr. in auth. offerat̃,
hodie canonizata. 3.q.3.§.
offerat̃. Alię ſunt reparato
rię, quę dantur volẽti pro-
bare, de qb. in l.j. C. de dil.
Alię sũt executorię, q̃ dant̃
cõdẽnato ad hoc, qđ ſatiſ-
faciat, de his. l.2. C. de vſu.

Aliæ

Aliæ ſunt reuocatoriç, quæ danт̃ habētib. ius reuocandi domū, de quib. habetur l.2.§.legatis.ff.de iud. Aliæ sūt vacatoriç ſiue feriales, vt in l.j.ff.de fer. & 25.q.3. per totū. Aliç ſunt proſecutoriç quæ dātur ad appellationē proſequendā, de q b. in auth.ei,q appellat. C.de tēp.app. Aliç ſunt ſaluatoriæ, vt pęnitētiales. Aliç prçceptoriç, de app.c.preterea. Aliæ electoriæ, vt de cōuer. cōiug.c.ex publico, de élec, ne pro defectu. Aliæ experitoriæ, vt extra de frig. & mal.laudabilē. Aliæ exemptoriæ, vt qui matr.accuſ. poſſ.c ſi. & C.de ing.mau. l.diffamari. Aliç ſunt repræſentatoriæ, vt de app.c.perſonas, & c.2.req. & c.ſępe. de elect.dudū.j.de renunc. c.veniēs. Aliæ exceptoriç, ſ. ad proponendas exceptiones conceſſas a iure.de exce.paſto. Hos modos, & ſpecies latius proſequit̃ Hoſt. ibidē, & Spe.eod.tit.& plures addit Spe.vide ibi.& gl. ſum.3.q.2. declarat notabiliter quinque ſpecies induciarum vel dilationum. Spec. aūt enumerat quindecim in tit.de dilat. §.j. & Hoſt, in ſum.eod, titu. §.2. Nam reſtitutoriç induciç dabātur olim ſpoliatis vel eiectis, & tandē reſtitutis, infra quas a iudiciorū ſtrepitu quieſcebant, & erant nō minores ſex mēſib. nec maiores anno. 3.q.2. eiectis. Vel verius erāt arbitrariç.c.ſi eps.ea.q. Et deliberatoriç dātur ante li.cont. Cùm.n.citatus venit ad iudicē porrigitur ei libellus, quo oblato dantur a iudice induciç 20. dierum, in quib.deliberat reus, vt cedat vel cōtendat, ſiue iudicē recuſet. Et talis exceptio dilatoria eſt, ideo ante lit. cōt.pro ponēda, de re iud. c.cùm inter monaſteriū, & exceptio recuſatoria iudicis dēt prima eſſe inter dilatorias, qua omiſſa ſi aliæ proponātur, ad ipſam rediri non pōt niſi ex noua cā. Dantur ēt ante li.cont.quç paternales adiectiones induciatū dñr. vt 5.q.2.pñti. Præparatoriæ verò dantur poſt li.cont.probare volentib. infra quas præparent ſuas probationes, quarum ſpatium moderandum eſt, vt dicit tex.3.q.3. §.ſpatiū. Et dant̃ tàm actori, quàm reo, & tantum ſemel, vt in §. ſpatium, præalleg. niſi ca-

caſus emergat inopinatus. Iudicatoriæ aũt dant̃ condemnatis, & ſunt quatuor menſiũ, de re iud. c. ad conſultationem. Nec habẽt locũ in cauſis criminalib. in q̃b. executio nõ differt̃ niſi ĩ quatuor caſib. vt no. Gof. de iud. §. partib. Et not. ꝙ in ciuilib. cauſis pro qualibet cã neceſſario datur vna dilatio. In criminalib. vero tres ſunt reo, & duæ actori. Hæc Gof. in ſum. eo. tit.

Dilatio poteſt etiã ſic deſcribi ẜm Bal. Eſt tp̃s, quod habet certum principium & certum finem. Vel ſic. Eſt tempus datum a lege, vel iudice patribus ad veniẽdum, Et talis eſt duplex. ſ. prima, quę datur ab homine, vel a iudice, ſecunda quæ datur a iure vel a lege, vt patet in rubr. de ferijs.

Diligenter verbũ, exponitur ẜm ſubiectam materiã ſecundùm Corſ. ſingulari in ci. verbũ diligenter, in littera D. vbi dicit, quod aliq̃n refertur ad oculum intellectus, & ad ſubtilem modũ inueſtigandi, & optime reprobatur ſecundum eum, in cap. quam grauè, & c. licèt. de crim. fal.

Diminutio capitis, req. ſupra capitis diminutio.

Diminutum intelligitur, ꝙ vſucaptum eſt, l. deperditũ, de pet. hær.

Dimiſſoriæ literæ ſunt, per quas cauſa ad iudicem appellationis dimittitur, quæ vulgo dicuntur apoſtoli, l. dimiſſoriæ, de verb. ſign.

Dimittere pro relinquere, in auth. de eccleſ. tit. §. ſi quis autem.

Dimittere creditores eſt eis ſatisfacere.

Diçceſis ẜm Arch. de reſcr. ſtatutũ. lib. 6. dr̃ diſtinctio vel diuiſio, ſiue gubernatio, q̃a diuiſa & diuerſa eſt ab eccl̃a alterius ep̃atus, & cõmiſſa gubernationi vnius, vt patet. 10. q. 1. ep̃m. Aliq̃n ſumit̃ pro regione vel prouincia, & ſic fortè capit̃ in l. pręſides. C. de off. rec. prouin. Aliq̃n ſumitur pro parochia. Vide de hoc Arch. ibid. Et nota, ꝙ appellatione diçceſis nõ comprehenditur ciuitas, quia dignius ſub minori comprehendi nõ debet, ſed appellatione ciuitatis bene diçceſis cõprehenditur, vt no. in c. Rodulphus, de reſcript. Et, ꝙ nomen ordinarius plura comprehendat, quam nomen diœceſanus, vide glo.

cle. 1.

cle. 1. de vita & hon. cler. & melius gl. in verbo diœceſanus, in cle. 1. de iure pat.

Diplomata ſunt, quas literas patētes vulgo appellamus, cuiuſmodi ſunt bullæ Pontif. Iureconſultis aūt vſus eſt pro itineris duplicatione, in l. continuus. §. cū ita ſtipulatus, de verb. oblig.

Dipondius eſt genus ponderis leuiſſimi ex duob. aſſib. compoſiti, vt dicit Beda ſuper illud Lu. 12. Nōne quinque paſſeres vęneunt dipōdio? vel eſt as duplicatus, videlicet 24. vnciæ, vt no. Inſtitutione de hær. inſt. §. & ſi plures vnciæ.

Dirčtarij, vide diętarij.

Directa actio, vide Actio directa.

Directum verbū eſt, qn̄ ſignificat illū cui relinquit, vel in quem diſponitur, vt ſua manu recipiat. Sed obliquū verbū eſt, quod ſignificat, vt de manu alterius accipiatur. Et cōe verbū eſt, quod vtrāq; ſignificationē habet, v.g. directum verbū eſt inſtitutio, quia ſignificat, ꝙ inſtitutus ſua, & nō alterius manu accipiat, ff. de hær. inſt. per totū, Idem in verbo hæres eſto. eo. tit. & in verbo accreſcat, vt in tit. C. quando non pet. partit. petentib. accreſcunt. Idem in verbis accipit, lego, capiat, q.a ſunt directè ſignificantia. Obliquum verbum eſt reſtituo. l. reſtituta. & ꝑ totum tit ff. ad Treb. Item ibi, volo, ꝙ talem hæredem recipias, q.a tunc per fideic. pars hæreditatis eſt illi reſtituenda. l. pater filium. §. fi. ff. de leg. 3. Item ibi, rogo, vt Titiū hæredē facias, vt l. ex facto. in princ. ff. ad Treb. nam per hoc vī velle intelligere, ꝙ hæreditatem ſuā ſibi reſtituat, & ſic non directè hæredem illum facit. Idem in verbo detur, l. fundi Trebatiani. ff. de vſu fru. leg. Et breuiter omne verbū ſignificans, ꝙ quis de manu alterius accipiat, eſt obliquū de communi verbo, vt ſubſtituo, nam ſi paganus ſubſtituit filio impub. quandocunq; deceſſerit, per verbū ſubſtituo, hæc ſubſtitutio eſt fideicōmiſſaria, vt not. in l. Centurio. ff. de vulg. ſubſt. Si autē ſubſtituit filio, ſi hæres nō erit, ſubſtitutus admittitur ex directo ſuo iure. Eſt ergo cōe, quia habet vtranque ſignificationem. Et rationem, quare non eſt dire

ctum

ctum ſicut illud verbũ inſtituo, ponit Bart.in pręall. l. Centurio. quia magis generale eſt: nã in loco alterius qualitercũq; poſitus, dr̃ ſubſtitutus et in ſingularib. legatis, ſecus de verbo inſtituo. Idẽ in his verbis perueniat, pertineat, habeat, retineat, remaneat, reuertatr̃, deuoluatur cõuertatur, ſuccedat. Et br̃ quodcunq; verbum ſignificat ſic vtroque mõ, ꝙ quis ſua manu habeat, vel ab alia, dr̃ commune, vt not. Bar.in l. Centurio. prælle.

Diſceptare eſt ambigere contenderecq;, vt in iudicio fieri ſolet. aliquando ſignificat iudicare. c. forus. §. iudex. de verb. ſig. Inde diſceptator apud Iuriſconſultos, pro iudice & arbitro.

Diſcretio.i. dr̃ia. C. de ſacroſ. eccl. l. fin. in princ. & diſcretũ, i. diſtinctum. l. diſcretis. C. qui teſtamenta fac. poſſ.

Diſcrimen, i. damnũ. C. de fi. inſtr. l. 2. & dic. vt ibi, & extra de elect. vt quis duas, lib. 6. Aliqñ diſcrimẽ, i. differentia. inſt. de lib. §. fin. & ibi nota. Aliquando, i. periculum, ff. de iniur. l. prætor edixit. & C. de pœ. iud. qui malè iud. l. 2.

Diſcutere eſt diſijcere, & diſturbare, vñ diſcutere matrimoniũ in l. 2. de don. inter vi. & vxo. p dirimere, & diſſoluere, & diſcuſſum periculum in l. nihil. de nau. fœno. hoc eſt ſublatum.

Diſcuſſor, require infra inſpector.

Diſertus eſt idem, quod facundus. Inde venit ſuperlatiuus diſertiſſimus, vt C. de aduo. diuerſo. iud. l. petitionem.

Diſiunctionem appellant veteres Iuriſc. q̃ recentiores alternatiuã, qualis eſt, aut, vel, ve, ſeu, l. alienationis, & l. Coniunctionẽ, de verb. ſignific. Interdum tamen diſiunctiuè ponuntur pro coniunctis. l. ſæpè. eod. tit.

Diſpẽdium dicitur damnum vel detrimentum. Aliter dicitur longum & inutile, compendium verò breue & vtile, de accuſ. c. qualiter & quando. 2. ad fin. & c. diſpendia. de reſcrip. lib. 6. in gl. 2. & clem. diſpẽdioſam, de iud. facit regula. quod ob gratiam, de reg. iur. lib. 6. inde diſpendioſus, ideſt damnoſus, clemenr. præalleg. de iud. vbi concor. in gloſ. Quandoque diſpendium dicitur idem, quod

tędioſum, abſq; tamen vtilitate, vt in iur. præall. c. diſpendia, & c. qualiter.

Diſpenſare idem eſt, qđ diſponere, vnde diſpēſatores dñr eo, ꝙ domum alicuius, vel res diſponūt, & ita accipiť in l. diſpenſatorē. ff. de ſol. Et dicitur diſpeuſare quaſi diuerſa penſare, videlicet vigorem iuris relaxare per eum, qui hoc facere poteſt. Et ſi aliter fit non eſt diſpenſare, ſed diſſipare.

Emiſſa manus, pro cautione manu facta. l. quidam. de probationibus.

Emiſſarius dicitur, qui faciliter fallit ſuper aquas, vel per aquas & foſſata.

Emologari, alias homologari eſt confirmari, vt dicimus, ꝙ arbitrium emologatur, i. confirmatur ſilentio decem dierũ tacitè vel expreſſè, ſecundũ Goffr. in ſum. de arb. §. effectus.

Emolumentum capitur pro lucro & vtilitate. l. Imperator. de leg. 2.

Empractæ. vide ſup. Embatæ.

Emphy-

Emphyteumata vel emponemata, ſecundum Azo. eod. tit. ſunt res melioratæ, & ita ponit tex.l.3.C.eod.tit, vel meliorationes quibus ager labore ſic retinentis melior efficitur.

Empleumata dicũtur impoſitiones, vnde emple Gręcè eſt impoſitio Latine, vel ſunt ſuperſtitiones ſiue ſuperabundantia. Item expleuma eſt eminens ſcriptura. Et dicit Accur. in l. tigni.ff.ad exhi.ꝙ empleumata ſunt ornamenta vaſorum, vel ornatus, aut uarietates colorũ, vt ff.de vino, trit.& oleo leg.l 3.§.1.

Imo vero emblemata legendum eſt non empleumata, ꝙ nihil eſt. Et dicitur emblema a Græco verbo emballo, qđ eſt immitto, inſero, ſeu iniungo, vide Bud. ff. ad exhi. l. tigni. Expleuma vero cuius author meminit, nuſquam legi.

Emphyteuſis ſm Az. in ſum. C.de iu.emph. & ſm Goff. in ſum.rub.de loc.& cond. §.quid ſit emphyteuſis, dr̃, ꝙ emphyteuſis Græce eſt melioratio Latine. Ab initio.n. ſterilia tm̃ per hunc contractũ concedebantur, vt is, qui acciperet rem in meliorem ſtatũ deduceret. & ſterilem fertilem redderet. poſtea tñ permiſſum eſt de rebus fertilib. & fructuoſiſſimis emphyteuticari poſſe, vt C. de iu.emphy.l.j.in princ. Et dr̃ emphyteuſis, vel emphyteuticus contractus ille, qui in meliorationib. & in rebus ſolis tm̃ conſiſtit. Eccleſiaſtica aũt emphyteuſis cõſiſtit in his immobilib. quæ ad hoc videntur ęconomo & alijs gubernatorib. vt C. de ſacroſ.eccl.in auth. perpetua.& authen.ſi quas. Et prout cõiter dr̃. tunc emphyteuſis eſt media inter locationem, & venditionẽ Zeno Imperator, imo dicit dictũ contractũ eſſe quoddam tertium genus ab emptione, & locatione ſeparatum, vt l. 1. C.de iure emphy. quæ eſt lex Zenonis. Sed Hoſt. ſuã diffinitionẽ ſm hanc intellexit, vt puta quemadmodum Hoſtien. dicit, & eſt hoc ideo, quia decretalis potuit emphyteutam ponere ſub titulo de locatio. & conditio. quia magis ſimilis eſt emphyteuſis locationi, quam venditioni, cum dominium retineatur, & aliquid

quid certũ annuatim recipiatur, vide Spec. de loca. & condu. §. nunc aliqua, inde emphyteuticus adiectiuũ, vnde dr̃ emphyteutica cõceſſio & emphyteuticum inſtr̃m. Inde ẽt emphyteutico, eas. i. in emphyteuſim cõcedere. Et eſt natura huius contractus, vt ſoluatur penſio, ſicut conuentũ eſt, niſi res ex toto pereat. itẽ, ꝙ licet domino autoritate ſua emphyteotam, & eius ſucceſſorẽ expellere, ſi per triennium ceſſauerit ſoluere penſionem, ſed emphyteuta eccleſiæ repelli põt, ſi per biennium non ſoluerit penſionem.

Emphyteuſis perpetua eſt regulariter prohibita in reb. eccleſiæ. & dicitur perpetua, etiam ſi ſit ad 30. annos. Pano. in c. nulli. in vlt. no. de reb. eccle. non alien.

Emphyteuta vel emphyteuticarius dicitur ille, qui agrũ cõduxit, vel accepit ad tp̃s colẽdum ſub certo pretio. Cuius contrarium dominus Vuilradus tenuit, videlicet, quòd nũquam ad tempus, ſed bene perpetuo tempore concludit quamdiu viuet hæreditario iure tenendum, & colendum, ſub certo pretio & certis conditionibus, prout inter ipſos contractum eſt, per l. 1. C. de iure emphyteu. ibi perpetua ſtabilitate. ff. ſi ag. vecti. vel emph. pen. l. j. §. qui in perpetuum, & dicit hoc expreſſum eſſe, in l. 1. & l. quicunq;. C. de fun. patri. vel perpetua ſcriptura interueniente, & conſenſu vtriuſque ideſt domini, & emphyteutæ adhibito, in hoc, ſcilicet, vt ſtatim dominus aliquid pro re accipiat, ſcilicet, quod inter eos conuenerit, vel pecuniam, vel aliam rem, puta prædium aliquod, vel ſimile, vt proprium ſit domini, item vt hic emphyteuta de cætero annis ſingulis vel duos venetos, vel ſimiles ſoluat in ſpecie redditus, prout dicit Az. in ſum. C. de iure emphyt.

Emplaſtrum, vulgo vnguentum appellatur.

Emponemata, vide Emphyteumata.

Emptio contrahitur, poſtquam de pretio conuenerit ea mente, vt pretium ſoluatur. Nam ſi imaginarie, & per ſimilitudinem de pretio conueniret emptio nulla eſſet, & contra-

hitur ſolo conſenſu, ſiue inter præſentes, ſiue inter abſentes per nūtium, vel per epiſtolā, vt probatur inſtit. eo.tit.in prin. & ff.eo.l.1.§. vlt. & l.2. §.1. & arrarum datio eſt argumentū emptionis.

Emptor bonæ fidei dicitur eſſe qui aut ignorauit rem alienam, aut putauit eum, qui vendidit habere poteſtatem vendendi.

Emptum hoc differt a parato, qd ſpecies à genere. l. quid.de leg.3. Aliqñ ēt emptum dicitur, quod ex permutatione, vel inſolutum datione conſecuti ſumus. item & quod lite æſtimata retentum eſt, l.ſciendum.§. pen. de ædil.edi. & l.fi. quibus ex cau. in poſſ. ea.

Emulatio.i. inuidia, & habet plures ſignificationes, vt 43.diſt. ſcimus.

Emunitas ſm Goffredum in ſum.eo.tit. eſt libertas conceſſa eccleſijs, vel eccleſiaſticis perſonis rebus alijs ad eas ſpectantib. Vel eſt priuilegium eccleſiaſticæ libertatis, vel perſonarum, vel rerū ad eam pertinētium. Dicitur aūt emunitas quaſi extra munia, i. officia vel onera, a quib. eccleſię ſunt immunes, vt eo.tit.c.eccleſiæ, vnde locus conſecratus, ſ. eccleſia habet emunitatem.i.libertatem, vt nullus inde trahatur per vim, niſi in caſib. ſ. ſi fugiens ad eccleſiam ſit publicus latro, vel nocturnus depopulator agrorū.i. deuaſtator fructuum in agris, vel dicit quaſi extra munia.i.munera. Non.n.eccleſia ſubit ſordida munera, vt calcis coquendę, arenæ fodiendæ, & ſimilia. de quibus vide Hoſtien. in ſum. eo.tit.

E *ante* N.

ENcænia erat feſtiuitas dedicationis templi, Græcè.enim kainon.i.nouum.

Endiadis, vel (vt peritiores loquuntur) Endiadyo, figura eſt, cum ex duobus vnum dr̄, id quod etiam Acc. annotauit in l.1 §.1.de pact. & Acc.lib.4. de verb. ſign.

Energumini ſunt a dęmonib. obſeſſi, vel qui in defectū lunæ patiuntur defectum mentis.not.de conſec.diſt. 5. c. omni die.

Enigma.i. ſubtilis dubitatio. C.de leg.l. fi.circa fi.& ext. de reli.& ven.ſan.c.1.lib.6. alibi exponitur.i.figura.C. de vet. iu. enu. l.1. §.fi.aliter

ter ſumitur in authent. de æqual. do.§.j.verſ.ille autē.

Enim,i.certè, exponit gloſ.in auth. de nunt. §. nuptias. Aliqñ exponitur enim, id eſt quia.C.de crim.ſac.l.2. Aliquando ponitur continuatiuè cum ſuperiore, vt ff.de mi.teſt.l.neque enim.

Enormis læſio quād ? dicatur gl.in c. cum illorū.de ſent. excom.dicit,ꝙ ſtatur arbitrio iudicis.Fel.in c.cum illorum, col.4. verſ.in ea gl. ibi,relinquitur.

Enplati,i.largo quodam modo.l.in ſumma. §.item Labeo.de aqua plu.

Entheca in Decretis Canonicis eadem ſignificatione ponitur, qua apotheca, & horreum, videlicet pro loco galæque repoſitorio.

Enucleare vetus ius, i. extra nucleum obſcuritatis ponere. Nam prout Az.dicit. C.de iure enu. ſicut in nuce inuenitur,qđ eſt amarū ita & in veteri iure erant tot multitudines, ꝙ nemo eas habere, vel legere poterat:Nā ſicut in nucleo dura teſta inuenitur, ita ibi duræ, & iniquæ ſententiæ erant. Item ſicut nucleus cum inutili pellicula tegit̄, & latet,ita,& in illa multitudine tanta,& ſublata ſuperfluitate antiqua, & neceſſarijs, & vtilib. collectis, prout melius fieri potuit, ius vetus enucleatum eſt. Nam melius eſt pauca, & idonea effundere,q̄ multis inutilib. homines prægrauari: vt C.eo.tit.l.2.§.ſed & ſi aliquid. Item dr̄ vetus, quia ab vrbe Roma condita, & a Romuleis temporibus vſq; ad tempora Iuſtiniani fere per mille quadringentos annos confusè ſtatutum obtinuit,vt C.de vet.iure enucle. l.j. §.j.ibi, reperimus autem,&c.

Enunciatio, pro clauſula vel oratione. l. hæc enunciatio.de verb.ſign.

Enunciatum verbū de ſe tm̄ ſignificat, quantū ſonat,ſ. enunciationem eius,quod eſt, vel quod non eſt, ſicut nūcius dicitur, quia refert voluntatem domini ſui, ſ. quid velit, & quid non velit, vt in l.& licet. ff.de con ſtit.pec. Quandoq; tamen verbis enunciatiuis ſignificatur diſpoſitio, quando hoc ſignificari concluditur ex quouis probabili ſignificato, prout latè declarat Bart.in l.ex hac ſcriptura,de donat.

E ante O.

EO`, ideſt propterea. l.id. de conſt.pec.

Eo ipſo, iſta verba imortant abſque alia ſententia. Fel. in c.Rodulphus.22.colon. alias. col.19. verſ.quoties. de reſcrip.

Eo loci, pro eo loco.l.ſed & ſi. de iud.

Eo potius, pro eo amplius. l. item ait.ex quib.cau.ma.

Eo uſque, i.intantum, §.illud. inſt.de re.di.

E ante P.

EPibatæ. vide ſuprà Embatæ.

Epidemia, acceſſus in vrbem. l.4.de offic.proconſ.

Epidemitici dñr, qui habebãt ſub ſe menſuratores, qui menſurabant hoſpitia, & in eminenti loco deſcribebant nomina eorum, qui ibi habebant hoſpitari.

Epiſcopus dr̃ ab epi, quod eſt ſupra, & ſcopus vel ſcopin intendere, quaſi ſupra intendẽs, quia habet curam ſuper intendẽdo ſuper omnes laicos & clericos ſibi commiſſos, vt 8.q.j.qui epiſcopatum. 21.diſt. cleros, vbi ẽt interpretatur ſpeculator, eo ꝙ ſpeculeẽt ſubiectorum mores, & vitam. Sed in iure ciuili epiſcopi etiam dicuntur, qui præſunt pani, & alijs rebus venalibus, quę quotidianum victum ſuggerunt.l.vlt.de mun.& hon.

Epiſcopi appellatio in materia odioſa, & valde exorbitanti intelligitur ſolùm de conſecr. Fel.in c.eam te.in 4.col. verſic.nouiſſimè autem, de præſer.

Epiſcopalis audientia eſt iuriſditio ipſius epiſcopi.

Epiſtola decretalis. Require ſupra decretalis epiſtola.

Epiſtola diui Adr. ſm Gul. in Spe.de renũ. ver.in primis ergo, ſub §.finitis. locũ habet inter fideiuſſores, mandatores, & conſtitutores, item inter tutores, & eſt illius epiſtolę officiũ, ꝙ quãuis aliqui ſint inſolidum obligati, tñ per eius beneficium ſi omnes partes ſint ſoluẽdo tempore litis, poſſunt poſtulare, vt diuidat actio inter eos, vt vnuſquiſque pro virili portione cõueniatur. Alioquin niſi dicto beneficio iuuarentur poſſet creditor quem mallet inſolidum cõuenire, vt C.de conſt. pec. l.fi.& inſt.

de

de fideiuſ. §.ſi plures. ff.de fideiuſ. l.inter fideiuſſores, & l.ſi dubitet. Si ergo huic beneficio fuerit renũciatũ poterit creditor quem ma luerit cõuenire. Quomodo autem renuncietur huic beneficio, vide ibidem.

Epiſtomia Græcè, Latinè oris obturacula. Sanè apud Iuriſconſultos capiũtur pro obturaculis ſaliẽtium, quæ vulgo, vt Alc. ait, Spinæ appellant. Epiſtomiorum meminit. l.fundi. de act.emp.

Epitaphium eſt ſcriptura, ſiue titulus in lapidibus ſepulchrorum ſculptus.

Epithcſis in l.lex Corn. de iniu. ſignat inſcriptionem factã in cõtumeliã alicuius.

Epitima, in l.ſcire. de tut.& cura. pro illabefacta nominis honorisque fama.

Epitimium eſt ſuſpẽſio vnius ſeptimanę, vel eſt quædam increpatio, vel genus pœnæ, ſecundum Io. And. in gl. 21.q.4. omnis iactura.

Epitimio, i. voluntate teſtatoris, ff.d tu.& cu.da.ab his.l. ſcire oportet.§.ſed, & ſi qs.

Epitogium eſt veſtis, vel tabardus ſuperior clerici. Et dicitur ab epi, id eſt ſupra, & tego, quaſi ſuperius tegens. not. in gl. in cle.2. de vita, & honeſt.cler.

Epitome, & epitoma, Latinè breuiarium dicitur, vbi.ſ. res in compendium rediguntur, ſecundùm Bud. in l.qui leuandę, ad leg. Rho.

Æ ante Q.

ÆQuanimiter, id eſt ęquo animo.

Equeſtris dignitas erat in his, qui Romam cuſtodiebãt, nam & hi hñr pro abſentibus reipublicæ cã. Et dicit Acc. ꝙ aliqui erant præſidentes, quia ſimplex militia nõ eſt dignitas. De hoc vide eo.tit.in rub.C.lib.12.

Aequitas eſt conuenientia rerum, quæ cuncta coæquiparat, & in paribus rationib. paria iura, vel iudicia deſiderat, vt C.ad l.Fal.l.fi. v.g. Mutuaſti mihi cẽtum aureos mutuo mõ ęquum eſt, ꝙ iſti numerationi conueniat ſolutio ſecundum eandẽ qualitatem, & quantitatem, vt ff.ſi cert.pet.l. mutuum. Aequitas etiam dicitur quædam mitigatio temperans iuris ſcripti rigorem. Et in quibus caſibus talis æquitas præferatur rigori iuris, vt no. Ioan. And. extra de tranſact.c.fi.

Aequitas, nihil aliud eſt, quã naturalis ratio ſm Bart. in l.3.C.de do.promiſ. Et vide eundem Bald. in l.j.in tertia oppo.ff.de iuſtitia, & iure. & an æquitas præferatur rigori, vide omnino Dom.Iaſ.poſt alios in l.placuit. C.de iu.

Equitium eſt grex equorum, ſecundùm Acc.in l.quid ergo, ff.de vſufr. & quemadmodum quis vtatur.

Equitius dicitur cuſtos equorum.

Equuli.i.pupilli equorum,vel parui equi. inſt. de re.diui. §.in peculium.

Equus calcitroſus dicitur,qui ſolitus eſt calce ferire.

E *ante* R.

ERe, ideſt ex vtilitate,vel ex præſenti materia, l.j. ſecundum editionem Holoandri. ff.ſi cert.pet.

Erania pecunia, in l. creditor.de ſol.quid ſit, vide Alcia.lib.2. Diſpunc.c.25.

Aerarium eſt repoſitorium pecuniæ, ab ære dictum. Et propriè ærarium eſt populi fiſcus principis.

Erciſcere eſt diuidere.vide iudiciũ fam. erc. hęreditatis diuidundæ, de quo ſupra ver. Actio fam.erc.

Eremodiciũ dr̃,cũ abſenta altera parte feit ſnĩa, quaſi latinè dicas deſerta cauſa.

Ergaſteria ſunt ſtationes operariorum, & dr̃ ab erga, i. opera vel opus, ſteriõ ſtatio,quaſi operarum ſtatio, vt not.C.de epi.& cler.l.2.

Ergaſtula dicuntur carceres, vel preſſiones, & dr̃ ab er, qđ eſt lis, & ſtolon, miſſio. Item ergaſtula dicuntur loca, in quibus ſerui vncti opus facere cogebantur.

Ergagabi dicũtur operarij laborantes in ſtationib. ſuis, & dr̃ ab erga, qđ eſt opera, & gabor, quod eſt labor. Rectius tñ legas ergolabi.

Ergo,no.Io.And.de ſum.Tri. damnamus.in princ.

Ergolabi, vide Ergagabi.

Eripere eſt de manibus auferre per raptum.

Erit,hęc dictio interdũ etiam præteritum, nec ſolum futurum tempus demõſtrat. l. verbum erit. de verb.ſig.

Ermaphroditus eſt quilibet, qui habet vtrunq; ſexum. Rectius aũt ſcribit per aſpirationẽ hermaphroditus.

Erogare,pro expẽdere& diſtribuere. l.Ciuitatib.de leg.j. & C.de erog.mil.ann.

Errare,eſt aliud ꝓ alio putare, 37.diſt.

37.diſt.quamuis.22.q.2.in quib.in fi. & no.Io. And.in cle.1. de iud.ſuper ver.certa ſcientia. Et nota,ꝙ differunt errare, titubare, & ignorare, vt declarat gl.in rub. ff.de iur. & fac. igno.

Error eſt puſillus fugitiuus,q non quidẽ fugit. ſed ex co ſuetudine quadam aberrare ſolet, & frequenter ſine cauſa vagatur,temporibuſ que in rebus negatorijs cõſumptis tandem licet ſero redit ad domum, vt l.quis ſit fugitiuus. §.errorem.ff. de ædil.edic.

Error eſt quando aliquid aliter contingit,vel aliud eſt,quã creditur vel putatur. de quo c.præall.in fi.

Error calculi ſm Az.in ſum. co.ti. eſt error cõputationis. Veteres.n. cõputabãt, per lapillos, q calculi vocabant,pro eo ꝙ pedib.qñq; calcantur. vnde Perſius. Hunc Macrine diẽ numera meliore lapillo, quia ꝓ bono die ponebãt bonum lapillum eſt gl. in l.vnica, C.de errore calculi.

Error quadruplex eſt cõdõnis,pſonę,fortunę,& qualitatis,& qs eorũ mr̃moniũ impediat, declarat Pan.in c. profuit, de coniug.ſeru.

Error intolerabilis eſt error à iure reprobatus. Et no. ꝙ error ſumit̃ pro facto, ſiue ſit error iuris,ſiue facti,qa licet ſit iuris inquantũ eſt error fact ,tñ eſt cum ſit in alio,quàm in veritate.

Eruta cęſa dñr oĩa, quę cedũtur, & eruũtur. Ruta cęſa, apud peritiores dñr, non eruta, vide Bu. ff. de act. emp.l.fundi, §.ſi ruta cęſa.

E *ante* S.

AEs ſpẽs eſt metalli,ab auro,argẽto,atq; metallis diſtincta.§.cũ ex aliena. In ſti.de rer.di. Sed quia pecunia primũ cudi cępta ẽ ęre hinc factũ,eſt, vt qualiſcũque pecunia ęris appellatione cõtineat̃.l.ẽt. de ver. ſig.Imò,& qñq; æris nomẽ ad bona referr̃, vt cum lex noxium in ære puniri mãdat:nam in bonis, & patrimonio exercendum vltionem interpretamur.

Aes alienum eſt, quod nos alijs debemus. Aes ſuum eſt, quod alij nobis debẽt. l.cedere.de verb.ſig.

Eſopus eſt humilis hærba, & medicinalis,cuius radix petrę inhęrere dr̃, & purgat pulmonẽ inflatũ,vt no.gl.

 ibi,

ibi, Aſperges me Dñe eſopo,& c.per Arch.50.diſt.cũ exaudiero, Hyſſopus omnino ſcribendum eſt per aſpirationem cum y,& gemino ſſ, media longa.

Eſſe verbũ ad veritatem refertur, non ad id, quod vltra verã rei æſtimationem intereſſe contingit.l.hæc verba.de verb. ſig. Quandoq; ponitur pro remanere, vt in l.2.de concu.

Eſſe in poſſeſſione, & poſſidere valde differunt. l. ſiquis ante. de acq.poſſ.

Eſt, hoc verbum interdum ẽt præteritũ tp̃s demonſtrat. l. verbum erit. de verb.ſig.

Aeſtas quot menſes capiat. Bart.in l.j.§.j. ff.ne quid in flu. pub.

Aeſtimare litem eſt condemnare pecuniariter, vel quãti intereſt actoris, vide Bu. in l.7.ad leg.Iul. repetun.

Aeſtimatio ſignificat taxationẽ prout ſubiecta materia vel qđ vis aliud ſignificare declarat.v.g.Res tradiť ęſtimata,hoc addito,ꝙ reddatur, ęſtimatio, & nõ res,ex hoc ſignificať empt.& venditio, vt in l.quoties. ff.de iure do. Sed vbi res dať ęſtimata hoc pacto, ꝙ res reddatur,& nõ æſtimatio, tũc enim eſt emptio,ſed ſignificať, ꝙ re per empta, vel diminuta atẽdať æſtimatio facta. l.ſi inter, C.de iu.do. Nec periculũ diminutionis peremptionis ſit recipientis,niſi ſit in culpa, q̃a cũ rem traditã teneať reddere periculũ debet eſſe dñi rei, ſed in caſu præcedenti periculum vel deterioratio rei trãſit in recipientẽ,vt l. æſtimata.ſol.mat. Item vbi res data æſtimata in dotẽ hoc pacto, ꝙ reddatur res vel æſtimatio, tunc ſignãt tranſire periculũ perẽptionis,ſed nõ deteriorationis. l.plerunq;.§.fin.cũ l.ſeq.ff. de iu. do. Et hoc ex natura contractus & alternatiuæ. Nam natura dotis eſt, ꝙ dñiũ trãſit in maritũ,& ſic in periculũ eſt ſuũ. Sed ex natura alternatiuæ alterũ horũ ſufficit, aut rem reddi aut ęſtimationem,iuxta regulam in alternatiuis, de reg.iu.lib.6.Sed res perempta reddi non poteſt, quę ſi redditur,non eſt reddenda æſtimatio.

Aeſtiualia, ſunt ocreæ, ſ calceamenta decorio, quibus etiam aliqui vtuntur interdum in æſtate. Io. Andr. in cle.ne in agro. de ſta.mon.

E *ante*

E *ante* T.

ET, hæc coniunctio licet propriè copulęt, ff. de cō di.inſti.l.ſi hæredi, tñ aliqñ ſumitur pro vel. ff. de verb. ſig. ſæpè.cum ſi. Aliqñ repe tit qualitates præcedentes, ff. de fun. inſtru. & inſtru. leg.l.Seię.§.Caio. Aliquan do pro, ideſt, vt.c.2.de ſpo. Et in glo. Inſt. de libertinis, verbo, & Etiam not.in c.2. de reſcrip.vbi de hoc. Vnde hęc dictio, &, iniungit prin cipaliter ſimul & ſucceſſiue, prout infertur ex ſignificatu tunc hoc dictante, & ſm quod voluntas diſpo nentis quouis medio ſigni ficare declaratur nam qñque eſt coniunctiua rerum principaliter, quarum tñ vna eſt alteri ſucceſſoria, vt dicendo, Lego fundum & eius inſtrumentū. Princi paliter.n. ſignificat inſtrumentum legatum, licet ſit acceſſoriū ad fundum, & extincto fundo legato nō extinguitur legatū inſtrumenti. Secus eſt in præpoſi tione cū, quę coniungit ac ceſſoriè, facit.l.ſi cui fundum. ff de fun.inſtru.& in ſtru.le. Poſſet tamen ēt faci liter trahi ad coniungendum acceſſoriè, pro voluntate diſponentis, qui exprimit, & pro cum. Significat etiam ibi ſucceſſiuè, filiū meum, & nepotem hæredes inſtituo, nam intelligitur, ꝙ filius admittatur & eo deficiēte nepos, leg. Gal lus, §.1.ff.de liber. & poſth. Ratio quia non ſimul ex ordinata charitate, ſed naturali affectione. argumen tó, l.generaliter, C.de inſti. & ſubſtit. ſub condit. fa. l. Lucius, ff.de hær.inſtit.vbi diſiunctiua reſoluitur in coniunctiuam, pp voluntatem, quæ concluditur ex charitate, facit. l.cum pater, §.cum pater, ff.de leg. 2. Idem in contractibus, ſi quis emit redditus, vel fun dum pro ſe, & liberis, & ne potibus, ibi.n. & coniungit ſucceſſiuè, ſcilicet, ꝙ primo pater ſolus admittatur, poſt liberi, deinde his deficientibus nepotes.

Aetas legitima ſemper intelligitur de natura. l. non de ea, quæ per principij beneficium impletur, vt C. de his, qui ve.æta. imp. l.vlt.

Aetas perfecta, dicitur ætas 25. annorum, l. vlt. de ijs qui ve. æta. impe.

Aetas pupillaris eſt minor 14. annis in maſculis, & in fęmina 12.ff.de vero. ſignifi. l.pupillus.

Aetas pubertatis diuerſimodè accipit.Nam in nuptijs contrahēdis ætas pubertatis eſt in maſculo 14.annorũ & in fęmina 12.ann.vt in ti.de nup.in prin.cũ ibi no. Nõ aũt idē ipſ reqrit, ſi alimēta relinquunt vſq; ad pubertatē,q̄ dētur maſculo ad 28.annũ. fœminę aũt vſq; ad 14. ff. de alim. & cib.leg.l.Mela ait,ī pri.

Aetatis venia eſt priuilegiũ, qđ impetrat minor a principe,vt hēatur pro maiore. Impetrat eā maſculus maior 20. annis fœmina aũt maior 18.vt l.C. de his qui ve.et.impe.

Aetas virilis diuerſimode ſecundum canones. & leges interpretat.l.1.ff. de mi. l. fi. C.de his,qui ve.ęta.impet.& illa diuerſificatio eſt, quia diuerſos habent effectus glo.in c. epiſcopus in verbo antequam.77. diſt.

Aetates ſunt ſex. quib. generatio, & ſtatus hominis finit.35.q.4.& c.1.Io.An. in prin.li.6.Alij ponũt 7.ętates hominis, ſimiliter ſeptem mundi. Vnde

Infans,inde,puer,adoleſcens
poſt iuuenis vir.
Dicitur inde ſenex, & poſtea
decrepitus ſit.
Annos prima tenet ſeptem,
poſt altera bis tot.
Terna quater ſeptē,ſed quadraginta quaterna.
Annos exultat ad quinquaginta iuuentus.
Sed ſi porrigitur ad ſeptuagīta ſenectus.
Ex tunc decrepitus in certo
tempore durans.

Item nota verſus de ętatibus mundi.

Primus Adam, iuſtuſq; Noë
magnus pater Abram.
Et poſt hæc Moyſes, Dauid:
natuſque Redemptor.
Septima fine caret,locat in re
quieque beatos.

Et cę era, qñq; ſcribit extēſe ꝑ duab.dictionib & ſic diſponit ſm,ꝙ relatiuũ ſeqtur, ſi ſaltē aliqđ ſequit vt dicēdo & cætera,q̄ sũt ſcribēda aliàs reſpicit oĩa,q̄ ꝑmiſſa ſunt.Qñq; ſcribit abbreuiatē,vt &c.& ſic oēs cõprehēdit c'las conſuetas apponi in tali contractu. De hoc traditur in l.Gallus,in princ.ff.de lib.& poſthu.& no.in c.qm̃ contra falsā,de prob.vide ſupra in litera C. Etiā illa dictio implicat. C.ſi

tutor, vel cur. l. etiā, & l. fin.

Etiam nū, ſeu ēt nūc, accipit pro adhuc. l. 3. arb. fur. cęſ.

Etſi, idem eſt, quod quamuis. ſimo. etſi queſtiones.

E ante V.

EVangeliū præter notum ſignificatum ſumit qnq; pro mercede, quæ datur lętum nuncium afferenti, l. falſus. de fur.

Euchariſtia Græcè dr̄ panis, & calicis ſacramētū, & Latinè bona gratia interpretatur, & quid melius corpore & ſanguine noſtri Ieſu Chriſti. j. q. j. multi.

Eucctiones appellātur diplomata vtentiū curſu publico, quib. exhibitis, & agnitis, q publico curſui p̄ſunt ſtatim equos accōmodant, l. 3. C. de cur. pub. lib. 12.

Euerriculum, vitę eſt piſcatorium, a verrenda aqua ſic appellatum. l. iniuriarum. de iniur.

Eueſtigio, i. ſtatim, vel continuo, vt in c. vnico, de ſtatu mon. lib. 6.

Euidens eſt, quod ſemper palam eſt, & euidenter apparet. j. q. j. vt euidenter.

Euidentia, ff. de cont. emphy. l. ea, quæ.

Euincere eſt aliqd ab aliquo extorquere, vl̄ eripere, vel p ſnīam iudicis acqrere. Res ēt euicta dr̄ cū eſt amiſſa.

Euictio ſm Azo. in ſum. C. de cui. ſm quoſdā ita diffinit. Euictio eſt rei emptę, vel ex alia iuſta cā acceptę. per iudicis ſnīam abductio vel (vt puto) alio euincēte cauſæ amiſſio, nec. n. ſuper eſt neceſſariū rē abduci, vt videat euicta, vt ff. eo. ti. l. euicta. §. j. Et euictioni cautio ſolet pręſtari a vēditore ipſi emptori: ad hoc vt ſi aliquis ab emptore rē emptā tanq̄ ſuā petat, dicens eā ſibi eſſe obligatā, aut aliquod ius in ea hr̄e, emptor recurſum, & regreſſum habeat ad vēditorem, cui denūciare hoc tenetur, & vēditor dēt aſſiſtere, & defendere emptorē in cā euictionis. Et dicitur euictio alicuius rei ī cām alterius abductè per iudicem acquiſitio. Vide ſupra cautio de euic.

Eulogiū idē eſt, qđ teſtm̄, vt in c. nos quidē. de teſt. in l. iubemus. C. de teſt. & l. quidam eulogio. C. de iure delib. ita exponit Bar. de teſt. Apud nos aūt aliter accipitur, vt ff. de re milit. l. deſertorē, circa prin. Dr̄ ab eū

quod eſt bonum, & logos ſermo, quaſi &c. vñ aliqñ ſumit̃ pro benedictione, vt j.q.j.c.nõ liceat. Vel dr̃ ſẽm Hoſt. ab eu, quod eſt flebile, & logos ſermo, q̃a vt plurimũ fit in extremis, & eſt nota doloris. Etiam eulogia dicũtur xenia, quę olim portabantur metropolitanis ad cõcilium prouinciale, vt 28. diſt. c. de eulogijs, vbi ſẽm gloſ. eulogia dicuntur munera, quæ deferũt ſubditis ſuis pręlatis.

Eunuchi ſẽm Azo. in ſum. C. eo. tit. dñr ſpadones tm̃, & non caſtrati. Sed de his longè eruditius Alcia. in l. ſpadonum, de verb. ſign.

Euocare ſacra, erat apud antiquos euocare Deos alicuius loci præſides, & tutelares, quod fiebat cũ locum quempiam profanum efficere volebant, vt. ſ. ſacrilegij nomine exoluerentur, quod innuit Iuriſc. in l. ſacra. de re. diuiſ. vbi Bud.

E *ante* X.

EX, no. Arch. 4. q. 5. q. ſquis, & plenius Io. Cal. in c. veſtra, de cohab. cler. & mul. Io. mo. de hær. accuſatus. lib. 6. Etiã Arch. de præb. cũ in illis. eod. lib. & Pan. in c. in literis, de reſt. ſpol. & no. C. de leg. l. non dubium, & quandoq; in compoſitione ſtat augmentatiuè pro valde, vt exæquare, i. valde ęquare, vt l. j. ff. de leg. j.

Exacta pecunia dicitur non ſolum per ſolutionem, verumetiam ſi per delegationem ſatisfactum eſt. l. verbum exactæ. de verb. ſign.

Exactio, i. petitio, nam exigere eſt rem ab alio petere.

Exaggerare, & deprimere opponuntur. l. 3. §. fin. de iti. actuq; pri. nam exaggerare eſt accumulare, ab aggere, quo terra accumulata ſignificatur.

Examẽ tripliciter accipit̃, aliqñ p̃ vniuerſitate apium, aliqñ pro approbatione, & aliqñ pro iudicio, vt C. de aduo. di. iu. l. nemini, & inſtit. de re. diui. §. Apium.

Exarmare, armis ſpoliare, l. 2. ad leg. Rhod. de iac.

Exauctorare eſt militẽ cingulo, vel clericũ ordinib. ſpoliare, vt l. qui cũ vno. §. nõ oẽs. ff. d re. mil. Vel eſt ſtatũ alicui, vel autoritatẽ auferre, idẽ ſonat, qđ degradare,

Ex bonis eſſe, & eſſe in bonis, valde diſtant, §. fin. inſtit. vi bo. rap.

Excandeſcere eſt ſubito iraſci habendo ſimilitudinem inter furorem, & æſtuantis ferri candorem.

Exceptio eſt rei defenſio, per quã ſe reus defendit, & tuetur ab actore, ſm Az. in sũ. C. eo. tit. Qñq; ponĩt large, & impropriè pro omni defenſione: prout reo cõpetit etiã ſi nulla actori cõpetit actio: & tũc quidã vocant eam exceptionem facti: vt qñ ſine actione quis calũniosè petit. Sed Azo. vocat eã exceptionẽ intentionis. Et de exceptionib. intẽtionis, quæ ſint, no. ff. eod. tit. l. j. in princ. & l. 2. §. illud & talis nõ põt de iure experiri, quia nemo põt experiri ſine actione, & cũ tũc nulla ſit actio, nulla põt dici actionis excluſio, ſed dr̃ cõtra intentionem actoris defenſio: vt qñ quis ſe in aliquo inſtr̃o obligat ad aliquid ſine exceptione iuris vel facti, ſenſus eſt, ꝙ cõtra hoc nullã faciat defenſionem de iure, vel de facto. Differũt tñ exceptio & defenſio. Nã defenſio ꝓpriè dr̃, quæ ipſo iure actionẽ tollit, vt ſolutio, q̃ eſt eius, qđ debet̃ redditio, & acceptilatione omnis obligatio tollitur. inſt. quib. mo. obligat. tol. in princ. & §. itẽ p acceptilationẽ. Itẽ renũciatio dr̃ defenſio, c. ſuper hęc, de renũc. cõcordat gl. in c. j de li. cõt. lib. 6. vbi no. Itẽ largè dr̃ ẽt exceptio replicatio, quæ datur actori. omnis. n. replicatio eſt exceptio, vt ff. eo. tit. l. 2. §. replicationis, & ſicut ſe hẽt exceptio ad actionẽ: ſic replicatio ad exceptionẽ, ſm Gof. de ꝓb. in ſum. Strictè verò, & ꝓpriè exceptio ponitur pro illa defenſione, q̃ cõpetit reo cõtra actionẽ cõpetẽtem in eũ, & ſic dr̃ actionis excluſio, & hęc eſt exceptio iuris, vt ſi petis a me debitum, & ego excipio qđ remiſiſti mihi, vel ꝙ feciſti mecũ pactũ de nõ petẽdo, vel ꝙ nõ venit dies p̃fixus, & ſumit̃ vtraque exceptio, ff. eod. tit. l. 2. primo rñſo, & § replicationis, & ꝙ exceptio ſit actionis excluſio, hr̃ ext. de ele. c. dudũ, ſuper ver. irritari, in gl. Exceptio autẽ diuidit̃ in plura gña, quia alię ſunt tẽporales, & dilatoriæ, aliæ perpetuæ, & peremptoriæ: vt ff. eod. tit. l. 2. §. fin. & l. exceptiones. Aliæ ſunt odioſæ, vt Macedonianæ. Aliæ fauorabiles:

biles: vt Velleianæ. Hæc diuiſio colligitur ex l. qui exceptionē. ff. de cond. indeb. Item aliæ ſunt in rem, aliæ in perſonam, vt ff. eo. tit. l. exceptiones 2. Itē ſm Hoſt. & Spec. aliæ ſunt anomalæ, aliæ mixtæ, & multas alias diuiſiones dicti Doct. proſequuntur, vide eos.

Exceptio dilatoria eſt, q̄ cauſam differt: vt inſt. eo. §. appellant. Et iſtarū eſt multiplex diuiſio, de quo aliquātulū notat in l. exceptionē. C. de prob. Eſt. n. quædā dilatoria ſolutionis: quæ ſapit iſtā naturā, ꝙ reſpicit actionē nimis tēpeſtiuè in tētatā, & debet opponi ante litis conteſtationē, ſed probatio eius fit poſt li. cō teſt. c. inter monaſterium. de re iud. Quædā eſt dilatoria iudicij, quæ opponitur propriè ad impediendum iudicium ante li. cōteſt. & probatur tanquā præiudicialis, & expedienda venit ante li. conteſt. Et idem dicēdum eſt de replicatione eiuſdem. Quędam eſt declinatoria fori, vt ibidem notatur. Item colligitur hæc diuiſio ex l. 3. in fi. ff. eo. tit. vide de hoc Spec. eod. tit. Et no. ꝙ declinatoriæ iudicij ſunt in initio proponēdæ, & ſunt illæ, quæ cōtra iuriſdictionem iudicis opponuntur. Ratio, ne ſi eis ſciēter omiſſis, ad alia procedatur: videatur quis in iudicem conſentire, C. de excep. l. vlt. not. Goff. de dila. §. ſunt & alię, in fi. Sunt etiam iſtæ probandæ in initio, vt prius ſciat de iuriſditione iudicis, antequā procedat ad vlteriora: habent tamen etiam locum poſt ſententiam, ſi ex ignorantia omittantur, de ſent. & re iud. ad probandum. C. ſi a nō competenti iud. l. vlt. Etiam dilatoriæ proponendę, & probandæ ſunt ante li. conteſt. cap. inter monaſterium. pręalleg. & cap. paſtoralis, de excep. C. de probat. l. penult. Dilatoriæ ſolutionis ſunt proponendæ ſimiliter in initio cauſæ, ideſt ante litis conteſtat. & probandę poſtquam actor ſuam intentionem fundauerit. Sed peremptorias probabit reus poſtquam actor ſuam intentionem probauerit. De hoc vide Goffred. de probatione, §. reſtat.

Exceptio peremptoria, ſm Spe. Vocatur ſic, quia actionem,

nem, vel intentionem agētis perimit ſm Io. And.c.j. de li.cōteſt.lib.6. ſeu ius lædit: vt inſt.de perpe.& tēp. actio.§.perpetuę, vt pactū de nō petēdo in perpetuū, & iuſiurandum de nō agēdo, vel accuſando, videlicet petebam a te cētum, & tu excepiſti, ꝙ pepigit tecum de non petendo in perpetuum, vel iuraui non agere vel accuſare, quæ ipſo iure tollunt naturalē obligationem: vt ff.de iureiu.l.fi. circa prin. quod Doctores intelligunt eſſe verū de voluntaria, & cōuentionali: ſecus autem de neceſſaria. Ciuilem aūt ipſo iure non tollūt, ſed ope exceptionis elidunt, ſm Az. ſemper obſtāt hę agenti, ēt ſi ceſſauerit agere per mille annos.

Exceptio perpetua eſt, quæ perpetuum habet effectū, vt cùm petis a me debitū, & excipio, ꝙ tu remiſiſti. Hæc exceptio perpetua dici poteſt, & perpetuò competit quandocunq; actor agit, quia exceptio non cōpetit niſi quis agat, ff. de exceptio.l.exceptio.

Exceptio temporalis eſt, quæ ad tempus vtilis eſt, vt cū petis debitū, & excipio, ꝙ tu feciſti pactum mecum de non petendo. Hæc exceptio vſq; ad annum vtilis eſt, poſtea verò, nō de qua. de reſcr.c.plerunque, & de off.ord.c.paſtoralis.in fi. & ff.eo.tit.l.exceptiones,§.tēporales, & hæc etiam dilatoria dicitur, quia differt, & prolongat cauſam, non autem aufert. Aliud exemplum, conuenio te coram iudice non tuo, & tu excipis te nō eſſe de foro eius. Vide gl.in verbo, excuſari, cap.ſi autem, de reſcrip.

Exceptio anomala eſt, q̄ non ſequitur normā aliarum, quis poteſt opponi ante li. conteſtationem, & poſt, & litem conteſtationē vt exceptio excōmunicationis, & alię, ſ. de quib. dubitatur an ſint perpetuæ, an temporales, vt exceptio matrimonij, & exceptio non numeratæ pecuniæ, & nō numeratæ dotis, vt inſt.de excep.§.appellātur, & plures alię, ſecūdùm Hoſt.& Spe. eod.tit.vt exceptio, quę cōpetit fideiuſſorib. ex epiſt. diui Adria. contra creditores, vt not.inſtit.de fideiuſ. §.ſi plures.

Exceptio rei iudicatæ non poteſt opponi, niſi quādo ſit

ſu-

ſuper eadem re,& qñ eſt ex eadē cauſa, & eadē pſona.

Exceptio doli eſt quadruplex vt no. Acu.in gl.q. ſe dr̄e,ff. de cōd.ob ca.da.cau.nō ſe.

Exceptor pro librario,hoc eſt qui aliquid deſcribit, vel qui alio dictante ſcribit, l. ſed addes.§.fi.ff.locat.

Excōicatio eſt extra cōionem eccleſiæ ſeparatio, vel cenſura eccleſiaſtica excludēs a cōione fidelium. 11.q.3. c.nihil, & §.euidenter. Vel eſt æternæ mortis dānatio. 11.q.3.nemo ep̄orum. Vel ſic generaliter eſt a qualibet licita cōione vel legitimo actu ſeparatio,vel a ſacramentis excluſio.Species excōicationis infinitæ poſſunt eſſe,quia tot quot ſūt ſpecies cōionis.Duæ tñ ſūt ſpecies eius,quę p̄cipuę ſm canoniſtas cōiter vſitātur, ſ.maior,& minor,de vtraq; illārū habetur.3.q.4.engeltrudā. Nā vna excōicatio, quæ maior eſt, dr̄ anathema;& excludit ab ingreſſu eccleſiæ, & a cōione fideliū,& a ſacris,hæc vocatur maior,& fertur cū ſolemnitate,de qua ēt datur præcedens deſcriptio cū diceba tūr.Eſt a qualibet licita cōmunione hominū, vel legitimo actu,& ſacr̄m ſeparatio. Alia dr̄ minor,& illa tātum ſeparat a ſacr̄is & hęc eſt duplex, vna per p̄ceptū a iure,vel per ſnīam ab homine. Alia ſeparat a cōione fideliū ſacramētorum. 5.q.2.præſenti. ſm Goff.& de cler.exc.mini.§.itē ſcien dum.Eſt.n.quædam,excōicatio iuris,a qua abſolutio ſit ſummo Pontifici reſeruata,de ſent.excom.nuper. Alia hominis,vt ep̄i,vel ſui vicarij, vel delegati.de offi. ord. cum ab eccleſiarū. de ma. & obed. c.vnico, lib.6. in gl.Etiam excommunicatio dicitur mucro epiſcopi. 16.q.2.c.viſis,in fi. Item dicitur anathema impropriè ab ana,id eſt ſurſum,& thema figura olim in frontibus damnatorum impreſſa,& ſic quaſi anathema dicitur,& hæc maior dicitur, quæ duplex eſt. Quædam ſine ſolemnitate. Alia ſolemnis,quando 12.epiſcopi, vel presbyteri candelas in terram proijciunt, & pedibus calcant,& non differt ab alia, niſi in ſubſtantia, quia maior eſt terror, & confuſio. De his duabus in cap. cum non ab homine,de iudic.

Ex-

Excõicationis appellatione intelligit̃ de maiori, ita textus in c.pe.de ſent.exc. Adde, ꝙ vr̃ dicendum cõtrarium, quia in peiorib. mitior pœna eſt infligenda. Hoſt.in d.c.pen.dicit,ꝙ ex quo excõicatio eſt medicinalis in his, quæ cõcernũt aĩam eſt capiendi pars tutior, & idem tenet Abb.in c.pe.& ibid. vide Fel.& contra iſtã ſolonem Doctor.vr̃ tex. in cõtrarium in c. pia. de exc. in 6. vbi dr̃ in iudicio, ꝙ aliquis ſit excõicatus,oportet,ꝙ exprimatur ſpecies excõicationis, ſi intelligeretur de maiori,hoc non eſſet neceſſarium, vide per Fel. latè in d.c. pen. ver. 3. requiritur.

Exconſul eſt,qui deſijt eſſe cõſul, ſimile not.de quæſtione, & ex quæſtore,inſti. in proœ.§.cum hoc.

Excuſatio eſt alicuius iuſtæ cauſæ allegatio in defenſionem, vel ſupportationem alicuius.

Excuſatio tutorũ fit ex varijs cauſis, & quædã innititur æquitati. Quidã.n.excuſantur ad tp̃s,ſ. qui cã reipub. abeſſe cœperint, & reuerſi, ad nouam tutelam infra annum non vocantur, ſed veterẽ coguntur ſtatim recipere, vt Inſti.de excu.tut. vel cu. §.item ij, qui reipubli. Eſt & alia excuſatio a tutela,quæ dicitur excuſatio veteranorum,qui excuſantur a tutela ſi ſint a militia dimiſſi honeſta cauſa interueniente,& iuſta, puta propter infirmitatem, vel aliam cauſam. Sed illa, quæ alio modo fit, non vocat̃ honeſta, ſed cauſaria: vt ff.de his,qui not.infam. l.2.§.ignominiæ. Et perpetuo excuſantur,qui ſoluũtur a militia poſt 20. ann. Sed ad tp̃s.qui infra 20.annos,& hoc diuerſimodè tenetur,quia infra quinque, nullam ſibi vendicant immunitatem. Si vero poſt quinq; annos ſolutus fuerit, habet immunitatem vnius anni, poſt octo annos habet immunitatem biẽnij, poſt 12.triẽnij, poſt 17.quadriennij.poſt 20.annos habet excuſationem perpetuã. Eſt & alia tutelæ excuſatio eorũ, qui numero liberorum ſe excuſant, vt Romę liberorum trium. C.eod. tit. l. cum concord. in Italia quatuor, in prouincia quinque. Eſt & excuſatio eorum, qui morbo

ex-

excuſantur, vt cœci, ſurdi, muti, furioſi, & perpetua valetudine detenti, C. de excu.tut. l. vnica.

Excuſatio eorum, qui ætate excuſantur, vt maior 60. ann.l.vnica, præall.& Inſt. de excuſ.tut.vel cur.§.item maio.

Excuſatio eorũ, qui numero tutelarũ excuſantur, ſ. qui habent tria onera tutelæ, i. tres honores tutelæ, ſm Azonem: quæ omnia hñt, C. ſub his titul. in rubro, & in nigro, vide de hoc Azonem, ibid.in ſum.

Excuſator ſecundum Azon. & Spec.eod.tit. eſt, qui venit ad proponendum cauſas abſentiæ alicuius, qui non poterat ſimul ratione ſui, vel cauſæ procuratorẽ conſtituere, vt in cauſis criminalibus, in quibus licet procurator non interueniat (vt in l.pen. ff.de pub. iud.) excuſatur tamen allegatis cauſis abſentiæ, & benè admittitur, vt in l. abſens, ff. de procur. etiam ſi vocatus erat, vt perſonaliter compareret.

Excurrere quid ſit, & quid ſumma excurrens, declarat elegãter Bud. in l.Publian. diſpoſit.

Excutere præter vulgatam ſignificationem accipitur interdum pro ſcrutari, & diligẽter inquirere. Vlpianus. Si tibi mandauero, vt vires excuteres eius, cui erã crediturus, &c. Aliquãdo pro exactè aliquid expendere, vt in l.cum in plures, §.mãdaui, ff.loc. Qñque eſt nomen exigere, & debitorem appellare. Paulus in l. Lucius.de admi.tut. Nõ prius ad magiſtratus reuerti poteſt, quàm ſi oẽs tutores excuſſi fuerint, i. vt Bud. interpretatur quàm expertũ ſit, an ſuum a tutoribus ſeruare poſſit.

Excuſſio, diligens eſt inquiſitio rerũ bonorumq́; principalis debitoris vſque ad nouiſſimũ (vt dicitur) quadrantem facta.

Execrari eſt abominari, vel deteſtari, & propriè attribuitr delictis dicendo, hoc delictum eſt execrabile. Inde factũ, vt accipiatur etiam pro abhorrere, l, item, de alien.iud.mut.cau.fac.

Executor ſm Spec.eod.tit. eſt officialis, per quẽ litis executio vel ipſius cauſæ præparatio iubente iudice ſuo expeditur, vel ſecundum Azo. propriè eſt ille, qui

diſcuſſa cā ſnīam executioni mandat. Vocatur ēt in iure apparitor. Require ſupra, Apparitores. Alias etiā vocaē in iure diuerſimodè. De iſtis modis eſt gl. notabilis. C. de execu. rei iud. l. ſi vt ꝓponis, quā proſequitur Spec. in tit. de citatione, §. ſequitur, prope princ. Item appellatione executoris intelligiē delegatus, c. ſciſcitatus. de reſcri. & c. ſi quis contra. de fo. comp. Vnde executores ſunt illi, per quos iudex ſentētiam ſuam exequitur, & rem iudicatam mācipat effectui, & mādat executioni, & duplex eſt executor, ſ. merus, & mixtus. Executor merus dr̄, quando per nuncium non eſt demandata aliqua cognitio, ſed tm̄ cauſæ executio, & talis nō debet audire exceptiones: vt C. de execu. rei iud. l. ſi vt proponis, præalleg. c. de cætero, de re iudic. & ff. de iud. l. ſi prætor. & de tali loquitur c. paſtoralis. §. quia verò, de of. deleg. vbi bona gl. de executione duplici, ſm̄ Hoſt. tamen tenetur admittere exceptionem excommunicationis, aliàs appellari poteſt. De hoc vide Arch. de excep. lib. 6. Vel ſic. Executor merus eſt, qui non poteſt de fraude interpoſita cognoſcere, nec ab illa appellatur, niſi modum executionis excedat, ff. de appel. & relatio. l. ab executore, & 2. q. 6. ei, qui. §. ab executore. Sed a mixto executore bene appellatur, ſi nō admittit legitimā exceptionem, vel aliàs partes grauauerit, de app. c. dilecto, & c. vt debitus. Sed executor mixtus eſt, qui habet cognitionem cauſæ annexam, vt in c. nouit. de app. & de iud. c. de cætero, præalleg. de officio deleg. cap. paſtoralis, in gloſ. vt cùm Papa mandat alicui reſtitui rem ſuam, vel alicui dari beneficiū, & c. talis debet recipere legitimas exceptiones, quantuncunq; ſcribatur ſibi abſolutè à Papa, vt ff. de offic. deleg. ex parte. de reſcrip. cap. ſi quando, & c. cùm ab eo.

Exemplar, & exemplum ſic differunt, auctore Bart. in l. Sempronius, de leg. 2. ꝙ exemplar eſt ſcriptura inde ſumpta, quam vulgus copiam vocat.

Exemplaris dr̄ illa ſubſtō, quę fit filio furioſo, ſeu mente

te

te capto in euentu mortis in furore,ſeu non ſana mẽte, & dr̃ exemplaris, quia admittit̃ fieri prædictis, ſicut pupillaris pupillis fit, quia ſicut hi pp ętatem ſibi per teſtm̃ prouidere nequeunt,ſic ẽt prędicti propter furorem,dementiam, ſeu defectum mẽtis, rebus ſuis ſuper eſſe nõ poſſunt, vt inſtit. de pu.ſubſt.§.j. in prin. In multis tñ differt a pupillari, vt infrà dicetur de ſubſtitutionibus. Significat aũt hęc ſubſtitutio diuerſimodè, vt ſignificatũ ex eius verbis, vel aliàs vndecunq; ſumptũ ſignifica re probat.Significat.n.primo, vel eius verba ſignificant ſeipſam, lege, ꝙ filio cui facta eſt ſubſtitutio mortuo in furorę,vel demẽtia, ſubſtitutus admittat̃, vt §.j. de pup. ſubſtitutio. Significat vlterius, tac tã vulgarem,arg.l iam hoc iure, ff. de vulg. & pup.ſubſt. §.j. inſtit.eod.tit.præall.rg. Ratio ſicut.n. in primò ſignificato cõſideratur proprietas verborum eius, ſic in ſecundo ſignificato conſideratur idẽtitas perſonarum:vt qđ per ſubſtitutionem teſtator filio proui-

det ſic, niſi aliud appareat. Significat etiã hæc ſubſtitutio pupillarẽ, v.g. facta eſt furioſo impuberi, ſi in furore deceſſerit,ſenſus eſt, ꝙ ſi decedat in ætate pupillari,tũc ſignificat pupillarẽ, quia facta impuberi, licet furioſo, & valet pupillaris tm̃,quia verba hoc ſignificant,& quia defectus naturalis potius attẽditur,q̃ accidẽtalis,l.3.§.j.ff.de tutor. & hoc qñ illa concurrunt, quæ requiruntur in pupillari, quia filius eſt in poteſtate patris, & ſic de alijs. Si autem non concurrũt, tunc infrá tempus pubertatis valet, vt exemplaris, poſtea non,pp limitationẽ illam, ſi in ætate pupillari deceſſerit. Si autẽ facta eſt ſine temporis limitatione, tunc valet ſimpliciter, ſeu pro omni tẽpore vt exemplaris. Significant vlterius hęc verba,filio furioſo ſubſtituo, ſubaudi, ideo ſi filius furioſus in furore deceſſerit, & requiritur,ꝙ ſit furor, tpe mortis, vt in §.j. inſt.de pup.ſubſt.præall.& l.ex facto, §.j.ff.eo.tit. licet aliàs per iſta verba. Titio furioſo lego, talem qualitatẽ ſufficiat ad eſſe tẽpo-

re diſpoſitionis,vt in l.Mela.in prin. ff.de ali.& cibale. l. quia apponitur cã demõſtrationis.Ratio vtriuſque, quia ſignificatũ ſumptũ eſt ex affectione, quia ſignificat ei prouideri cui prouidetur, eo modo quo põt; modo in primo caſu melius prouidetur ei recipiendo ea in illo ſenſu.Sed ſecundo caſu melius prouidet furioſo recipiendo verba demonſtratiue tm̃, qđ eſt propriũ eorum ſignificatũ. Significant vlterius, ꝙ exiſtente cõdõne ſubſtitutionis,ſubſtitutus admittatur volẽs,vel inuitus ſm qualitatẽ perſonæ ſubſtituti.Si enim eſt ſubſtitutus filius furioſus,q erat in eius poteſtate tempore mortis eſt neceſſarius vel voluntarius, vt in §.j. inſtitutione, de hær.quali.& diff.

Exempta actio dicitur,quę intentari poſſe deſiijt, l. ſed & ſi. §. actionum.ex quib. cau. maior.

Exemptus dr̃, qui a ſuo iudice, ſiue iuriſdictione ordinarij ſubductus eſt, &c.

Exemptio propriè eſt vbi aliqua conuentualis eccleſia canonicorum ſæcularium vel regularium monachorum, vel monialium immediatè ſubeſt Papę. Harum exemptionũ alia vl̃s, alia particularis. Vniuerſalis eſt, quæ cum vniuerſitatis iuris ſpectat ad Papam, ita quòd Metropolitano, aut diœceſano, nihil iuris manet in eadem. Particularis eſt, quæ pro parte in certis caſibus ab eorum iuriſditione eximitur, & alias pertinet ad eoſdem,verbi gratia. Si fortè aliqua eccleſia quantum ad hoc eſt exempta, vt nullus archiepiſcopus,vel epiſcopus poſſit in ea diuina ſuſpendere,ſicut in ſua diœceſi, & alias ei exhibeat reuerentiam, & honoiẽ. Item exemptionis monaſteriorũ duę ſunt ſpecies. Quædam.n.monaſteria nõ recognoſcunt ſuperiorem niſi Papã, alia ſunt ordinum exemptorum, vt monaſteria. Ciſtercienſiũ & cætera, quæ non corrigit ordinarius loci, ſed abbas vel prior eorũ, gloſſa eſt in clem.attendentes,de ſtat. mon. Item exemptionum alia perſonalis alia localis. Perſonalis eſt vbi archiepiſcopus,vel ep̃s eximitur, vt a nullo, nec etiam a legato ſedis Apoſtoli-

gæ, nec etiam a iudice de le gato excõicari, vel interdici valeat, aut ſuſpendi. Sed localis eſt, quæ loco hoc eſt eccleſia datur.

Exemptile, quod eximi poteſt, l. argumento, §. pen. de aur. & arg. leg.

Exequi, aliquando pro vlciſci. §. fi. Inſt. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur.

Exercere qõnem, eſt torquere, ſeu torturam inferre.

Exercitor dr̄ is, ad quē quotidianus quæſtus, & vtilitas nauis pertinet, magiſter verò nauis dr̄, cui tota nauis, & anchora commiſſa eſt. Req. ſupra, actio exercitoria, vbi de hoc.

Exercitus traxit nomē ab exercitatione, l. 1. in fi. de milit. teſt. Exercitū aũt dicimus non vnam cohortem, neq; vnam alam, ſed numeros multos militum, l. 2. de ijs, qui not. fam.

Exero, i. peto ſic ponit̄ exerat, i. petatur, l. vt verborũ, quæ eſt fi. C. qui admi. bo. poſ. ibi gl. pen. vel eſt idē quod aperiatur via petenti.

Exæſtuare eſt feruere, bullire, vel caleſcere, vt eſt gloſ. in clem. dudum, de ſepul.

Exhedra in leg. ſi verò, de ijs, qui deiec. vel eff. ſumi põt ꝓ cella ſtudiaria, vt ibi ait Bud. Nam alioqui exhedræ erant loca, in quib. Philoſophi apud Græcos in palæſtra ſedentes diſputabãt, vt docet Vitruuius, q̃ a ſediũ frequẽtia, & ſeſſitãdi commoditate nomen traxere.

Exheredatio eſt alicuius a ſua ſubſtãtia vel hæreditate exclusio, & alterius, vel alieni inſtitutio, veluti cum parentes exhæredant filios, & ſcribũt alienos hæredes in teſtõ, ita accipit̄ Inſt. de exhæ. li. per totum. Et ſic exhæredare eſt filium conſtituere alienũ a ſubſtãtia, vel hæreditate paterna, & debet fieri cauſa inſerta, & probata. Et ꝑ quas, & quot cauſas pater filium, & econtra filius patrem poſſit exhæredare. no. gl. in c. Quintaualis, de iureiur. & vide Bart. in l. filio præterito, ff. de iniuſto rupto, & irri. teſta.

Exhibere eſt rē in publicũ deducere, ſeu oſtendere, vt copiã habeat aduerſarius rē ſuam tangendi, & eã ſic viſam ſi ſibi ſua vr̄ vendicandi, de hoc, ff. ad exhibēdũ, l. 2. de libe. ho. exhib. l. 3. §. ait prætor. Req. ſupra actio ad exhibendum, qñq; etiã exhibere apud Iuriſ. accipitur

tur pro alere, vt in l. ſi quis, de agnoſ. lib.

Exigere propriè eſt ab inuito extorquere, ff. de leg. 3. l. fidei. §. ſi rē, licet qnq; exigere dicatur quis etiam à ſponte ſoluente, vt C. de fur. l. falſus. Habet, & alia plura ſignificata, quæ diligenter perſequitur Alcia. in l. verbum exactæ. de verb. ſign.

Exilium triplex not. Arch. 45. diſt. cùm beatus, in fi. & l. 5. de interd. & releg.

Exilium voluntariū eſt, quod quis ſibi ſponte aſſumit, l. aut facta, §. euentus, vbi Budæus. de pœn.

Eximere eſt quoquo modo auferre, puta ſi quis nō rapuerit quenquam, ſed moram fecerit quo minus ius veniret, vt actionis dies exiret, vel res tpe amitteretur, & datur in eum, qui vi exemerit actio in factum, quę non id continet, quod in veritate eſt, ſed quanti ea res ab actore æſtimata eſt, de qua controuerſia eſt.

Exiſtimatio eſt dignitatis illæſe ſtatus legibus, ac morib. comprobatus, l. cognitionum. de var. & ext. cog.

Ex legib. hoc verbum ſic accipiēdū eſt tā ex legū ſnīa, q̄ ex verbis, l. noīs, de ver, ſig.

Ex nunc, prout ex tunc, & ex tūc prout ex nunc, hęc clā retrahit extremū emptioris ad initium, & vice verſa initium ad extremum.

Exorbitantia appellant Doctores quę a communibus iuris regulis deuiant.

Exorciſtę Græcè, Latinè dn̄r adiurantes, 21. diſt. cleros.

Expenſæ ſunt ſumptus voluntarij, & non neceſſarij. Sed impenſæ ſunt vtiles, & neceſſariæ a verbo impendere dictæ, vnū tn̄ multoties pro alio ponit̄, vt l. intra, in fi. ff. de min. Etiam impēſæ pro voluntarijs ponuntur, non ſolum vtilibus, & neceſſarijs, ff. de verb. ſig. l. impēſę, vbi notatur, quę ſint impēſę neceſſariæ, quæ vtiles, quæ voluptuarię. Et expenſæ differunt a damnis, vnde iur̄m factum ſuper vnū non extēditur ad alterum: nam expenſę fiunt cā litis, damna verò ex diſcordia proueniunt, vt deſtructio domus, & ſimilia. de iniu. c. noſtra, in tex. & gl.

Expenſum ferre ꝓpriè eſt ſcribere ſe pecuniā dediſſe, ſed plerunq; vtimur pro aſcribere, & imputare, vt in l. mulier. ad Treb, & l. pupillus, quæ in frau. cred.

Experiri qñq; ponit̃ pro rñdere, ſeu defendere, vt ext. de iud. c. j. de ꝑc. c. q gñaliter, li. 6. Qñq; ꝑ agere, vt de cã poſſ. & ꝓpriet. c. paſtoralis.

Expilatores, ſm Azo. in ſum. C. & ff. de cri. expi. hær. hi ſunt, qui ex rebus vacantis hęreditatis aliquid ſurripiunt, & expillant, de pœn. diſt. j. aut facta. Require ſupra actio expil. hær.

Expillatores etiam vocantur, qui viatoribus pallia, & veſtes diripiunt, l. j. de effract.

Explicatio eſt allegatio, q̃ ſupplicationẽ infirmat, vñ replicatio eſt allegatio cõtra exceptionem, & adiuuat actorẽ, & ſupplicatio eſt allegatio, q̃ replicationẽ infirmat & reũ adiuuat. Sed explicatio eſt allegatio infirmãs ſupplicationem, & ſic pro actore cõtra reum.

Exploſa, i. excluſa, c. inquiſitioni. de ſent. excom.

Exponere, i. cõtra ſe ponere.

Exponi aũt dñr infantes, ſerui, liberti, & languidi ſine cura dimittunt̃, vel eis alimenta negant̃ a parentib. a dñis, vel a patronis, vt in c. vnico. de infan. & lang.

Expreſſum qũo dupl̃r ſumat̃, no. ff. de vulg. & pup. ſubſt. l. j. in priu. & de præb, ſi epiſcopus, in gl. certas, lib. 6.

Expreſſa pupillaris ſubſtitutio req. infra ſubſtitutio.

Expromittere eſt ꝑ alio ꝓmittere, vñ expromiſſor, i. fideiuſſor. l. 5. §. ſatis acceptio. de verb. obl. quãuis Acc. in auth. de fideiuſſ. eos inter ſe differrę exiſtimauerit. Sed, & expromittere aliqñ dr̃ is, qui pro ſe, non ẽt pro alio promittit, vt in l. hoc iure, §. ſi qs ſeruo, de don.

Expugnari nauis qñ dicat̃, explicat elegãter Iuriſc. ĩ l. expugnat̃, de incen. rui. nau.

Expungere eſt pũctis circũducere, & tollere, ſeu cancellare, vnde expũctus miles qui è numeris exẽptus eſt. l. pen. de re mil. at expũctæ rationes dñr, cum vltima manus calculo, & diſpunctioni impoſita eſt, l. in omnibus. de diuerſ. præſcr.

Exqueſtor eſt, q̃ publicę pecunię cõgregãdę, cõſeruãdæ, & quærẽdę offm̃ hẽbat, ſed hãc adminiſtrationẽ depoſuit, vel dr̃ ille, qui quæſtoris depoſuit adminiſtrationẽ, vt not. inſtit. in proœ. §. cum hoc. in gl. vide ſup. ex conſul. & infra quæſtores.

Ex ſeminario, i. ſtirpitus. l. 3. arb. fur. cæſ.

Exterminare, eſt quaſi extra

terminos vitæ, vel iuriſditionis ſuæ ponere, cle.vnica, de iureiur. & de hęr.excōicamus, §.moneanť, & §. ſeq. ponit ēt pro deponere, deſolare, in exiliū mittere.

Exterus religionis, i. alienus a religione, l. Nemo, C. de Iudę.

Extimare, eſt alicuius rei certū pretiū dare, & eſt idem quod taxare, vel certū pretium diffinire, & determinare. Sed orthographia poſcit, vt ſcribatur ęſtimare.

Extorres, i. immunes, vel inſontes, de ſent.exc.c.cōtingit, & diſt. 19. nulli fas eſt, & ea.diſt.c.ita dn̄s, §.in omnē terram, & habetur C.de cuſt.reo. in l.j. de his, quæ eſt.l.fi.& de pœ.diſt.2.item proinde, vbi dr̄ nudari facultatibus proprijs, & patriæ ſuæ extorres fieri etiā. 11.q.j. conſpirationum.

Quod auctor hic citat ex 19. diſt.c.nulli fas eſt, extorris fiat, &c. in libris quibuſdā legitur exors, id qđ eādem penè ſignificationē habet cum dictione extorris, hoc præcipuè loco, cùm exortē eum intelligamus, qui extra ſortem, (hoc eſt partem) ſi cui contrarium eſt conſors, hoc eſt particeps, Extores autem plerunque appellantur exules, quaſi extra terram eiecti, & ita interpretandum in d. cap. item proinde.

Extra, no. Arch. de reſcr. ſtatutum, lib.6. §.3.

Extraordinariū remediū eſt, qđ ob aliquam cām extra, vel vltra curſum ſolitū alicui datˀ, vt reſtitutio minori lęſo, vel abſenti cā iuſta, neceſſaria, vel probabili ad quę remedia nūquā recurrēdum eſt, quandiu remedio ordinario locus eſt, ad qđ poteſt haberi recurſus.

Extraordinarium iudiciū eſt, coram delegato, vel quādo nō proceditur in figura iudicij, ſed ex officio iudicis in modum inquiſitionis, vide tex. iuncta gl. in cap. quoniam contra, de prob.

Extra ordinem, quid importet, vide Bar. in l.j.ff. de fur. & Baldus.

Extranei hæredes, vide in ver. Hæredes extranei.

Extricatas margaritas, interpretať Bud. in l. ſi ſeruus, ad leg. Aquil. quæ ex rudi natiuoq; habitu arte gemmarij expolitæ ſunt.

Ex tunc, tempus extremum ſignificat, ff. de cond. & demonſt. l. ſi is, §. ſi ita.

F *ante* A.

FAber lignarius, dicitur non ſolum qui ligna dolat, ſed generaliter omnis qui ædificat, ff. de verb. ſig. l. ferri. §. fabros.

Fabricenſes dicebantur, qui erãt deputati armis faciendis, reparãdis, vel vẽdẽdis, vt l. j. de fab. li. 11. C. Io. And. in c. ſi iudex, de ſent. excõ. lib. 6. dicit, ꝙ fabricẽſis dr̃, qui publica arma facit, idque in publicis fabricis, & non alibi, & dat primicerio, vt reponat in publicis armamentis, quorum brachia ſtigmatæ figurantur.

Fabriles operę, ff. de pſc. verb. l. pen. & de ope. li. l. fabriles. Et quę ſint fabriles, & quę obſequiales, & q̃ artificiales, vide ff. de cond. indeb. l. ſi nõ ſortem, §. ſi libertus.

Fabrorũ pręfectos, in l. diuus, de bon. dam. eos eſſe Bud. cenſuit, quos Commentarieñſes, qui dr̃ adiutores ſibi aſſumpſit ad cuſtodias obſeruandas, regendasq́;.

Fabula eſt, q̃ nec vera, nec veriſimilia cõtinet, in ꝓę. inſtõne, §. 2. ſuper ver. fabulis, & l. antiqui. ff. ſi par. hæ. pœ.

Facere verbũ, eſt gñale, lateq́; patet, l. verbum facere. l. faciẽdi, & l. facere, de ver. ſig. Item dr̃ ille, cuius auctoritate fit, de ſent. excõ. c. mulieres, & facere dr̃, quis ſtatim, cõfeſtim, incõtinenti, mox, ilico, qđ facit ſine interuallo, nullo actu cõtrario, aut impertinẽte intermedio, de electione, c. quia pp, vbi dr̃, ꝙ poſt collationẽ mox debet electio celebrari. Similiter cũ vis infertur perſonę incõtinenti repelli debet, i. ſine interuallo, quaſi bello continuato. Item id, qđ triduo facit. C. de erro. adu. l. vlt. vbi dr̃, ꝙ aduocatus poteſt reuocare errorẽ ſuum ſtatim, i. infra triduum. Et hoc intelligit Pla. ſicut ſonat. Sed Accur. hoc intelligit qñ cauſa durat poſt errorẽ tm̃ per tres dies: Item quod facit in decem dieb. ff. de conſtit. pec. l. ꝓmiſſor, vbi dr̃, ꝙ ſi quis ſine die conſtituerit ſe ſoluturum pecuniã alicui, contra eũ agi poteſt, ſi ſtatim non ſoluerit infra decem dies. Itẽ quod facit in vno anno. 20. q. j. puella. vbi dr̃, quòd ſi inſcijs parentibus infra duodecimum annũ velum acceperit, parentes, vel tutores poſſunt hoc ſtatim irritare infra annum.

num.Item quod facit cum quodam tẽperamento tem poris, ita ꝙ nec minimũ, nec maximum tpſ aſſumit quod magis põt intellectu concipi, q̃ dici. ff.de ſol.l. ratum, & l.qđ dicimus,vbi dr̃, ꝙ hæres fideiuſſori teſtatoris hoc,quod ante additam hæreditatem ſoluit pro defuncto, ſtatim ſolue re dẽt,ſ. cum quodam tẽpe ramento tpis,nec.n.ſtatim cum ſacco paratus venire debet. Itẽ quod facit quã primum poteſt,de reſt.ſpo lia.olim cauſa,vbi dicitur, ꝙ vim illatam rebus, põt quis repellere incontinenti.i.quàm cito poterit, collectis amicis, ita tamen ꝙ illud incontinenti nõ extendatur vltra annũ. Hoc Ber. de elect. quia propter. Idẽ quod facit in vno men ſe.j.q.j.conſtat,vbi dicitur, ꝙ ſi aliqui ordinati ſunt ab hæreticis per vim,ſi ſtatim renunciauerint conci liabulo hæreticorum.i.infra menſem, tunc excuſan tur. Item quàm cito ſcit,vt 22.q.2.mulierem.Itẽ quod facit quandoq;, vt ff. ſi cer. pet.l.j.vbi dicitur. Quicun que rei aſſentimus alienã fidem ſecuti, mox receptu ri quid ex eo cõtractu cre dere dicimur.

Facere quod poteſt qualiter, quis conueniatur, & quomodo intelligatur, habet in l. ſunt qui. cum nouem legib.ſeq. ff.de re iud. nam patroni patronorum liberi, & parentes eorum, miles armatæ militiæ, vel doctor presbyter, &c. ſi condemnatur ad id, quod face re poſſunt, non totum qđ habent, extorquẽdum eſt, ſed ratio habenda eſt ne egeant, vt in lege, in condemnatione,ff.de reg.iur. Nam intelligitur, quis facere debere,quod commodè, & honeſtè poteſt. Nec enim videtur fieri poſſe, quod non poteſt fieri honeſtè, ff.de verb.ſign. l.nepos proculo.

Facere partẽ dicitur qui efficit,vt ſibi coniunctus non plus accipiat parte ſua.

Facinus,ideſt dolus.ff.de act. & obl. l.ſeruus.

Factitare eſt frequenter facere, Fulcinius.i. latitare autẽ,ff.quib.ex cau.in poſ.ea.

Factio eſt cõſpiratio.l.q ſquis. C.ad leg. Iul. maieſt.vbi gl.

Factionum duces qui dicantur;vide Bart.in l.conſtitutiones,ff.de appel.

Factum, & geſtum licet ſtrictam quandam inter ſe habeant dr̃iam, abuſiuè tñ nihil differunt, l. licet. de verborum ſignific.

Facultates magnæ dñr quinquaginta aurei, vt C. de def.ci.l.j.Vel 10.libr̨ auri, vt in auth.de appe.§.2.col. 4.Vel 300.aureorum, vt in auth.de defen.ci. § & iu.co la.3. Vel verius vſque ad quingentos ſolidos ſummæ paruæ. ſi vltra ſumm̨ magnæ, inſtitutione, de Att.tut. in §.nos autem.

Falcidia, dicitur lex a Falcidio tribuno plebis, qui ipſam adinuenit ad hoc, ꝙ quis extraneo teſtamento ſuo legare nõ poſſet, quin ad minus quarta remaneret hæredi, ꝙ ſi contraface ret, locum non haberet, &. ſic dr̃ falcidia a falce, ad defalcandũ de ſingulis legatis, per quã permittitur hæres habere quartã partẽ legationis, vel hæreditatis, qñ etiam tota hæreditas, vel maior pars eſt legatis exhauſta. Et eſt triplex falcidia ſm Io. Andr. in gloſ. diſt.2. reſponſa prudentũ. Require infra l.falcidia.

Falcidia, vide ſupra in ver.dolus malus.

Fallonia (aliàs felonia) eſt culpa iniuriæ, pp quam vaſallus amittit feudum. Et eſt quædam culpa, quæ reſpicit dñm, ſ. quando tribus vicibus citatus legitimè, fidelitatem præſtare noluerit, vt in vſibus feudorum, quæ fuerit prima cauſa beneficij ami. c.1. Eſt & alia cauſa, qñ infeudauit, alia lego quàm ipſe habet, vel talem vaſallum, qui feudum deſeruire non poteſt. Sunt & aliæ feloniæ, propter quas feudum amittitur, & non reſpicientes dominos, vt not. Hoſtien.in ſumma de feu. vbi vide.

Falſum eſt quod caret veritate, vt reſcriptum falſum, quòd non habet aliquod primordium, ſeu ſubſtãtia veritatis, ſ. quod non emanauit a Papa, & tamen apparet emanaſſe, capitulo ſua nobis, de offi.vic.vbi de hoc. Sumitur tamen quan doque falſum pro iniuſto, vt in §. eadem, inſtitutione, qui & ex quib.cau.ma. non poſſeſſ.

Falſus tutor verè dicitur, qui tutor non eſt; Sicut falſum eſt teſtamentum, quod teſtamentum non eſt. l. Paulus, de verb. ſign.

Fal-

Falſarij ſunt, qui crimine falſi tenentur, vel qui crimen falſi commiſerunt capitulo ad falſariorum, extra de crim. falſar.

Falſitas eſt imitatio veritatis nam falſatores ſemper ſtudent imitari ea, quæ vera ſunt, vt falſa videantur veriſimilia, vt in auth. de inſtru.cau.in prin. Et ad eſſe falſitatis tria requiruntur, quorum ſi alterũ deficit, falſitas non eſt punibilis,ſ. mutatio veritatis, dolus,& ꝙ alteri noceatur. iuxta not. per Hoſt.& Azo.& per tex. in l.quid ſit falſum, ad l.Cor.de fal.ma.ſecundùm Spec. tit. de nou.

Fato, crim. §. Fama eſt illæ ſe dignitatis ſtatus legibus,& morib. comprobatus,& in nullo diminutus, ſm gloſ. in l.j.C.ex quib.cau.in fa. irrog. Et hæc fama qñque minuitur, quandoq; conſumitur in totum, vt ff.de var.& extraord.cog. l.pen. §.exiſtimatio, & §. minuitur, & §.conſumitur, & loquitur de fama hominis. Sed fama de aliquo negotio deſcribitur ſic, Eſt communis,& clamoſa inſinuato inſurgens apud totã vel maiorem partem populi, ex certo autore proueniẽs. Et in deſcriptione famæ p Spec.nomen dignitatis nõ ponitur pro honore publico, ſed pro potentia a natura eunctis attributa. Et hæc deſcriptio locũ habet tñ in bona fama. Ideo ſm eundem Spec. põt hoc modo deſcribi,vt comprehendat & bonam & malam famam. Fama eſt vehemens vulgi & maioris partis opinio,rei de qua quæritur cõſentiens vel conſonans. Fama de hoĩe ſic conſueuit deſcribi, eſt dignitas ſtatus vita ex moribus comprobata.Et fama,opinio,& exiſtimatio, idem ſunt.

Fama differt a rumore, qua fama certũ habet autorẽ, rumor vero incertũ. Item ſama ꝓcedit a maiore parte viciniç,rumor a minori. not.Io.And. cap. veſtra,in 18.col.ver. Ad gradum,de cohabit.cleric.

Fama differt a clamore, qa fama, eſt plurimorũ,clamor paucorũ,not.Fel.in c.qualiter,2.in prin.de accuſ.

Fama quomodo probetur,vide Bar. in l.de minore plurimum,de quæſt.

Familiæ appellatione quid veniat, vide Bartol. in l.1.§.

fa-

familiæ, ff. de vi & vi arm. & l.fin.C.de verb.ſig. idem Bart.in l.ſi cognatus, ff.de reb. dub. latius text.in d.l. fin.& in l.pronunciatio. & l.deteſtatio.de verb.ſign.

Familiæ herciſcundæ.i. hæreditatis diuidendæ no.in rubro,ff.famil.herciſc.Require ſupra actio familiæ herciſcun.

Familiaria ſepulchra dñr, q̄ qs ſibi familiæq; ſuæ cōſtituit.l.5.de relig.& sūp.fun.

Familiaris, & domeſticus in quo differūt, ponit Bal.in c.in literis.de teſt.& Felyn. in c.inſinuante, in 3. col. verſ.& quæ dña ſit, de off. deleg. & dicitur deſinere eſſe familiaris,quando dominus cum licentiauit, vel quando ipſe familiaris ſeipſum licētiauit: vt no.Io. And.in c.fi.de verb.ſign.in nouella, in 6.

Familiaritas pro ſimilitudine.§.adeo,Inſt.de loca.

Famulus,mancipium, & ſeruus qualiter differant, no. Arch.22.q.5.c.patrem.

Famoſum carmen ſm Az.in ſum. C. de iniur. eſt dictamen,vel hiſtoria compoſita ad alicuius infamiam.

Famoſus libellus poteſt propriè dici liber conſcriptus ob alicuius infamiā, ff. de iniur.l.lex.§.ſi quis librum.

Fanatici olim dicti ſunt homines nomine afflati, & qualis deſcribitur Cumæa Sybilla apud Virg. fando, ꝙ futura p̄dicerent meminit,l.1.de ædil.edi. vbi Bu.

Faſtes.i.honores,ſeu dignitates,in auth.de conſul.circa prin.& vt iud.ſine quo,ſuffra. §.neceſſitatem, & vide ff.de off.procon.& leg.l.ante pe.& ibi in gl.propriè autem erant faſciculi virgarum, intra quas alligata erant ſecuris ita vt ferrum ſummo falce extaret. Hoc falces lictores conſulib. & pro conſulibus pręferebāt.

Faſti dies erant, quibus lege agere licebat. Faſti autem libris quib. totius anni fit deſcriptio,& cauſæ feſtiuitatum explicantur. Vulgò vocamus calendaria.

Faſtigium, ideſt altitudo vel magnitudo, C.de no.codi. compo.§.1.vel id eſt culmē dignitatis,vel ſummus honor, ſecundùm Papiam,vt notat.per Archid. 59. diſt. ordinatos, & C. de procur. l. penult.

Fatū eſt genus diuinationis, cui qui intēdit dānationē animæ ſuæ incurrit, 27. q. vlt.

vlt. non obſeruetis.

Fatalis dies, ſm Azo. in ſum. C. de temp. app. dicitur ſpatium temporis infra, quod appellãs debet appellationem proſequi, & quidem olim quatuor dies fatales concedebantur, quorum primus erat ſpatium ſex menſum, & hoc ſi appellatum fuit a ſentẽtia clariſſimi viri, vel ſpectabilis viri, vel delegati a principe. Secundi autem dies fatales ſunt ſpatium 30. & vnius dierum. Tertij, & quarti ſunt ſimiliter totidem ſi ſaltem facta fuerit appellatio a delegato, vel ſpectabili, vel clariſſimo viro, prout hoc habetur in l. 2. C. de temp. appel. Hodie autem ſciatur de iuriſditione ex ordine vnus tãtum fatalis dies eſt, i. annus. Sed ſi iuſta cauſa interceſſerit, alius annis indulget, & ita erit ſecundus dies fatalis quo tranſacto lite non conteſtata rata manet ſententia: vt in auth. ei, qui appellat, in dicto titu. de temp. app. Dicebantur autem fatales dies, quia in eis fatum, ideſt terminus cauſæ imponitur, vel mors accidit cauſæ.

F ante E.

Febris, vt diffinit in l. quęſitũ, de re iud. nihil aliud eſt, quam motus corporis contra naturam.

Federati, vide Fęderati.

Felonia dicit delictum, quod committit vaſallus contra dominum, vt habetur in vſib. feu. c. j. de alie. feu.

Fœnum an veniat appellatione frugum. no. Inn. l. j. §. Labeo, ff. de aqua plu. arc. & ſumitur fœnum octo modis, ſm Archid. in c. vnum orarium, §. pen. 25. diſt. Venit autẽ appellatione fructuũ: vt eſt tex. in l. ſi vſufructuarius meſſem. ff. quibus modis vſusfr. amit. & in l. gratum, ff. de verb. ſignific. & Lud. Rom. in ſuo no. 560.

Feriæ ſm Az. in ſum. C. eo. tit. dñr a foro quaſi ferię, quia pręſtant vacationẽ ab his, quæ conſueuerunt agi in foro. Et ſic feriæ ſunt quædam ſolemnitates temporum, in quibus cauſæ tractari non debent. Vnde feria vno modo capitur pro qualibet die in hebdomada, & ita ſeruat eccleſia dicendo, feria prima, feria ſecũda, & dicitur a for faris,

ſcilicet a fando, i. loquẽdo, quia ſingulis ferijs ſolo verbo loquendo Deus creauit hominem & omnia. Alio modo capitur pro die ſolemni feſtiuenda, & ſic dicitur a feriendis victimis, quæ offerebantur in ferijs, vel a feriendo ſecundùm Papiam, quia & ſi omnib. diebus abſtinendum ſit a malis, iſtis tamen præcipuè: vt in c.j. de fer.

Feriarũ aliæ ſunt repentinæ, quas Imperator, vel Princeps indicit repentinę pp victoriam, vel vxorẽ ductũ, vel filiũ natum, vel pp publicam cõgratulationẽ ob diem natalis Imperatoris, vt C. eo. ti. l. j. & dñr repẽtinæ, quia ſunt certè. immo quia repente, & ſubito indicuntur, & a nullo iudice indici poſſunt, niſi a Principe, vt in l. j. C. de fer. Aliæ ſunt ſolẽnes quarũ quædã indicunt ob reuerẽtiã Dei, vt dies dominicus, vt l. 2. C. eo. ti. & l. oẽs dies. Alię ob honorẽ Principis, vt die natalis, vel coronationis eius. C. eo. l. fin. & in d. l. oẽs dies. Aliæ aũt ob honorẽ ciuitatum, & Dei natalitij maximarum vrbium, vt Romæ & Conſtantinopolis, l. oẽs, præalleg. Aliæ ob neceſſitates hominũ, vel publicam vtilitatẽ, vt ſunt duo menſes, vnus gratia meſſium, alius cã vindemię, de quib. etiã in præalleg. l. oẽs dies. Has vero ferias Spe. eo. tit. non vocat ſolemnes, ſed iudicat ruſticas vel publicas, quia pp rempub. vel vtilitatẽ ruſticam indicũtur, & forte Spec. mouetur ex l. j. in prin. ff. eo. tit. Et ſtatuuntur hæ ferię ſecũdnm conſuetudinem loci, & ſecundum varios terrarum ritus, vt ff. de fer. l. præſides.

Feriæ Latinè, quarum mẽtio in l. 2. §. quoties, de orig. iu. olim inductæ fuerunt ob inducias inter popu. Rom. Latinosq́ue firmatas.

Ferri propriè dicimus ea, quæ quis in corpore baiulat, portari vero ea, quæ quis iuramento ſecum ducit. Agi vero vel duci dicuntur animalia, vt ff. de verb. ſig. l. ferri.

Ferruminatio eſt eiuſdem generis materiarũ ſolidatio, & coniunctio, vt ſi ſcypho argento fũdus ferreus apponatẽ, de hoc no. in l. in rẽ, ff. de rei vend. ſed applumbatio require ſupra in A.

Feudũ ẽm Hoſt. & Az. eo. ti. in ſum.

ſum.§.j. eſt beneficiũ alicuius rei, inueſtitura interueniente ſic cõceſſæ, ſeu datæ aliç, vt dñium penes concedẽtẽ remaneat, cuius occaſione recipiẽs, & ſucceſſor eius cõcedẽti dño ad id, de quo & quouſq; conuenit, aut feudi natura requirit ſ̃m diuerſarũ regionũ conſuetudines obligat̃, q b. deficiẽtib. iuri ſcripto obligatur. Pro diffinitione feudi, & vide gl. in vſib. feu. & q b. mod. feu. amit. in princ. & ſummã, ad quam ibi remittit̃ Dr̃ aũt feudũ a fidelitate, vel a fide, quem vaſallus dño prçſtare tenet̃. Nec.n. dẽt aliqua inueſtitura fieri ei, q fidelitatẽ facere recuſat, niſi feudũ eo pacto ſit acquiſitũ, vt de eo fidelitas nõ prçſtet̃, vt in cõſt. feudorũ p quos fiat inueſt. & p quos recipiat̃, c. nũlla, & c. ſeq. & in quib. cau. feudũ amit. in c.2.§. in vſi. feu. no. Item feudũ eſt res cõceſſa alicui ad vtendũ pro ſeruitio, ſ̃m Goff. eſt beniuola conceſſio rei pro homagio facta. Et addit̃ conceſſio beniuola, q a fit ex grata beniuolentia, & ergo beneficiũ dr̃. Etiam ideo cõceſſio dr̃, quia apud dñm remanet proprietas, & dñium directum, ſed vaſallus acquirit vſumfructũ & vtile dñiũ, arg. eorũ, q̃ not. de çmphyteuta, ff. ſi age. vec. pet. l. j.§. q in perpetuũ, & fuit hoc dictũ ſuprà. Poteſt ẽt ſic deſcribi. Feudũ eſt beniuola actio tribuẽs gaudium capiẽti, eũ ſeruitio retribuendo, per quam trãfert̃ vtile dñiũ de dño in vaſallum.

Feudũ ligium, ſ̃m Spe. tit. de feu. in trac. libellorũ, §. qm̃, ſuper homagiũ, vel porrò, eſt qñ cã & occaſione homagij ceperit a dño, vt cũ dato dicit alicui pauperi militi, ꝙ aliquẽ rẽ immobilẽ ſibi dare, ſi ei faceret homagiũ, & illam dedit, talis res vocatur feudũ ligiũ, & talis vaſallus homo ligius vocatur, & hęc probantur in l. feu. ſi de feu. cõtr. fue. vide infra, homagium.

Feudatarius eſt, qui feudum recipit, qui ẽt vaſallus dr̃.

F *ante* I.

FIctio iuris eſt, qñ incertũ de aliquo facto fingit ſtatuendo oppoſitũ exemplũ bene fingit vxorem ſtipulatã dotẽ reddi ſibi, licet ſit certò, ꝙ nũ fuerit ſtipulata,

ta,ſed in fauorem mulieris hoc fingit. Abb.extrà, in c. is qui.num.6.de ſpon.& in c.quanto, de præſum. De materia fictionum vide latiſſimè per Iaſ.in rep.ſolenni, l.ſi is, qui pro emptore, ff.de vſucap.

Fictio iuris differt a præſumptione, qa fictio iuris ſemper eſt cõtra veritatẽ, vt in iure poſtliminij, &c. Præſumptio aũt frequenter intelligitur ſtare cũ veritate, ſicut ſæpe ſtat. Ius.n.fingit aliud quã eſt, vt fingit mulierẽ ſtipulatã, quę non eſt, l.vnica.in prin.C.de rei vx. act. Fingit natum, qđ non eſt, ff.de ſtatu hom.l.qui in vtero. Fingit nõ eſſe natũ, quod eſt natũ, ff.de lib. & poſth.l.Titius teſtõ, §.Lucius. Fingit viuere, qđ non viuit, inſt.de excuſ.tuto.§. defuncti autẽ, ver.hi enim. Fingit non cõceptũ enim, qui mortuus naſcitur, ff.de verb.ſignific.l.qui mortui. not. Azo.in princ.ſum.circa decima prædicamenta. vt Goff.in ſum.de præſum.

Fictus ſecundùm Bal. aliquãdo appellatur cenſus. Bal. in ti.de pa.Conſtan.in ver. perſoluere,& cenſualis, C. de don. & Fel.in cap.ad audientiam, 7.col.ver.& dum remittit, de præſcr.

Fides eſt ſubſtantia rerũ ſperandarum, ad argm̃ non apparentium, ſm Apoſtolum in Epiſt.ad Heb.11. Primum dr̃, quia ſperare debemus, quod dictũ eſt a Prophetis futurum. Secundùm dr̃, quia prophetias iã completas debemus habere argumẽtum, i.probationẽ, non apparentium, i.de futuris complendis. Sed illa eſt quædam notificatio, & nõ vera diffinitio, quare magiſtraliter ſic diffinitur. Fides eſt voluntaria certitudo abſentiũ, infra ſciẽtiam & ſupra opinionem conſtituta. Auguſt. dicit: Fides eſt credere, quod nõ vides. Et duæ ſunt ſpecies eius, ſ. formata, & informis. Et capitur multis modis, de quo vide gl. bonam in c.firmiter.de ſum.Trin. & fide cath.

Fideicõmiſſum eſt illud legatũ vel relictum, quod committit fidei hæredis alicui dandum ab eo, vt cũ teſtator dicit, Hæres, fidei tuæ committo vt des legata, & commiſſa, vt ſecũdùm Az. in ſum. C.eod. tit.§.ſequitur. Hodie tamen non eſt

differentia inter fideicommiſſa, & legata, ſed olim multæ erant dñæ. Omne, enim legatũ fideicõmiſsũ dici põt & ecõtra, pro quo eſt text. Inſtit. de leg. §.ſed non vſque. Nam ipſorum eſt natura, ff.de le.j.l.1.vbi dr̃. Per oĩa exæquata ſunt legata fideicommiſſis.

Fideicommiſſarius eſt ille cuius fidei legatum, vel relictum committitur.

Adde, ꝙ imò fideicommiſſarius eſt ille, cui fideicõmiſſum præſtari debet, §.ſed quia, Inſtitutione de fideicom. hær.

Fideicõmiſſaria libertas, req. infra libertas.

Fideicommiſſaria hęreditatis petitio eſt, quæ cõpetit ei cui fideicommiſſaria hæreditas reſtituitur eſt ſenatuſc.Treb.aduerſus poſſeſſores rerũ hęreditariarum.

Fideiuſſor eſt, qui alienã obligationẽ in ſuã recipit, vel ſuſcipit fidem, principali nihilominus manẽte obligato, videlicet, qui ſe pro alio obligat, vt eo.ſ.principali debitore non ſatisfaciente, ipſe ſatisfaciat. Et dicitur quaſi iuſſu, alterius ponens fidem ſuam, vt inſtitutione eod,tit,in princ, ff.eod. l.1. & 2. Eſt autem fideiuſſor nomẽ generale, quia comprehendit ſub ſe mandatorem, & conſtitutorem, & eum qui ex toto in ſe alienã obligationem transfert, qui & promiſſor vocatur. Sed hi differunt inter ſe, quia conſtitutor non obligatur niſi præcedat obligatio, quę in iurib. data ſit, vt in l.. 1.& l.3.§.1. cum alijs, ff. de cond.pec. & l.3. C.eod.tit.

Fideiuſſor vero obligationẽ pręcedit, & ſequitur Inſtit. eo.tit.§.fideiuſſor. mandator aut nũquam ſequitur ſed ſemper præcedit obligationem, vt ff.man.l.ſi verò non remunerandi cauſa, ff.ſi poſt creditã, niſi in caſu, qui habetur in eo, §. ver.planè. Et dñã hic poſitam, gl.in l.pręall. §.ſi poſt. in prin.cui eſt ſimilis gl.C. eo.tit.ſuper rub. Et ꝙ præcedat obligationem, vide Hoſt.in ſum.eo.tit.§.1.

Fideiuſſor in rem ſuã dr̃, qui fideiubet pro aliqua re in ea cauſa qua res futura eſt eius, v.g. dedi procuratorẽ ad defendendum in cauſa mea, & fideiuſſi pro eo iudicatum ſolui, hoc caſu fideiuſſor in rem meam dicor,

cor, vt l.ſi defunctus, ff. de procur.

Fideiuſſio ita fit, ſi interrogetur fideiuſſor ſic. Fide tua iubes, quod iſte debet, & ille reſpondeat. Fide iubeo, vt inſt.eo.tit.§.in ſtipulationib. Hodie tamen ſecundum Hoſt.in ſum. eo.tit.§. qualiter, vulgares vtuntur hoc modo. Es fideiuſſor ꝑ tali, & promittis mihi pro eo. Et iſte reſpondet. Sic, vel promitto.

Fidelitas ſm Hoſt. in ſum. de feu. §.quid ſit fidelitas, nihil aliud eſt niſi iuſiurandum, ꝙ a vaſallis præſtatur domino. Et ibidē habetur plena forma fidelitatis, vt 24.q.5.de forma deiurciu. c. ego N. Et in quo differt ab homagio. no. in cle.paſtoralis, §.rurſus. de re iud.

Fiduciaria hæreditas eſt eadē quę fideicommiſſaria, l.certi, ff.ſi cer. pet.

Fiduciaria venditio dicitur, in qua pactum redimendi interponitur.

Fiduciarius hæres is eſt, cuius fideicommiſſum eſt, vt alij hæreditatem reſtituat, l.Seius, ad Treb.

Fieri incontinenti dr̄ hoc, qđ pōt committi iudicis arbitrio, vt dicit Alanus dē ap. c. an ſit. in gl.vlt.i. in actu ſe tenente, hoc eſt antequā contrahentes ſe ad alium actum, & negotia diuertant, ff. de verb. obligat.l. continuus, vide ſupra facere, vbi de hoc.

Figulinæ dicūtur loca in quibus figuli exercent officia ſua vel artem.

Filius eſt is quem nuptiæ demonſtrant, ff.de in ius voc. l.quia mater, vel per cōfeſſionem patris, & matris, c. trāſmiſſæ. qui fil.ſint legit. vel per affectū ext. de præſump.affette.2.q.6. ad Romanam, & ſtatur his coniecturis donec probetur contrarium ſecundum Gof.in ſum.tu. de nat. ex li.ven.

Filius largè, & ſm verā ſignificationem verbi ſe extendit non ſolum ad veros filios, ſed, & ad nepotes, & alios, quos mori proſequimur, quia dr̄ a philos, qđ eſt amor, verum ſm vſum, & conſuetudinem nō, ſed tantummodo de proprijs filijs intelligitur, inſt.vt ſupra, §.appellantur.

Filij noīe in ſtatutis filia non venit. Fel.in rub.de fi.inſtr. col.fin.& generaliter an, & qn̄ filij appellatione contineatur filia, tradit latiſſimè

Bar.in l.j.de ver.ſig.Et Dec. in l.fœminæ,de reg.iur. An aũt cõtineãtur nepotes tradit idem Bar.in l.liberorũ. de ver.ſig. Et palam eſt poſthumos quoq; filiorũ appellatione contineri, vt in §.fi.inſt.qui tur.teſt.

Filij ſm Az.in ſum. C.de nat. li.ſunt multiplices. Aliqui ſunt naturales & legitimi, vt q naſcuñt per legitimũ thorum. Alij ſunt legitimi tm̃, vt adoptiui. Alij naturales tm̃, vt nati ex cõcubina vnica,&.in domo indubitato affectu cõiũcta. Alij neq; naturales neq; legitimi,vt q ex illicito, & dãnato coitu nati sũt,đ his oĩb. eſt gl.inſt.de ado.ĩ pr.& gl. in c.p vener.q fil.ſint leg.

Filius adoptiuus Req. ſupra Adoptio.

Filius arrogatus. Req. ſupra Arrogatio.

Filiusfamilias dr̃, qui eſt in poteſtate patris vel parentis,l.nam ciuium, ff.de his qui ſunt ſui vel alien. iur.

Filius naturalis, & baſtardus idẽ importãt.gl.eſt ĩ rub.ff. de concu.Bar.in l.ex facto, §.ſi qs rog.in fi.ff.ad Treb.

Filij ſpurij dñr,qui de adulterio ex ſoluta cum non ſoluto, vel econuerſo concepti ſunt, c.tranſmiſſe,p1æall.l.vulgo. ff.de ſtat. hom.

Filiaſter filiaſtra eſt filius, vel filia ex alio coniuge genitus,vel genita, non ex eo., quem modo habet mulier. 30.q.1. ſi quis filiaſtrum.

Filiatio probatur,vt per Doc. in l.Luc.ff.de cond.& dem. per cõem nominationem parentum, & ꝙ natus eſt in domo mariti cõmorantis vxori vel conc. l.filium, ff.de his qui ſunt ſui, gl. c. Michael.de fil. presbyt.

Finium regundorum. Req.ſupra, Actio finium regundorum.

Finitimus.i. vicinus, cap. per tuas,de ſent.excom.

Firmum, & rarum differunt quia firmum dicitur eſſe de iure, Bart. in l. id quod pauperibus.iuncta gloſ.C. de epiſ. & cler.

Fiſcus eſt ſaccus regius,ĩ quẽ reducuntur vel cui applicãtur bona banuitorum, vel proſcriptorum, taliter accipitur, ff.locati, l. ſed ædes, §.fiſcus,vel eſt regij vel imperialis theſauri congregatio vel imperialium bonorum collectio, vel priuilegium, quia fiſcus multa habet priuilegia. vt notat Azo. in ſum. C.de pri. fiſc.

ad quod vide no. C. de iure fiſ. in rub. Et not. ꝙ dñia eſt inter fiſcum & rempublicam, ſicut inter ſpeciem, & genus. Fiſcus. n. eſt burſa ſolum de cõmodo pecuniario, ſed reſpublica pecunias, honores, præmia, & alia cõſiderat, no. in l. mancipia. C. de ſer. fug.

Imò in præall. §. fiſcos, nomẽ fiſci vas ex viminib. contextum ſignificat, vt ibi animaduertit Bu. Et quę olim eſſet differentia inter fiſcũ & ærarium, vide ſupra in ver. Aerarium.

Fit & fiunt, hęc verba non tm̃ reſpiciunt præſens, ſed etiã futurum, 25. q. 1. generati, in text. & in gloſ.

Male hoc no. autor ex eo tex. nam loquitur de verbo fit, quod gl. extendit etiam ad verbum fiat, non de verbis fit, & fiunt, quæ nullo modo aptari poſſunt ad tempus futurum.

F *ante* L.

FLagitare in l. 2. de priu. deli. eſt inſtanter pudicitiam alterius attentare, vt docet ibi Bud.

Flamines dicebãtur ſacerdotes gentilium, a filo quo in capite vtebantur, a quo dicebantur flamines, quaſi filamines nã nudis eos capitibus penitus incidere nefas erat, diſt. 21. cleros. poſt medium. Inde archiflamines, & protoflamines, vt eadem diſt. §. 1.

Floci noĩe intelligitur habitus habens manicas longas, & amplas. Cuculæ vero nomine habitus lõgus, & amplus ſine manicis vt in cle. ne in agro. §. verum, de ſtat. mon.

Fluctuare. i. dubitare, 12. diſt. c. illa.

F *ante* O.

FOdinę dñr loca vel foueę vbi aliquid foditur. diſt. 21. cleros. Inde dicũtur ferri fodinę fouęę, vbi foditur ſerrum, & auri fodinæ, vbi foditur aurum.

Fęderati ſunt nõ (vt Acc. putat in l. nõ dubito. de capt. & poſtli. reuer.) quib. cũ induciæ factæ ſunt, ſed cum quib. pop. Ro. amicitiã (vulgo ligam vocamus) coierat, ſocioſq; appellabat. Bu.

Fęnerare apud Iuriſc. eſt fęnori pecuniã accipere, vt annotauit Alc. li. 4. de ver. ſig.

Fęnebris pecunia, q̃ fęnori datur,

tur, §.pen.inſt.quod cũ eo.

Fomes carnis eſt lãguor natu ræ vel animæ, qui appellat̃ cõcupiſcẽtia carnis, 15.q.j. §.itaque, & non eſt peccatũ, ſed pęna peccati. Et dr̃ animę ex coniunctione carnis, §.itaque.præalleg.

Foraneus dicitur, qui forum tenet, vel de foro venit, 3. q.6.peregrina.

Foreſta eſt locus vbi feręinhabitant, vel includunt̃, gl.in c.cum dilecti.de don. alias dr̃ latum nemus, de his ponit Fel.in c. Rodulphus, in 16.col.alias 13.verſic.quid autem ſit foreſta. de reſcr. Et vbi quis habet vſum venandi, ſecundum Ber. de don.cum dilecti, in gl.j.

Forma facies cuiuſq; rei, ſeu figura, l.mulieris. de verb. ſig.qñq; ſumit̃ pro ordine, hoc eſt de curia vel claſſe. l.ſcrinijs.C.de palati.nonnunquã pro ligno, quo calcei informãtur, l.ſed & ſi. ad leg.Aquil. A Doct.verò plerũq; accipitur pro ſolẽnitate, quæ a iure requirit̃ in cõficiendo aliquo actu.

Formula req.ſupra, Actio.

Formidoloſus pro timido, §. ſinautẽ. inſt. de pup.ſubſt.

Fornicarius idem, quod piſtrinarius vel piſtor, l.ſi ſeruus, ff.ad leg.Aquil.

Fornicarij, ĩ l.q̃dã, de vſur.ſũt opifices, ꝓpolę, inſtitores, qui a fiſco cõducũt tabernas ſub arcubus, qui fornices appellantur, vt ibi merces ſuas venales hẽant.Bu.

Fornificatio cuiuslibet illiciti coitus genus, ꝗ fit extra vxorẽ legitimam, ſpecialiter in vſu viduarum, meretricũ, vel concubinarum.

Forſitan qñq; capitur nõ dubitatiue, de vo.& vo.reden. c.magnæ.& ſic eſt expreſſiuum veritatis, de ꝓc.tuę, 33.q.2.admonere.circa mediũ, & de pę.di.j.quãobrẽ. de ſup. neg.pręl. c.j. lib.6. vide gl.in c.2.de teſt.

Forte qñ ſit dubitatiuum facti, & qñ iuris, no.Arch.11. q.3.nolite, etiam quandoque capitur certitudinaliter pro expreſſiuo veritatis, & non pro nota dubitationis, vt in multis iurib.

Fortuitus caſus eſt inopinatę rei euentus, qui ꝓuideri nõ põt, vbi ergo diligẽtiſſimus pręuidiſſet, nõ eſt caſus fortuitus, vt in c. Ioannes, de homi. Et de materia caſus fortuiti, vide Abb. in d.c. Ioannes, nu.4. vbi ẽt dicit Abb. ꝙ caſus fortuitus nõ imputatur dando operam

rei licitę, ſecus ſi rei illicitę, vt in c.dilectus, eod.tit. de ho.Et no.caſus in quib. diligentiſſimus prouidere non poſſet, in l.ſi quis domum, ff.loca.

Forus eſt exercendarum litium locus a fando dictus, vel a Foroneo Rege, q primo Græcis literis legẽ dedit, vt extra de verb.ſign.c. forus, & 6.diſt. Moyſes.

Item forus idem eſt, qđ tribunal, & vt Az.dicit, forus ponitur pro burſa, & alio mõ dr̃ formariũ, vt ait Pla. de quib.ſedilia iudicãtium cõficiunt, idemq; appellatur prætorium. Tribunal autẽ dr̃ maiorũ iudiciũ, ſ. quia habẽt merum imperium: Papę aũt propriè dr̃ concistorium. Item eſt planicies in naui. Item eſt locus vbi merces reponunt. Item eſt foramen rei inanis. Itẽ ſcriptorium foraminoſum ꝓ imponendis pennis, & cornibus, vel calamis ad ſcribendum deputatis. Et hæc ſignificata habet forus, vt plurimum in maſculino genere, ſecundùm Hoſt.in ſum.de foro comp.§.j.

Forum aũt in neutro genere, ſm Hoſt. ibidẽ ponit pro loco deputato ad emendũ vel vendendum res. Aliter autem ſm Az.dr̃ diſtrictus ciuitatis vel territorium iudicis, in quo animaduertere & punire habet delinquentes, l.pupillus, §.territorium, ff.de verb.ſig. Et veniunt ibi, quæ ſunt iuriſditionis, non quæ ſunt ordinis, & dr̃ quaſi fodiũ eo, ꝙ qui ſunt in diſtrictu ad fodia vel munera, ſeu angarias cõpellũtur. Vel dr̃ a ferẽdo, eo ꝙ munera ſubeũt, & ferunt. Aliter Goff. & Hoſt. ibidẽ conuenientes, forum inquiunt, eſt idẽ qđ tribunal, quia tribunal fortè habet aliquã ſimilitudinẽ cum foro, quia ſicut in foro venali, qđ nos nominamus forũ conueniunt multi vendentes, & ementes, ſiue res venales inferẽtes, ſic etiam in foro iudiciali, ſ. in tribunali conueniunt multi litigantes, ſeu contentiones, & lites inferentes, & exinde diffinitiones reportantes.

Foro cedere, l.ſi hominem. ff. depoſi. dicuntur argentarij, cum tabernis, i. menſis ſuis cedentes, quas in foro publico Romæ conductas habebant, alio habitatum migrabant, Bud.

F *ante* R.

FRamea accipitur pro lancea ſeu haſta, de qua meminit Iuuenalis dũ dicit, Et Martis frameam, & Tiræi ſpicula vatis. Et ita dẽt intelligi locus Vlp. in l. 3. §. armis, ff. de vi & vi arma. licet aliqui aliter intelligãt.

Frater dicĩ quaſi ferè alter.

Fratris appellatione continetĩ ſoror, tex. in l. Lucius, §. quęſitum, ff de l-g. 3. & no. in l. fratres. ff de pact.

Fratres cõiter dñr oẽs Chriſtiani, tã laici, q̃ clerici per lauacrũ regenerationis in baptiſmo, c. ad mẽſam 21. q. 3. Itẽ ante cõcilia Apoſtolorũ in primitiua eccleſia oẽs appellabanĩ fratres diſcipuli Chriſti, 22. diſt. ſacroſancta. propriè tñ religioſi mẽdicantes nõ hñtes bona in cõi fratres dñr, & alij habentes bona in cõi, vt ordinis S. Benedicti, Ber. & c. qui monachi dicũtur. clem. dudum ſep. & clem. exiui de paradiſo. de verb. ſig. & ẽm Pe. monachi non appellãtur fratres propriè, licèt largè loquendo ſic. Sic etiam demonialibus, quæ de ordinib. mendicantium dicuntur ſorores, & aliæ monachæ moniales, vel ſanctimoniales.

Fraternitas quot modis ſumaĩ in iure, not. Io. And. in cõmento decret. Ioannes de reg. & tranſeunt ad reg.

Fratres cõſanguinei, ſunt fratres ex eodẽ patre, & eodẽ ſanguine geniti, §. ſũt aũt. inſtõne, de leg. agna. ſucc.

Fratres patrueles, ſunt duorum fratrum filij, vt d. §. ſunt autem, & inſt. de gra. § quarto gradu.

Fratres vterini, ſunt filij eiuſdem matris, vt exponit gl. inſtitu. de leg. agna. ſucc. §. hoc etiam.

Fraus idem eſt, quod dolus. Nota tñ quandam differẽtiã in l. iuriſgentium, §. prętor, ff. de pact. vbi vide gl. tñ fraus capitur prout fit legi, qñ quis facit contra ſignificatum legis, quæſita palliatione, qua videatur non agere in fraudẽ legis, ff. de leg. l. fraus, v. g. filiuſfamilias indiget pecunia, petit a me ſibi mutuari, video, quòd per hoc incide- rem in ſenatuſconſultum Macedonianum pecuniã non mutuo, ſed frumentum, vt vendat, & pecuniam habeat, ne videat incidere in Macedonia-

num, certè ego nihilominus incido, vt l. ſed Iulianus.§.mutui.ff.ad Maced. Fit ergo fraus legi, qñ fit contra ſignificatum legis palliatione quæſita, ſed fit cõtra legẽ, quando fit contra id qđ per legem ſignificat nulla palliatione quęſita, ff. de leg. l. contra legẽ. Ex his patet, ꝙ ſi bona fide mutuo filiofamilias, frumentũ, credens ipſum indigere, nõ incido in Macedonianũ, quia nec facto, nec animo facio cõtra eius ſignificatũ. Et hoc ẽt ſi ſit error intollerabilis, quia fraus requirit animũ, ſecus ſi pecuniã mutuo errãs in iure, quia talis error nõ excuſatet, eo qđ factũ eſt cõtra ſignificatum legis, arg. l.2. C. ad Maced. Et not. ꝙ interdum fraus accipitur, pro delicto. Vnde fraudem capitalem admittere, i. tale aliqd delinquere, propter qđ pęna capitis ſtatuta, ſit l. cum autem, ff. de ędi. edi.

Frequẽter fieri dr̃, qđ aſſiduè fit, ff. de inoff. teſt. l. nam, & his de minor. l. & ſi ſine. Qñq; quod his fit in auth. de defen. ciuit. ad fin. & ibi no. Qñq; exponitur, i. multoties, in proœ, decretaliũ, §. ſanè. Qñque, i. vôl̃tu neſariè, C. de vſur. pup. l. j. Quãdoq;. i. ſæpius, 18. q. 2. non ſemel. habetur hæc dictio extra, vt li. non conteſt. c. quoniam frequenter.

Fribuſculum in l. cum hic, de don. inter vir. & vxo. ſu mit pro digreſſu tpario vxoris ob iurgiũ cũ marito. Sunt tñ qui legãt friguſculũ eò ꝙ ob eiuſmodi digreſſum aliquantiſperrefrigeſcat ardor amoris coniugalis.

Friuola in l. ſolutum. de pig. act. accipiuntur oro vili, & tenui ſupplectili, qualis inquilinorum eſſe ſolet.

Fructus dicuntur qui ſuper ſunt deductis expẽſis, quæ fiunt graria fructuum acquirendorum, & colligendorum, & conſeruandorum, vt ff. de per. hæred. l. ſi a domino, §. fructus.

Fructus appellatione cõtinet collatio beneficiorum, quę dñr eſſe in bonis, & fructu menſæ epalis, not. gl. in c. cũ olim, de maior. & obed.

Fructuum aũt alij ſunt induſtriales, vt frumentũ, vinũ, oleum, & ſimilia, ſ. lac & lana, quæ ſine induſtria hominis non proueniunt. Alij sũt fructus naturales, qui ex ipſa natura proueniunt,

niunt, ſine magna,ſ. induſtria hoīs, vt poma, pyra, ficus, & hmōi. Vtraq; diffinitio pōt colligi ex l.fructus, ff.de vſuris, de reſtit.ſpol.c. grauis, in glo.fi. Sunt ergo naturales fructus in quib. factum naturale præcedit factum hominis, vt ex ſolo rudi vſu poſſumus illi vti, ſed induſtrialib. non ſic ſolo vſu rudi, ſed curis adhibitis, licet etiā naturā cooperetur, cura tamē maior requiritur, non modica, & perfunctoria, ſicut in naturalib. vide gl.in l.ſequitur, §.fructus. ff.de vſucap.

Fructus percepti dnr qui aliquo modo sūt a ſolo ſeparati, & in horreis recōditi.

Fructus percipiendi dnr, qui immaturi ſunt, verus dns poſſidet, de his in Spec.eo. tit.de fruct. & lit. expen. & Azo.in ſum. C.de re vend. Vnde fructus diuerſimode ſignificat acceſſionē vſumfructū, ſeu ius vtendi fruēdi, & ius fruendi dempto vſu primo ſignificat acceſſionē, & hanc dupl'r.ſ. ſtrictius ex eo qđ ex pdijs percipitur, vt nō cōprehendat fętus aīaliū, vel vſuras pecuniariū, ſicut ſumitur in rub.de vſu, & vſufru. nam ibi fructus ſumitur prout diſtinguit ab vſura, & a pecudib. quia ī his ōt fructus eſt.l.in pec.ff.de vſu.nō autem cōprehendit partū ancillę. Magis latè aūt ſignificat, vt ēt cōprehendat vſuras, vt l. vſuræ, ff. de vſur. Itē, & penſiones prædiorū, pdiorū, eo.tit. Secundò, ſignificat vſumfructum: nā legato fructu fundi, vr legatus vſusfructus, l.per ſeruum, §.ſi vſusfructus, ff.de vſu & hab. Eſt notandū, ꝙ in fructu id eſſe intelligit, qđ ad vſum hominis inductū eſt.l.pen.de vſufru.leg.

Frui dr, qui fructus percipit.

Fructuarius eſt q rei dns non eſt, vt in l.vti frui. §.ſi vſufru.petatur. Tn in quibuſdam caſib. pro dño habet, ſ.in percipiendis fructib. ff. de vſu.l.ſi Titio, §. j. Et qūo differant ab vſuario, require infra vſuarius.

Frugi hoīes appellātur diligētes, & probi.l.ſi vendita. ff. de peri.& com.rei ven.

Frugū appellatione cōtinentur omnia quib. homo veſcitur, præter carnes, & poma. l.frugem.de verb.ſign.

Frumentum id eſſe qđ ariſtā habeat Gallus diffiniuit. l. frugem, de verb.ſign.

Fruſtatim, ideſt minuatim, & quaſi per fruſtra, 13.q.1.§. item Apoſtolus.

Fruſtra, not. Arch. de accu. c. 1. lib. 6.

Fruſtrari tempus dicitur, cũ fruſtra inaniterq; cõſumitur, l.ſed & ſi. §.actio.ff.ex quib.cau.maio.

Fruſtratio videt̃ vſurpari pro calumnia. l. ſi calũnietur. de verb.ſig.alioquin deceptionem ſignificat.

F *ante* V.

Fvcare eſt tingere, l. j. C. quę res ven.non poſſ.ferè aũt ad artificioſum, & adulterinũ colorẽ refert̃.

Fuerit hoc verbum in vltimis voluntatib. plerunq; futurũ tp̃s demonſtrat. Bart.in l.hoc articulo,de hær.inſti.

Fugitiuus eſt,qui ea mente recedit ne redeat ad hominũ licet poſtea redeat, vt ff.de ædi. edil. l. quis ſit fugitiuus, de hoc vide Azo. in ſum. C.de ſeru.fug.

Fugitiuarij olim fugitiuorũ ſeruorũ reprehẽſores erãt qui eam operã profitebantur, vt fugitiuos inueſtigarent,& reducerẽt.Hoc verbo vtitur Iuriſ.in l.ſi apud, de perſcript. verb.

Fulcimentũ & fultura dicuntur ſuſtẽtaculum cuiuſpiã rei a fulciendo, l.quæſitũ, §.regulam, de fun.inſtr. & l.ſicut, ſi ſer. vend.

Fullones dicuntur mundatores & dealbatores veſtium, & earundem decoratores ſeu coloratores.

Fullonicas pro officinis fullonum dixiſſe videtur Vlpia. in l.3. de aqua plu.arc.

Fulminare dr̃ iudex iniuſtè, vel indeliberatè ſententiã proferens ſine maturitate, de ſenten.exc. c. 1. lib.6.

Functio eſt vſus cõſuetus,functus ab eo,qui fungebatur honore aliquo aut officio. Hinc dr̃ functus vita, qui iã impleuit officiũ vitę.Vnde dicitur quod mutuæ pecuniæ magis functionem in genere ſuo recipiũt per ſolutionem q̃ per ſpeciẽ, i. ſoluẽdo mutuam pecuniã magis vtimur genere,i. rei materiæ,quàm ſpecie,i.eodẽ corpore,aliter non eſſet mutuum vel mutuatum,ſ. de meo tuum,ſed commodatũ,ſ. ad commodũ vtentis datum,ff.de reb.cred.& ſi cer.pet. l.mutuum.

Functio publica, require. ff. de publ.& vect. l.j. §.hic titulus, ſuper ver. pendãtur.

Fundatur intentio per teſtes, vel

vel inſtrumenta, vel cōfeſſionem vel euidentiam facti, vel præſumptiuè, vt eſt gloſ. in ver. fundauerit, c. finem, de dolo, & contu.

Fundus eſt manſio alicuius cū acceſſionib. Aliter diffinitur, vt in l. quæſtio. ff. de ver. ſig. Et no. ꝙ fundus eſt nomen homogeniū, quia quęlibet pars fundi dr̄ fundus. Sunt.n. homogenia, in quib. eſt idem prædicatum in parte, quod in toto, vt aqua, terra, lignū, panus, &c. Alia dn̄r heterogenea, in quib. pars nō capit eandem denominationem cū toto, vt domus, cathedra, tunica, nauis, pons. Vnde non valet legatum fundi, & eſt deriſorium. l. legato, ff. de leg. 1. nā legando ſpatium palmæ de fundo, diceretur fundum legaſſe. Sed ibi bona gloſ. ꝙ non valet legatum generale legando rem, ſubſtantiam, vel animal, quia muſcam dando liberaretur.

Fundus agonothericus, req. Azo. in ſum. C. eo. tit.

Fundus dotalis is eſt, qui matrimonio contracto datus eſt ſponſo.

Fundus quaſi dotalis dr̄ qui traditus eſt ſponſo nondū ſecuto matrimonio, pro quo etiam ſuperiori dicto facit. l. 1. ff. de fun. dot.

Fundus inſtructus eſt ædificatus vel cultus.

Fūdus iugeus eſt terra, q̄ mō nō aratur, licet olim fuerit fertilis, aliàs q̄ modo arat. licèt olim fuerit ſterilis.

Fundus limitrophus, alias limitatrophus, & alias militatrophus, dr̄ a trophos, i. deſcriptio, & limite, vel milite: quaſi deſcriptus ad vſum militū, qui milites imperiū cuſtodiunt, vt C. de fun. limi. l. j. & l. fi. §. accipit, li. 11. Aliter dr̄ fundus limitoſus, vt ibidem de fun. limi. & pa. lud. Sed melius eſt dicere, ꝙ limitrophus deriuatur a limite, & trophos qđ eſt nutritor: nā hi fundi aſſignati erant militib. cuſtodientib. limites, ſeu limina imperij, vt ex eorum fructibus alerentur, qui & limitanei appellantur.

Fūdus releuatus dr̄, q olim erat paluſtris, nunc aūt factus eſt ſerenus aliàs terrenus. C. de fun. patri. l. fi. li. 11.

Fundus ſaltuenſis eſt fundus, in quo eſt ſaltus, C. de fun. patri. & ſal. l. fin. lib. 11. Require infra ſaltus.

Fūditus aduerbiū eſt, & quandoque

doque exponitur, i. ex toto, vt de elect. c.quia ſæpè. circa fi.in 6. Qñq; ideſt, penitus.C.de ſacroſ.eccl.l.decernimus.Quandoq; exponitur, i.vſq; in fundo, ff.de vſucap.l.fi. Item vide plenè de hoc aduerbio per Bart. in auth.decernimus. C.de ſacroſan.eccleſ.

Funeraria actio. Require ſupra actio funeraria.

Fur eſt, qui clam, obſcurre, & plerunq; de nocte rem alienā amouet inuito dño gratia lucrādi, ſubaudi ſine armis, vt in auth.ſed nouo iure, C.de fur.& ſer.curru. & dr̄ fur a furno, quod idem eſt qđ nigrum, quia vt plurimū in obſcuro furatur, vnde, Qui malè agit, odit lucem, de off.dele.cōſuluit.

Fur manifeſtus dr̄, qui in ipſo maleficio eſt deprehenſus, vel in loco in quo commiſſum eſt furtū, vel poſt furtum, dum tamen cum furto deprehēdatur antequā deportauerit ad locum ad quem deſtinauerat, inſtit. eo.tit. §.manifeſtus.

Fur non manifeſtus dicitur, qui rē detulit quo deſtinauit.tit.p̄alleg.§.ſed ſi pertulit, vel ſic dicitur, qui cū re furtiua in ipſo actu furandi non deprehenditur, ſed iam deportauerat rem furtiuā in locum in quem deſtinauerat, nihilominus cōuincitur poſtea de furto.

Furtū eſt cōtractio, vel cōtractatio fraudulēta, ſeu fraudulosa rei alienæ mobilis corporis, q̄ fit inuito dño, cuius res fuit, aīo lucrādi, ſ.grā rei, vel poſſeſſionis, vel vſus, vt ff.eo.tit.l.1. Dicitur aūt furtum ſm Azo. a furno.i.nigro, eo ꝙ clam & obſcurè, & plerunq; de nocte fiat, vel dr̄ a fraude, vel a ferendo, vt l.j.in princip.ff.eo.tit.& Inſti.de obl. quæ ex delict.naſc. in prin. §. furtum autem.

Furti actio, require ſupra actio furti.

Furti condictio. require ſupra condictio.

Furtum conceptum eſt cum quis præſentibus teſtibus apud aliquē rem furtiuam quærit, & inuenit, vt inſtit. de obliga.ex delic.naſcun. §.conceptum furtum.

Furtum domeſticum dicitur, quod ſerui dominis, liberti patronis, mercenarij illis apud quos degunt ſeu operantur ſurripuerint.l.reſpiciendum. ff.de pœn.

Furtum oblatum eſt cū quis rem

rem furtiuam alicui obtulit, vt potius penes eum, quàm penes ſe inueniret.

Furtum prohibitū dr̄ cū quis volentē rem furtiuā quęrere prohibuit, vt d.ti.de obl. quæ ex delic. §.eſt etiā, vbi dicitur, ꝙ hę actio. nec furti concepti, oblati, prohibiti, & non exhibiti, in deſuetudinem abierunt.

Furioſus differt a mentecapto, nam furioſus furore quodam animi agitur. Mentecaptus vero magis inquiete eſt, nullaq; ſigna extrinſecus oſtendit, idéq; eſt, qui & de menſe, ita Doct. in §.j.inſt. de curat.

Futurum ponitur pro præterito, vt ff.ſi cer.pet.in l.vl ima, ſ̄m vnam lecturam. Quādoque futurum comprehendit præteritū, vt ff. de iure codicil. l.plotianā.

G ante A.

GAllicantus eſt in ſecunda hora noctis C.de trāſact.l.non minorem.

Ganea eſt amica, vel amaſia, & non poteſt eam ſcholaris inuitis ſocijs in hoſpicium ducere, l.non aliter, ff.de vſu, & hab.

Gaſtaldus eſt maior dominus, qui habet curam exteriorum rerum epiſcopi.

Gazophylaciū eſt locus, vbi chartæ reponuntur. extra de prob. c.j. & ibi per Bar. Sed rectius ibi legitur chartophylacium: non gazophylaicū eſt repoſitorium gaze, quæ vxor eſt Perſica quicquid poſſidemus ſignificans.

G ante E.

GEminatæ, ſ̄m Pōponium in l.etſi non ſunt.§.ſi.de au.& arg.leg. ſunt perlucidæ materiæ veluti ſmaragdichryſoliti amethyſti: lapilli autem ſunt contrariæ naturæ gemmis.

Gener meus eſt maritus filiæ meæ, vt in l.non facile. ff. de grad.affin.

Gener etiā dr̄ neptis, pro neptis, & deinceps maritus, nedū filię, l.gener, de verb. ſign. Immo nō tm̄ maritus, ſed etiā ſponſus, l. Labeo, & l. Seruius, de grad.affin.

Gener, i. conſanguineus, in auth.de iure nup. in prin. Atqui vox generi, in dicta authent. deducitur a genus, non a genus.

Generalis abolitio. Rrquire ſupra, Abolitio, & vide de hoc

hoc Az. in ſum. C.eod.tit.
Generali ſermone perſona loquẽtis intelligitur excepta de iureiur.petitio. vbi concor.in gl. Et intelligiẽ hoc rẽ, quia fallit interdũ vbi obligatio vel pactũ præcedit, qđ inducit æquitatem quandam includentem ẽt perſonam loquẽtis, vt ſi recepiſſem decem a te, & promiſiſſem tibi dare turrim contra oẽs homines, tunc teneor ẽt dare contra me ex pacto, de hoc in cap. de forma, 22.q.5. qñq; etiam generali ſermone nec familia loquentis intelligiẽ.
Generalis locutio generaliter eſt intelligẽda, ff.de off. præſid.l.præſes, licet gñale verbũ nõ ſit ſemper gñaliter intelligẽdũ, de iureiur. cap. ad noſtram. in gl. vlt.
Generaliter dr̃, quod immo etiam indefinite intelligẽdum eſt, de coniug.lepro. c.qm̃, in gl.ſuper verbo generali, & 19.diſt. ſi Romanorũ, ff.de pub.l.de pretio.
Generalia verba ſunt ad cuiuſlẽ modum referenda, ff.de ſer.l.ſi cui, & generalia verba acceſſoriè appoſita reſtringunẽ ad ſuũ principale, l.pdijs, in prin.ff.de le.3.
Generalis allegatio, qñ ſufficiat, & quando non, no.in cap.veſtra, de cohab. cler.
Generalis cl'a ſignificat, quod eius ſignificatum probare vel ſignificare pbat, & tũc non pertinet ad expreſſe noĩata, ff.de ver.obl.l.doli, v.g.teſtator filius inſtituit, & inuicẽ ſubſtituit, & poſt filiũ exhæredauit, quæ exhæredatio, vel cl'a nõ reuertiẽ ad inſtitutionẽ, immo ad ſubſtitutionẽ, vt in l.j. in fi. C.de lib. præt.vel exhæred. Itẽ ibi, pater vnã filiã inſtituit, & filiũ exhæredauit, deinde aliũ filium ſuſtituit, exhæredatio refertur ad ſolũ gradum, inſtõnis, vt l.3.§.filius, ff.eo. tit.
Genitalis feritas, i.a genere proueniens, inſt.ſi quadr. pau.fec.di.§.j.
Genitiuus importat dñiũm, Fel. in c. quia gu. de iu.in prin.non tñ ſemper importat dñium, & ſic aliquãdo denotat nudã detentationẽ ex cõmuni vſu loquendi, vt ſunt iſti ſimplices detentores, depoſitarij, commodatarij, & coloni, quia ſolent appl'i poſſeſſionẽm ſuam.quam colũt, de quo vide bonam gl.in l.2. ff.de orig.iu.adde tamẽ, ꝙ genitiuus ex propria, & ſtricta ſignifi-

ſignificatione verborũ denotat dñium, & ideo genitiuus poſitus in ſtatutis dẽt intelligi in dñio vero. Ab. in c.2. de poſtul.præl. in 7. col. verſ. vide tamẽ ad principale, & per Bart. in l.j.§. poteſtatis, ff.de pec. & in l. paru. ff. nau. cau. ſtab. & in rub. de no. ope. nunc. ff.

Genitores noſtri dicuntur noſtri priores maiores, vt in auth. de mand. princ. §.j.

Gens, & populus idẽ ſunt, & ideo qđ faciũt populũ, tot faciunt gentẽ, l.oẽs populi, de iuſt. & iu. & inſt. de iure nat. gen. & ciui. §.oẽs populi. decem aũt faciunt populũ, vt eſt gl. in c.j. de ele. vide Bar. in l. ſicut, §. in decurionib. ff quod quiſque iur. & in l. prætor, ff. vi bo. rap. Sępe tamen gentis appellatio refertur etiam ad agnationem, l. pronunciato, de verb. ſig. vnde, & gentiles pro agnatis, ſeu quidem eadem ſunt familia.

Genuina pietas, in l.3. de lib. ho. exhi. ꝓ ingenio patris in filiũ affectu atq; amore.

Genus eſt, qđ prędicat̃ de plurib. differentib. ſpecie, gl. inſt. de iu. nat. gẽ. & ciuil. §. cõſtat. & §. plebiſcitum, vt hoc genus animal prędicatur de homine, equo, leone, & alijs aĩaliũ ſpecieb. Dicimus.n. homo eſt aĩal, leo eſt aĩal, & ita de alijs. Fere tñ ſemper iuriſcõſulti ſumunt genus pro ſpecie logicorum, immo, & qñq; ponitur genus pro toto ſicut & ſpecies pro parte, vt in præall. §. plebiſcitum, nã ibi dr̃ plebem differre a populo ſicuti ſpecies a genere, qđ vtiq; falſum eſt, ſi accipiamus genus, & ſpeciẽ prout dialectici, cum ẽm eos poſita ſpecie ponatur, & genus ſub qua comprehenditur, & tamen poſita plebe non ponit̃ populus.

Gerere, reſpice in ver. agere, & in ver. factum.

Gerere pro hęrede quid ſit, palam eſt ex §. vlt. inſt. de hęr. qua. & dif.

Germanus dicitur frater ex eodem patre natus, §. hoc. inſt. de leg. agna. ſucc.

Germina ſunt virgulta de radicib. arborum enaſcẽtia, vnde geminalis arbor. in l. diuortio, §. puto, ſol. mat.

Gerontocumiũ locus eſt vbi hi, qui ob ſenectutem vires amiſerunt aluntur, & curantur, de quo meminit Imperator in l. illud, §.j. & ibi gl. C. de ſacroſan. eccl.

Geſtatio, locus quo geſtabantur ſanitatis, vel voluptatis gratia, l. competit. ff. quod vi aut clam.

Gerundium ſumiť pro eo, qđ per hãc dictionẽ ſignificãtur, & ſignat cõditionẽ, declarationẽ modum, vel qđ ſuũ ſignificatum, vel aliud aliũde ſumptũ ſignificare probat, v.g. duo ſunt inſtituti, & vnus alteri ſubſtitutus, ſi vnus repudiat partẽ ſuã, adeũdo partẽ alterius deficiẽtis, ex ſubſtitutione pars per ipſum repudiata ſibi quęriť, hoc gerũdium adeundo exponiť cõditionaliter, C. ſi adiecit. l. ſi tu ex parte, & ibi not. ff. de acq. vel omit. hær. Itẽ ibi vim facit, qui poſſidentẽ nõ permittit vti arbitrio ſuo, ſiue ędificãdo, ſiue arãdo, vel ferẽdo, vel quicquid aliud faciẽdo, l. vim facit. ff. de vi, & vi ar. ſignat declarationem illorũ verborum, & nõ põt ſignificare cõditionẽ, quia referť ad verbum præſentis tẽporis, quod eſt, facit. Nec eſt ibi aliqua diſpoſitio, quæ poteſt ſuſpẽdi per hæc gerundia, ędificando, arãdo, &c. Sed ibi, lego ad monumentum faciẽdum, ſignificat modum, l. quib. dieb. §. fi. ff. de cõd. & dem. Et differentiam inter conditionem, & modum, vide gl. 2. c. verum, de cond. app. Vnde, Scito ꝙ vt modus eſt ſi conditio, quia cauſa. Item ibi, lego pro docendo talem diſcipulum, ſignificat conditionem, quia moris eſt prius docere, ꝗ ſalarium ſolui. l. nec ſemel. ff. quando di. le. ced.

G *ante* I & Y.

GIſſare, i. ſigna, no. l. j. & ibi gl. C. nemini licere ſine iu. aut. ſig. rub. &c.

Gyneciarij ſunt, qui pannos Imperiales texunt inſerendo ſericum & aurum.

Gynecyum eſt locus, vbi hęc fiunt, vt C. de muril. & gyn. lib. 11.

G *ante* L.

GLadius, pro iure, & poteſtate animaduertendi facinoroſos. i. Imperium. de iuriſd. omn. iud.

Gladiatores, gladijs pugnantes, etiam diſcendi cauſa.

Glandis nomine omnes fructus continentur, ff. de glan. leg. l. vnica.

Glans caduca, quæ ex arbo-

re

re cecidit.

Gleba eſt quædam ſpecies terræ, generaliter tamē ſumitur pro ſolo, vel pro terra culta. Require ſupra aſcriptitius glebæ.

Glos dicitur vxor fratris, l. nō facile. §. affinitatis. ff. de gradibus.

G ante N.

GNarus. i. ſapiēs, vel prouidus, cui opponit ignarus qđ inde venit. i. inſipiens.

Gnauiter. i. diligenter, l. fin. C. de epiſ. & cler.

G ante O.

GOliardi. i. bufones, ioculatores ijdem ſunt.

G ante R.

GRadus ſcđm Goff. & Hoſt. in ſum. de conſang. & affin. eſt quædam habitudo, ſiue diſtantia perſonarum adinuicem conſang. & affin. ſibi coniunctarum, facta collatione ad communem parētem, vel eſt vnius perſonæ diſtātia ad aliam in linea conſanguinitatis, vt l. 1. cum ſeq. vſque ad §. affines. l. non facile, eo. tit.

Grammatophylaciū eſt, vbi tabulæ, & inſtrumenta publica, monumentaq; rerū geſtarum adſeruantur. Bu. in l. moris. ff. de pœ.

Granaria ſunt loca, in quib. grana, ſeu fructus componuntur, ſic accipitur. ff. de act. empt. l. granaria.

Grandæuus dr̄ annorum 29. vel 30. quia hæc ætas virilis eſt, vt no. 77. diſt. quicunq; per ca. epiſcopus, eadē diſt. Quandoque dicitur grandæuus. i. ſenex. 1. Re. 4.

Grandis natu dr̄ paulo minor quinquagenario. l. 2. §. fi. de orig. iur.

Grangia habetur in c. fin. de cenſib.

Graphia, i. ſcriptura.

Graſſarij dr̄ latrocinari, vel crudeliter agere inde graſſor graſſaris. i. nitor ad malū, īſt. ī gl. de ſu. tu. §. nouiſſime. Req. ſupra. Craſſari.

Graſſatore, idem ſunt qđ dietarij, de huius dictionis expoſitione vide, qđ no. ff. de pę. l. capitalium. §. graſſatores, Req. ſupra, dietarij, & in ver. Graſſaturæ.

Gratia duplex eſt, operans. & cooperans, vt eſt gl. in verbo cooperāte gratia. cle. 1. de mag. Et gratia eſt habitus, qui fundatur in volunte

te in eſſentia animæ. gl. in clem. 1.de ſum. Trin.

Gratia apoſtolica perfecta dicitur, qñ ſuper eam confectæ ſunt literæ,& ante literas habetur canonicus titulus. Rom. conſ.456.

Gatianus eſt nomẽ proprius illius, q cõpoſuit decretũ.

Graues perſonæ dñr,quę non ſunt leues, puta,homo bonæ famæ, & opinionis, & antiquus homo. gl. in c.licet ex quadã. in verbo graues.de teſtibus, quã glo.dicit ibidẽ Abbas facere ad ſtatuta,q̃ in multis caſib.requirunt homines graues.

Grex eſt collectio pluriũ animalium,ſ.decem ouiũ, vel quînq; porcorum,vt no.in ſti.de re.di. §.ſed ſi gregis.

Gregarius miles,i.vulgaris, & vilis.l.vlt.C.de mil.veſ.li.12.

G *ante* V.

GVardia feuda ſunt, quæ conſtituuntur aliquib. propter cuſtodiam rei domini conſtituentis.

Guardia dr̃ ille,cui talis cuſtodia eſt cõmiſſa, vel dicitur guardianus, qui eſt ſuperior inter fratres minores cuſtodiens conuentum.

Guarẽtare, i. defendere in vſu, feu.de le.Corr.c.ſũt pares.

Guidagia dñr,quæ dantur alicui pro ductu, vel conductu, per terram alicuius,vt ſecurius vadat.Sed gabellę dantur cõtractib.vt de emptione per emptorem,glo. in c. ſuper quibuſdam. de verb. ſign.

Gunethetici ſaltus ſunt ij, quos hoĩes. quodã modo aſcriptitij incolunt, nullã vlterius expectãtes mercedem, q̃ quæ ipſis ſaltubus colligitur,vt declarat Alci. in l.vlt. C.de præd. tam.

Gutturoſus,cui guttur eſt tumidum, l.qui clauum. de ędil. edic.

H *ante* A.

HAbere ſignificat diuerſimodè,prout ſuum propriũ ſignificatũ, vel aliud qđ vis medium ſignificare declarat, v.g. Res tua eſt penes me,& ꝓmittis mihi ſtipulari eãdẽ habere licere, ſignificat, ꝙ dñium iſtius rei trãsferẽ in me. l.ſtipulatio iſta, §.habere. ff.de ver. oblig.& ſic rei poſſeſſę ſine traditione dñium quærit poſſidenti. §.interdum.inſtit.de rè.diu.Itẽ ibi,res tua nõ eſt penes me promittis

ha-

habere licere, ſignificat, ꝙ dñiũ trãsferes per traditionẽ, l. traditionib. C. de pac. Itẽ ibi, ꝓmittis rẽ alienam hr̃e licere, perſeuerãte aliena, nulla eſt ſtipľo, l. ſtipľo, §. quæſitũ, ff. eo. tit. quia in re aliena promiſſor nõ põt conſtituere ius dñij. Si aũt efficiatur ꝓmiſſoris valet ſtipulatio, vt ibidem, quia tũc poteſt facere, vel conſtituere ius dñi, item ibi vẽdo rem alienam, & promitto tibi habere iure poſſeſſionis, l. hr̃e, ff. de verb. ſig. & hoc ex natura cõtractus emptionis, de cuius natura eſt, ꝙ ſufficit rẽ tradere, qñ res aliena eſt vendita, l. exempto, ff. de act. emp.

Habere actionẽ eſt minus, q̃ habere rẽ, & hoc eſt, quod dr̃, Melius eſt pignori incumbere, q̃ in perſonã agere. ff. de reg. iu. l. minus.

Habere, tenere, poſſidere, qñ hæc tria verba ponũtur in aliquo inſtr̃o, ſic debẽt exponi, ſ. ꝙ recipiens habeat de iure, teneat naturaliter, & de facto, poſſideat ciuiliter, & de iure, quia ciuilis poſſeſſio eſt cauſa quærendi dominium, licet aliquãdo poſſeſſio ſit tantum naturalis, non ciuilis, vt illa quam habet vaſallus.

Haberi dicitur, & quod peti poteſt. l. id. de verb. ſig.

Habere in ſinu, in l. Qui teſtamentum, de probat. eſt idem, quod in arbitrio, & poteſtate habere.

Haberi pro derelicto dicitur, ꝙ dominus ea mente abiecit, vt amplius in numero rerum ſuarum eſſe nolit.

Habitare quis dicitur in loco, vbi habet familiam, licet ipſe nõ ſit præſens. Fel. in c. quoniam, in princ. de off. ord. ver. dicitur autem habitare.

Habitatio eſt ſeruitus ꝑſonalis in habitãdo cõſiſtens, & conſtituit in domo aliena, vt no. ff. de vſu, & hab. l. j. in gl. cum pactionib. & ſtipulationib. vt ff. de vſufr. iuncta, l. j. ff. de vſuf. & hab. vel in vltima volũtate differt tñ ab vſu, & vſufr. quia illa iura amittũt non vtẽdo vel capitis diminutione, vt ff. ſi vſusfr. l. pen. §. ſicut. habitatio autem nõ, niſi morte finitur, vt l. ſi habitari, ff. de vſu, & hab. Item poteſt inhabitator alijs vẽdere, vel locare ius, quod habet, vt l. cum antiquitus. C. de vſufruct. ſicut, & fructuarius, & nõ vſuarius, vt

ff.de vſu, & hab.l.ſed neq;. vide ſuper hoc Az. in ſum. C.de vſu,& hab.

Habitator eò differt ab hoſpite, qđ domicilium habens a peregrinante, l.j.§.vlt.de ijs,qui deie.vel effu.

Haec quanq; denotat non excluſionē,ſed incluſionem, vt in c. ego.n.ep̄s, de iureiur. & ſi ſumiť in iuramentis dicendo. Ab hora,ſignificat enim pręſens tempus cum futuro,de hoc per Io. And,in cap.j.de or.ab epiſ. qui reſig.epiſ.

Hamæ,inſtr̄a erant ad extinguendū incendium,l.quęſitū,§.acetum,de fun.inſt. & l.3.de off.pręf.vig.Hami aūt in præall. l.quæſitum, §.canales. Annuli ſunt ferrei, ſm aliquos, ad plurimos vſus domeſticos cuiuſmodi ſunt illi, quib.equi, muli, aſini alligantur.

Hami apud Vlp.in l.quęſitū, §.Canales,de fun.inſt.ſunt, vt quibuſdam vr̄, annuli quidam ferrei ad multos vſus domeſticos vtiles: vt puta è quib. equi,muli,aſini,deligantur.

Harenę sūt loca,vbi fodiť harena, l.ſed & hi. ff.de pub.

Hariolus quis ſit, not.gl.in l. nemo, C.de mal. & mat.& in c.igitur. 26.q.4.

Harpagones vnci ad rapiendum,annumerantur inter inſtr̄a,in l.quæſitum. §.Canales, ff.de fun.inſtr.

Haruſpex ſic dictus,quaſi horarū inſpector, c.j.26.q.4.

Haſtari eſt rem proponi venalem haſta ſuppoſita, ita.n. olim fuit conſuetudo.

Haſtarij dn̄r,q rē proponunt venalem haſta ſuppoſita,& dn̄r a noīe haſta,qđ idē eſt quod venditio,vt no. C.de fi.inſtr.& de iure haſtæ,fiſcalis, in rub.lib.10. & dixi ſupra in ver. haſta fiſcalis.

Hauſtus eſt ius hauriēdi aquā de puteo vicini,cui eo īuiſo iure ſeruitutis aſcribiť.

H *ante* E.

Heliocaminus,Latinè verti pōt ſolaris fornax. Eſt aūt ſolare vaporarium in aprico loco ſitū ad calorē ſolis excipiēdū, quo antiq vtebanť,meminit Vlp.in l. ſi arborē, de ſer.vrb.præd.

Herciſco,i. diuido, inde dicitur familiæ herciſcundæ,i. iudicium hęreditatis diuidendę. Req.ſupra actio familiæ herciſcundæ.

Hæreditas eſt ſucceſſio in vniuerſū ius,qđ defunctus habuit,

buit, vt ff. de verb.ſig. l.nihil aliud eſt hæreditas,& l. bonorum,eo.tit. Ex hæreditatis appellationem bonorum quoq; poſſeſſio continetur,l.hæreditatis, eo.tit.

Hæreditas ſumitur loco bonorum,qñ dr̃ in contractu inter viuos, vt ſi quis dicat do. tibi hæreditatẽ meam, no.Bar.in l.qñq;§.ſi ſeruũ. ff.de leg.j. Itẽ hæreditas venit appellatione rerũ: nam ſi bona relinquunt̃ ſub appellatione rerum,continetur tota hæreditas no.Bar. in l.licet, C.de pact.

Hęreditas adita ẽ illa, de qua hęres ſe intromiſit auctoritate p̃toris, imò auctoritas prætoris nõ eſt neceſſaria, ſed ſola voluntas ſufficit,vt inſti. de hęredũ qua,& diff. §.itẽ extraneus, ſecus in petitione bonorũ poſſeſſionis. vt ibi not.& de adõne, & repudiatione hr̃ditatis, no.in l.q ſe pr̃is.C.vñ lib.

Hæreditas decurionum nauiculariorum, cohortaliũ, & militũ, & fabricẽſium, ſm̃ Azo.in ſumma, C.eo.tit.in rub. & l.vlt. dicitur in qua quoddã ſpeciale ius obſeruatur, de quo notat̃ ibidẽ.

Hæreditaria actio.Req.ſupra Actio hæreditaria.

Hæres eſt ille qui ſuccedit in vniuerſum ius defuncti. l. cũ hæres. ff.de di. & temp. præſcr.vel eſt dñs hęreditatis, q fit editione in volũtarijs. §.fi.inſt.de hær.qua.& differ.ſed in neceſſarijs defertur ipſo iure hæreditas.

Hęredẽ inſtituere eſt aliquẽ poſt mortẽ ſuã loco ſui in omnibus,bonis dñm cõſtituere.Nam dr̃ hæres ab hærus,i.dominus,ſibi.n.ſuccedunt vniuerſa bona defuncti,& eum cõmoda,& incõmoda hęreditaria redeunt, & ſunt diuerſi hæredes. Nã hæredes alij ſui, & neceſſarij,alij neceſſarij tm̃,alij voluntarij,alij legitimi,alij legatar̃ij, alij teſtamentarij, alij fideicommiſſarij.

Hæres ſuus dr̃ filius qui eſt in poteſtate patris tempore mortis ipſius patris.

Hæredes ſui, & legitimi ſm̃ Azo.tit.de ſuis legitimis,& hæredib. appellant̃,qui in poteſtate moriẽtis fuerũt, vt filius filia,nepos,neptis, ex nepote natus eſt ex filio pronatus pronata,ſeu pronepos proneptis, legitimi, & naturales, vel etiam legitimi tantum, vt adoptiui.

Hæres neceſſarius eſt ſeruus hęres inſtitutus in teſtõ domini

mini ſui ab eo, qui facultates ſuas habet ſuſpectas ne poſſit ex ipſis ſatisfieri creditoribus, quib. eſt obligatus, ad eò, ꝙ nõ credit aliũ hæreditatẽ ſuã adire, ſi hæredẽ eũ inſtitueret, qui ſeruus hęres factus, ideo neceſſarius dr̃ hæres, qa ſiue velit, ſiue nolit cogitur ſuã hæreditatẽ adire, vt ſatisfaciat creditoribus, vt inſt. de hær. qua. & dif. §. j. & hoc verũ niſi illi ſeruo debeat̃ fideicõmiſſaria libertas, l. is qui ſoluẽdo, ff. de hær. inſt. aut hoc eo nõ faciẽte, ſ. nõ adeunte hęreditatem eius noĩe potius, q̃ dñi defuncti res hæreditarię vẽdant̃, ne defunctus contumelia quadã vel iniuria afficiat̃, dicẽdo, ꝙ res ei⁹ vẽderent̃.

Hęres legitimus eſt, qui ex lege duodecim tabularũ, aut ex iuris cõſtitutione ẽt ſine teſtamento ſuccedit defuncto, vt ſunt agnati ꝓximi, inſt. de legi. ag. ſuc. in prin.

Hæres legatarius eſt, qui legatum accepit, vel cui legatũ factum eſt, vt l. quoties, ff. de hær. inſtit.

Hęredes teſtãrij dñr, qui ex teſtõ hęredes ſcripti ſunt.

Hęres ab inteſtato eſt ille, qui ſuccedit in ius defuncti ſine omni teſtõ, vt inſt. de hære. quæ ab inteſt. defer.

Hæres fideicommiſſarius eſt, cui ex fideicõmiſſo relicta eſt hęreditas dãdi illi, cui teſtator diſpoſuit, dicẽdo ſic. Fidei tuæ cõmitto, vt hoc des illi. Et not. ꝙ illa ſunt diſparata, ſed fortè pro tanto dr̃ hęres fideicommiſſarius, quia fideicõ. loco hæredis hr̃, vt inſti. de fideicõ. hære. §. reſtituta, vt qui directè, & immediatè ex teſtõ nihil capere põt: qualis eſt ſpurius, ſaltẽ capiat ex fideicõmiſſo. Sed ipſe verè non eſt hæres, cum ſit rogatus a teſtõre hæreditatem adire, & poſtea reſtituere, licet reſtitutione facta poſt ſemper hęres maneat, vt d. §. reſtituta. Duo ergo hæredes inſolidũ eſſe non poſſunt, vt ff. commo. l. fin. & l. ſi vt certo, §. ſi duobus.

Hæres domeſticus dicit̃, qui eſt in poteſtate morientis tempore mortis, dum eum alius non præcedit. Filio. n. ſuperſtite, & in poteſtate patris exiſtente, nepos ex eo, qui in poteſtate aui eſt, ſuus hæres non eſt, inſti. de hær. qual. & dif. §. ſui.

Hæres ſubſtitutus dr̃, qui alij hæredi inſtituto ſubſtituitur;

tur;v.g.ſi teſtator ita dicat. Ille hęres eſto,q ſi nō velit, vel nō poſſit eſſe hęres, iſte eſto ei ſubſtitutus,& hoc ſi ſec̃do,ſiue tertio,vel quarto loco,alio in loco inſtitu to deficiente ſubſtituatur. Nam ſecundus dr̄ omnis, qui poſt primum,ſequitur, etiam ſi decimus ſit, ff. de vulga.ſub.l.j.in prin.prout not. Hoſt.in ſum. de teſtamen.§.quid ſi ſit perfectus, vbi dicitur inſtitutio.

Hæredes extranei dn̄r,qui teſtatoris poteſtati ſubiecti non ſunt, §.Cæteri,inſti.de hæred. quali. & diffe.

Hæres vel ſucceſſor anomalus dr̄,qui nō hē aliquā ex præmemoratis qualitatib. vt puta is,cui libertatū cōſeruandarū cauſa bona addicūtur:item qui ſuccedit hæredi nō exequenti mentem defuncti, vt per glo.in §.hoc reſcriptio.inſti. de eo cui li. cauſa bo. addi.

Hæremita dicitur perſona eccleſiaſtica, gl. & Doct.in l. 2. ff. de in ius voc.Doct. & gl. in c.qui vere. 16.q.1.

Imò verò Aeremita ſcribēdū eſt ſine h, ſignificatq; propriè erem, hoc eſt deſerti habitatorē, eremus enim deſertum interpretatur.

Hæreſis Græcè ab electione dr̄,eo q̄ quicunq; vnā opinionē hęreticā, vel diſcip'inā ſibi elegerit,putat eā eſſe meliorem,vt 24.q.3.hæreſis,aliàs dr̄ quaſi diuiſio.

Hęreſiarcha eſt q falſam de fide opinionem gignit, vel primo īuenit,ſicut Arrius, Vuiclef, & alij conſimiles.

Hæreticus dr̄ erans in fide,vnde quicunq; in fide dubitauerit friuola adhęſione,hæreticus cēſetur, vt in c.j. de hæret. Etiam pro hæretico hr̄, qui ſcienter hæreticum non reuocat, vt eo.tit.c.2. Et ſm Aug.dicitur,qui certam opinionē nouam, & peruerſam gignit,vel ſequitur gratia alicuius tpalis comodi vel alicuius glorię vel principatus. Dicitur gignit, vel aliquis hæreſiarcha, vt Arrius, Sabellius, &c. Dr̄,ſequitur,pp illum, qui errorem illū imitatur, prout hæc leguntur, 24.q. 3.hęreticus.Dicitur hęreticus, qui peruertit ſacramēta eccleſiæ, ſicut ſimoniacus, 1.q.1. eos. Item ſacræ ſcripturæ peruerſus intellector. 24.q.3. hæreſis. Item omnis excōmunicatus. 4. q.j. qđ aūt. Item Romanæ Eccleſiæ publicus iniuriator

tor 22.diſ.omnis. Item qui aliter ſentit de articulis fidei quam Romana eccleſia.24.q.1. hæc eſt fides.

Hermaphroditus, require ſub litera E.

Herus vel hieros grecè, idem eſt quod dominus latinè.

H *ante* I.

HYatus, vide in litera y. licet non rectè hanc vocẽ ibi autor poſuerit, cũ ſcribenda ſit cum aſpiratione.

Hic, hęc, hoc, an, & qñ ſint demonſtratiua. Bart. in l.1. in 1. oppoſit. de ope. noui nunciа. & in prima conſtitutione, C. & in l. Mæuius, §. duobus. ff. de leg. 2. & plenè de iſtis in l.1. §. huius ſtudij. ff. de iuſtit. & iur. Alex. & Iaſ. & Bart. in l.1. verſ. item oppono, ff. de pecu. Quandoque faciunt ſimplicem relationem, vel demonſtrationem. 16. diſt. c.1.

Hierophylax, ſacrorũ cuſtos latini vocant æditùum: extat hæc dictio in l. annua. de an. leg.

Hymnus angelicus eſt Gloria in excelſis, de celeb. miſ. ca. conſilium.

Hippocomi, qui equorum curæ præfecti ſunt: meminit huius verbi. l. quoniam. C. de cur. p. lib. 12.

Hippodromus, vt interpretatur Bud. eſt equorum curriculum, in quo de pernicitate certatur circa ſimulachrum pugna.

Hipponis, cuius meminit lex nauis aduerſa, ad l. Rhòd. Locrorum fuit Colonia. Strabo eam vocat Hipponium, Plin. autem ſcribit a Romanis appellatã Vibonẽ, deinde Vblentiam. Hęc vrbs adhuc extat, ſinumq; efficit Hipponiatem.

Hircoſus dr̃, cui os olet, vt l. qui clauũ, §. is cui. ff. de ædi. edi Sed propriè dicitur cui alæ grauiter olent, nã hircus etiam dicitur alarũ fœtor, quem Plin. alarum graueolentiam vocat.

H *ante* O.

HOdie, hæc dictio non importat dilationẽ, l. liber homo. §. j. ff. de verb. obl. & l. prætor. §. præterea, & §. poſſe. ff. de iniu. & facit diſpoſitionem, præſentem, vt ibidem notatur.

Holobaræ veſtes, quæ ob aurum intextum graues ſunt Alcia. in tit. de veſt. holob. lib. 11. C.

Holobrizæ veſtes, quæ totæ ſunt ex auro obryzo.

Homagium eſt idē, qđ fidelitas, tñ Spe.eod.tit.in lib.de feu. ponit illã differẽtiam, ꝙ homagiũ eſt de his,quæ ad temporalia pertinẽt, & ideo pro ſpiritualibus indi gnũ eſt, vt quis homagiũ facere compellatur. Fidelitas tñ pro ſpiritualib. præſtaẽ,quia prẹlati bene præſtant fidelitatẽ, vt in c.anti qua. de priui. vel ſic poteſt deſcribi. Homagiũ eſt quędã aſtricto ſeruitutis liberi hominis facta dño per pactionẽ vel petitionẽ,ſiue ſti pulationem promittẽte libero homine dño ſuo fidelitatẽ, & conſtituere ſe hominẽ vel vaſallum ſuum. Et ſic in aliquib. partibus hoc modo ille,qui facit homagium corã dño ſuo flectit genua ſua, tenẽdo manus ſuas coniunctas ſimpliciter inter manus dñi iuſiurandum de fidelitate præſtans, & mutuo ſe inſignũ fidelitatis oſculantur, cuius forma ponitur in li. feu.de no.fi.for.cap.eſt, & alia,ſ.poſt rub. illã de fo.fi. Ad idem facit de iureiur.c. ego.n. & 63.diſt. tibi dño. Et Hoſt. ponit eã in ſum. de feu.§.quid ſit fidelitas,& qualiter ſit facienda. Ex dictis homagiũ deſcribi poteſt ſm formam, eſt quando aliqui flexis genib. iunctis manibus in manus domini poſitis aliquid promittit. Eſt autem homagiũ multiplex ſecundum Spe. vbi ſuprà, quoddam eſt legium, quoddam eſt non legium, quoddam edictale, quoddam decretale, &c, de quibus infra.

Homagiũ decretale eſt: Nam hæres hominis mei, qui illo feudo ex conſuetudine poſſet infeudari, & per cõſequens in homagium ſuccedere, debet infra certum tẽpus me in dñm agnoſcere,& fidelitatem mihi præſtare, & ego teneor eum ratione talis feudi in hominẽ recipere, & in recipiẽdo videor ſibi ius feudi decerne re, pp quod dici poteſt homagium decretale, ſicut ẽt bonorum poſſeſſio decretalis,& ꝙ ius mihi tribuit ſicut & talis bonorũ poſſeſſio, ſ. ſi nullus ſit proximior. Et ideo in curia Frãciæ ſemper recipiunt fideli tates, & homagia alterius ſaluo iure. Qđ autẽ in Italia, & alibi vocatur vaſalli-

tium, in Francia vocaṫ homagiũ,&c.ẽt dr̃ homagiũ, c.veritatis.de iureiur.Differũt tñ, quia homagium eſt qñ iuratur alicui fidelitas nemine excepto, ſed vaſſalligiũ ſuperiore excepto, ſ. Imperatore. De hoc optima gl.in verbo, homoq; ligius,clem.paſtoralis, de re iud.vbi etiã dr̃,ꝙ quis non põt eſſe ligius duorum,ſed bene ligius vnius,& vaſſallus alterius, vel vaſſallus pluriũ,& ſic hoc homagiũ põt dici hominis ligium.

Homagium edictale eſt ſicut bonorũ poſſeſſio edictalis. Vnde ſm Spe.ibidẽ homagiũ edictale ſiue hęreditariũ eſt,qđ quis hẽt,eo ipſo ꝙ eſt hęres:nam eo ipſo,ꝙ adit hęreditatem hominis mei, perſonã eius repręſentat, & vr̃ hominis homagiũ ſubijſſe, & tale homagiũ poteſt finiri tpe, ſi dño nõ placet,nõ finiretur.etiã ſi t vaſallus vellet bonis feudalib. cedere,immo ageret cõtra ipſum, vt eũ in dñm agnoſceret,& hoc ex cõtumelia ſua, vnde puniri dẽt ne inuitus cõſequatur immunitaté.qđ eſſe non dẽt, pro quo.ff.de neg.geſt.l.ſiue hęreditaria.Et ideo poſſum eum cogere, vt ſubeat homagium decretale, & etiam,ꝙ plus tribuat ei in effectu, quam edictale.

Homagium ligiũ eſt ſm Spe. ibidẽ,quod fit Imperatori, vel Regi, nullius alterius fidelitate ſalua, illud autẽ quod fit alijs, nõ dr̃ ligiũ, quia fit,vel iuraṫ ſalua Imperatoria, vel Regia fidelitate, multi.n.putãt homagiũ ligiũ eſſe, quod vaſſallus mittit manus ſuas inter manus dñi, & ſibi homagiũ facit,& fidelitatem promittit, & ab eo ad oſculũ recipitur,quod nõ eſt verum,vt ẽt ibidẽ dicit Spec. ſed vt ipſe dicit, tunc alij ponũt, ꝙ duplex eſt homagium. Homagium ligiũ,in quo nullus recipiṫ quantũ ad verba, ſed quantum ad mẽtem.Et aliqui,qui ſupremã,& gñalem habẽt auctoritatẽ, & iuriſdictionẽ, puta Imperator, vel Rex, intelligunṫ excepti,&c. Item vbi ponit ligiũ ſupra, & infra,habẽt aliqui ligiũ.Homagium nõ ligium eſt, qñ aliquid excipiṫ,puta. Facio tibi homagiũ excepta fidelitate, ad quam dño meo tali ligio teneor vel ſaluo, quòd poſſum cũ voluero do-

dominum ligiũ mihi cõſtituere, vel ſaluo, ꝙ nolo tibi cõtra talẽ iutare. Sed dictũ primum eſt verius, ſm Spec. licet hoc vltimo deſignatum cõmunis vſus approbet. Et ſm vltimũ modum ſequitur per totum, & illo vtitur Spe. de homagio ligio, vide ſupra feudum ligium.

Homo non rectè dicitur, qui adhuc eſt in vtero matris, l. cũ inter. C. de fideicõ. lib. & l. pen. de poſth. hæred.

Homolegius vel ligius, ſm Sp. ibidem dr̃ quaſi ſuo domino ligatus, vel quaſi legalitatem continens. Vnde Rex Siciliæ eſt homo ligius Romani iudicis, vt in clem. paſtoralis, de re iud. præall. poſt medium, in §. rurſus, vbi gl. not. Et omnis homo ligius eſt vaſallus, & non econtra.

Homicidium dr̃ hoĩs occiſio ab hoĩe facta, & dicit̃ quaſi hoĩs cędiũ ab homo, & cędo, ſm Goff. in ſum. eod. tit. & Hoſt. & Io. & Spec. & eſt duplex, ſ. voluntarium, & caſuale. Etiam cõmittit̃ homicidiũ facto, conſilio, præcepto, & defenſione, c. ſicut. eod. tit. vbi gl. not. Fit ẽt homicidiũ ſpirituale ex quadam iuris fictione ſpiritualiter octo modis. Primo, per fratrum detractores, eos odiẽtes, iniquitatẽ, oppreſſionem, & iniuſtitiã facientes fratribus malè perſuadẽtes, &c. vt c. homicidiorum. de pœn. diſt. j. c. oĩs iniquitas, & ca. noli. ead. diſt. Et generaliter iniquus motus ad nocẽdum fratri in homicidij gñe deputat̃. Itẽ homicida cenſet̃, qui tpe neceſſitatis proximis alimẽta negat. 86. diſt. paſce. Corporale homicidiũ eſt hominis peremptio corporaliter. Et vt dupliciter, ſ. lingua, & facto, lingua tripliciter, præcepto, conſilio, & defenſiõe. 50. diſt. ſi quis viduã periculosè, de pœ. diſt. j. Facto quadrupliciter, iuſtitia, neceſſitate, caſu, & voluntate.

Homologare, Autor exponit in dictione, Omologare.

Homoluſion, quo verbo vtitur, Inſt. in l. 1. de ſum. Tri. Latinè ſonat cõſubſtãtiale.

Honeſtus dicitur, qui nihil habet turpitudinis, ſecundùm Iſid. 2. Ety. & dicitur honoris ſtatus. & de iſta honeſtate vide Goff. Hoſt. & Spe. in rub. de vita, & honeſt. cler.

Ho-

Honeſtas iuſtitiæ publicæ, i. conſtõnes eccleſię factę pp publicã honeſtatẽ. Iudicauit.n. eccleſia eſſe honeſtũ vt nunꝗ cõſanguineus du ceret ſpõſam cõſanguinei ſui viui vel mortui, ſm Archid.de ſpõ.c.j.lib.6.de hac honeſtate vide in c. ad audientiam, & c.ſponſam.de ſpon.& mat. vbi per Doct.

Honor aliqñ capit pro digni tate, l.nuper. de don.inter vi. & vx.qñq; pro magiſtra tu.§.prętorũ. Inſt.de iu.na. gen. & ciui. qñq; ꝓ dono, l.ſi remunerandi, ff.mand. qñq; pro ſalario,l.j.§.proin de, de var.& extraord.cog.

Honor municipalis eſt admi niſtratio reipub.cum digni tatis gradu,l.honor.de mu ne.& hon.

Honoraria dicuntur præmia legatorum, ſeu aduocatorum, l.j. §.in honorarijs, ff.de var. & extraord. cog. Require infra, legatus.

Honorarium ius dicitur ius prætorium. §.prætorum. Inſt.de iu. nat.gen. & ciui.

Honoratos ait Alc. etiam eos appellari, qui Palatina dignitate præditi ſunt abſq; adminiſtratione.

Horreum accipitur pro quocunque loco ad reponendum merces idoneo, inde horrearius, de quo in l.cũ in plures, §.vltimo, ff.loca.

Hortamur aliqñ ĩportat mãdatũ neceſſitatis, & ꝑ ipsũ cõfert iuriſditio.c.qa iudicante,de pręſcr.& c.j.de teſtam.& c.hortamur.3.q.9.

Hoſpes dicitur, qui recipit & recipitur.ff.de exer.act. l.j. §.magiſtri, in gl.dicitur vector, & ad legem Rhod.de iac.l.2.tertio reſponſo.

Hoſtes ſunt quibus populus Romanus bellum indixit, vel ipſi populo Romano, vt ff.de capti.& poſtlim.reuer.l.hoſtes.

Hoſtiarius olim in veteri teſtamento, idem erat, quod ianitor. vt 22.diſt.cleros.

H *ante* V.

HVmanus,i.ſęcularis,j.di. c.j.12.q.2.q & diuinis,& humanis.Itẽ idẽ eſt,qđ humilis.50.diſt.eos. 24.q.j. ſi qs dederit, & hr̃ in regula, ſemel Deo,de reg.iu.lib.6.

Humanitas pro humana natura accipi videtur, in l. non tantum.de app.

Humanitas contingere, pro mori. Inſt.de do. in princ.

Humiles pſonę,q̃ dicant, declarat Imp.in l.humilẽ. C. de ince.nu. Bar.in l.tutor, §.tutores,de ſuſp.tu.an notat

tat vmilem dici, qui caret dignitate.

Humiliores perſonæ dñr pauperes. l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offi. præſi. & dicitur humilis quaſi humo accliuis ſm Iſid. not. Arch. in c. qui epiſcopus. 23. diſt.

Humilitas ſeu humiliatio, vt notat Arc. 22. q. 2. cum humilitatis. Eſt virtus, qua homo veriſſima cognitione ſibi vileſcit. de qua gl. optima in verbo humilitatis, & eſt gl. finalis, in cle. j. de relig. do. quæ multa per pulchra ponit de humilitate. Vnde melior eſt in malis factis humilis cõfeſſio, quã in bonis ſuperba gloriatio 10. q. 3. c. iniuſtum, in fi.

Humiliati ſunt quidã religioſi, qui fuerint condemnati ab ecclleſia per Lucium Papam, quia noluerunt iurare, & poſtea tpe Clemẽtis recepti ſunt ab eccleſia, qa ſe correxerunt, & iurant quando expedi. no. in cap. olim cauſam. de reſti. ſpol.

H *ante* Y.

HYacinthus nomẽ floris, & gemmæ. l. 1. C. nulli li. in fræ. equo. lib. 11.

Hydraulus, inſtrm extrahendæ a profundo aquæ idoneũ: inde hydraulæ, q. b. cura aquæ domus Imperatoris demandabanẽ, de quib. in l. 5. C. de excu. mu. li. 10.

Hydromeli, aqua mulſa, quæ aqua & melle conficitur. Hunc vocẽ vſurpauit. Vlp. in l. ſi quis, de trit. leg.

Hydrophylaces, curatores ſunt aquarum.

Hymnus Angelicus, req. ſupra in litera h, ante i, licet male ibi fuerit hæc dictio collocata p autorẽ operis.

Hyperberici mẽſis mẽtio fit in c. pp. 18. di. intelligiturq; Octob. Alci tñ c. antep. li. j. Par. cenſet legendũ, hyperberetæi, ꝙ teſte Suida ita is menſis apud Macedones appelletur, ſitq; apud eos vltimus menſis anni. Vnde hyperberetæa ab eiſdem vocantur ſerotina, tarda, & poſt collectos demum fructus accidentia.

Hyperbolę, latinè exceſſus, figuræ nomen, cum. ſ. quippiam dr̃ fidem veritatis excedens, augẽdi vel minuendi gratia, cuius rei exemplum. in § per traditionẽ. Inſtit. de rerum diui. vt ibi obſeruauit Accurſius.

Hypetria appellanẽ loca ſub dio expoſita, hoc eſt parẽte cœlo.

cœlo.Plerunq; tñ accipiuntur pro ſubdiualib. deambulationib. quas apud veteres moris fuit pulcherrimis ſterni pauimentis, & hyeme, quidem plumbo, vel aliqua alia materia exẽptili tegebanẽ, ne gelu, vel niuibus corrumperentur, æſtate vero expanſis velis a ſolis ardoribus defendebãtur,l.malũ.§.plumbum,de verb.ſig.& l.quæſitum,§.de velis,de fun.inſtru.licet ibi corruptè legatur apothecis pro hypſithrijs.

Hypocauſtũ latine interpretari poſſumus ſuccenſum, vel ſubuſtum, locus eſt in balneis ad calcfaciẽdas cellas caldarias, & repidarias, vt exponit Bud.Interdũ accipitur pro cubiculo vndique occluſo,in qđ aer non admittitur:ſed igne accenſo, feruore atq; æſtu vaporat intus, ne foras fundaẽ calor, quo ſermone Italico ſtufa appellatur.

Hypocomus, De hoc vide in litera y.

Hypocriſis, latinè ſimulatio, & hypocrita ſimulator dr̃.

Hypomnematographi, dñr cõmẽtariorũ ſcriptores, hr̃ hæc in l.ſi quos.C.de dec.

Hypoſtaſis, exponitur in litera y.

Hypotheca huius vocis ſenſum poſuit author ĩ litera y, licet imperite. vide ibi.

Hyſginus color diciẽ ab hyſge herba. l quæſitum, §.illud, de leg. 3.

Hyſterologia, vel hyſteron ꝓteron, figura eſt, cum id, quod primum eſſe debet, ſecundo ponitur loco, vt cum Iuriſc. prius determinat ſecundam quæſtionẽ, quam primam, prout fecit in l. 3. §. Labeo, de incen. rui. nauf.

I ante A.

IAcintus lapis eſt prętioſior alijs.C.nulli.lib. 11.Iactus, require infra lex Rhodia de iact.

Iactura eſt damnum vel periculũ.quod quis patitur,qñ imminete tẽpeſtate proijciuntur bona in mare ad exonerandum naues,& ita capitur propriè, ſed largè poteſt capi pro quacunq; damno alicui per violentiam illato vndecunq; pro ueniat.Vel dicitur lęſio facta cum lapide, vel ligno. Req. etiã infrà lex Rhod,

Iactura,& dãnũ differũt,quia iacturã ſciẽter,& vltro pari mur,

mur, vt patet in iactura, q̃ ſit per tempeſtatem maris, vt in tit. ad l. Rhod. de iac. damnũ vero inſolito, & no bis inſciẽtib. fit vt ĩ c. in pri mis. 2. q. j. & l. i. ff. ad l. Aq. & no. per Arc. in c. quia ſæpe. de electio. in 6. in 2. col.

Iam, hęc dictio denotat perfe ctionem actus, & continua tionẽ. Bar. in l. Celſus. ff. de vſuc. & in l. j. ff. de aq. quot. & æſti. & tex. in cõſt. j. C. ver. oẽ iam conſt. & ibi Bal.

Iam, q̃nq; ponitur interroga tiue, ff. ad l. Aqu. l. Stichũ, Q̃nq; retro tp̃s ſigñat, & cõ tinuũ, de acq. rer. dom. l. nũ quã, §. theſaurus. Itẽ q̃nq; ſumit̃ pro futuro, & p̃terito ſm ſubiectã materiam, vt l. quãuis. ff. de fur. & ibi not.

Ianthinus, color eſt violaceus l. ſi cui. §. fi. de leg. 2.

Ianuarius eſt menſis ideo ſic dictus, quia eſt principiũ & ianua totius anni vt no. per Arch. extra de reſcr. c. ſi propter, in 3. col. in glo. de bet hoc intelligi.

I *ante* B.

Ibi, hæc dictio nõ tm̃ locũ, ſed q̃nq; etiam tp̃s demon ſtrat gl. in l. ſi quis, de iud.

Ibrida eſt de ſcorto natus.

I *ante* C.

Iconomus, dr̃ ille, cui eccle ſiaſtica res gubernãda mã dat̃, vt C. de ſac. ſan. eccl. l. iubemus, circa prin. & glo. 3. c. Imperatorũ. de iuram. cal. vbi not. drĩam p Doct. inter inconomũ, ſyndicũ, procuratorẽ, & actorẽ, quę ibi ſm gl. in lata ſignifica tione idem ſignificant. De quo duæ gl. notabiles, vna c. ſi quis erga. 2. q. 7. alia in c. quoniam, 16. q. 7. & habe tur 16. q. 2. ſi iconomus.

Oeconomus per œ, diphthon gon ſcribendũ eſt, non per i, nec per y. ſignificat au tem propriè curatorem domus, hinc, & æconomi ca Ariſt.

I *ante* D.

Idcirco, & iccirco, & ideo sũt dictiones cauſales. Bar. in l. demonſtratio, §. quod aũt, ff. de cond. & demon.

Idem q̃nq; exponitur ſimile. l. ſi nõ ſortem, §. Libertus, de condi. ind. Et quandoq; idem appellatur tametſi priſtina qualitas, aut quan titas non adſit, l. propone batur. de iud.

Ideſt eſt dictio expoſitiua. ff. ad l. Aq. l. item Mela. §. legi,

vide

vide latè de hac dictione ꝑ Bar. in l. 1. ff. ad l. Aquil.

Idiota eſt Græcũ & eſt idem quod imperitus, ſm Iſid. li. 10. vt eſt laicus, q literas raſcit, vt in auth. qũo opor. epiſ. §. j. qñq; dr̃ ille, q oſtendit ſe ſcire cũ neſciat. Vnde verſus. Vir bene veſtitus, pro veſtib. eſſe peritus. Credit᷑ a mille, q̃uis idiota. Et ille. Ita dicit Io. An. in addi. ad Spec. in tit. de arbi. §. reſtat. ver. itẽ ferendæ ſunt.

Idonei propriè dñr qui pñt & volunt in eccleſijs deſeruire de præben. ſuper inordinata. Et dñr idonei, qui sũt morib. honeſtate, & literarũ ſciẽtia decorati. de inſt. c. in eccleſia. in gl. 4. ẽt ſunt prouidi & circunſpecti.

Idonee cauere qũo intelligatur, req. in ver. cautio.

Idoneus tutor dicitur, qui eſt ſoluendo quatenus ſunt facultates pupilli. l. 2. §. idoneos. & ibi Bar. ff. ad Tert.

I ante E.

IErociniũ eſt locus vbi alũtur pauperes, ſm qđ accipitur. C. de ſac. ſan. ec. l. illud.

Ierotocomiũ eſt locus vbi ſenes & valitudinarij, & ꝑꝑ ſenectutẽ tm̃ infirmi hoĩes curãtur. gl. in c. tributum, §. ſancimus. 23. q. 8.

I ante G.

IGnarus eſt qui ignorat, vel qui ignorat᷑, ſm Iſid. li. 10.

Ignauus idem eſt qđ ignarus viæ. i. rõnis, & vitæ ſm Iſid. ibidem frequentius tñ accipitur pro indiligenti. Et piguo. vnde & ignauiter, pro ſegniter, & negligẽter.

Ignẽ & aquã accipere interpretat᷑ Scæuola ꝓ nuptijs celebrare. l. pe. de do. inter vi. & vxo. vbi præclare Bud.

Ignominia eſt verbalis læſio cõtra honorẽ alicuius, vel ẽt turpitudo. Et ſic dicitur, ꝙ ignominioſum eſt ẽpo ſi q̃rat ab alijs doceri, cũ ipſe alios docere dẽt, vt in aut. de ſan. epi. §. damus. coll. 9.

Ignominioſa miſſio in re mili tali, q̃ ſit, oſtẽdit eleganter Iuriſcõ. ĩ l. milites. de re mili. & l. 2. de ijs qui no. in fa.

Ignorantia eſt cum de facto, vel de iure nihil ſcio, nec mihi aliquid ſuſpicor, ſm Azo. in ſum. C. de iur. & fac. igno. vide infra in ver. ignorare.

Ignorare propriè eſt neſcire qđ aliqs dẽt ſcire. Neſcire aũt eſt cõius, q̃ ignorare.

Vnde

Vnde ꝓpriè oĩs, qui ignorat, neſcit, & non ecõtra, vt no.ff.de iu.& ign.ſup rub: Et in hac materia quatuor ſunt, quę vñr, idem ſunt tñ diuerſa, ſ. ignorãtia, neſciẽtia, error, & titubatio. Primũ ſumit̃ in mala parte, quia, ſ. dẽt ſcire, & ignorat. vnde dicet̃, qui ignorabit̃. de renun.c.niſi cum pridẽ. Neſcire aũt in bona & mala parte. Nam oĩs ignorãs neſcit, ſed nõ cõuertitur, vt dictũ eſt. Error aũt eſt cum aliud eſt, q̃ credã. Qđ autẽ aliud ſit errare, q̃ ignorare, patet cũ dicit lex, ſi põt poſſeſſio acquiri ignorãti, ergo & erranti.ff.de acqui. poſſ.l.ſi me in vacuam.§.j. Titubatio vero eſt cũ hinc inde diuerſa, vel contraria ſcire videor, nec alicui eorum magis animum applico. C.de cond.indeb.l.fin. Et ignorãtia diuidit̃ ex parte materię circa q̃ eſt, quia alia eſt ignorãtia iuris, alia facti, & harũ vna probabilis, alia nõ. Ignorãtia facti eſt, vt ſi neſciã illum deceſſiſſe, q mihi cognatus eſt, vel aliquod ſimile. Alia eſt ignorãtia iuris, vt ſi neſcio me illi poſſe ſuccedere, qui mihi cognatus eſt, & deceſſit, vt ff.de iur.& fa.ign. l.j. & hæc non excuſat regula ignorantia.de reg.iu. lib.6. Eſt ẽt quædam ignorãtia: facti probabilis, vt ſi quis erat in facto alieno, & quædam nõ probabilis, vt ſi quis erat in facto proprio, vel reb.ſuis, vt ff.pro ſocio.l.vlt. vel ſi ignorat aliquis, quod omnes de ciuitate ſciunt, vel maior pars ciuium ſcit. l.regula.§.ſed facti, ff.de iu.& fa.ign.

I ante L.

Ilico dr̃ fieri, qđ fit antequã diuertat ſe ad alia facienda.l.litigatorib. C.de app.

Illata, i. oppoſita. de præſum.

Illata qũo differant ab inductis, no.gl.in l.ſi nõ.C.in q. cau.pig. vel hyp.tac.cõtra.

Illibatum, i. nõ diminutum, gl.§.ſi. Inſt.de ijs, qui ſunt ſui, vel alie.iur.

Illotis manib. dixit Caius in l.2.de orig. iur. p rẽ ipſam ꝓtinus aggredi nulla ꝑfatione adhibita, & imparatis adhuc legẽtiũ animis.

Illuſio eſt deceptio, vel deriſio, clem. vnica.de renunc. vbi conc.mul.in gl.

Illuſtris eſt nomẽ bonitatis eo, ꝗ multis clareat ſplendore

te generis vel ſapientię, vel virtutis, quãuis ſit obſcurè natus, ſm Iſid. Et nota, ꝙ quatuor ſunt noīa dignitatũ, ſ. maximi, vt ſunt ſup illuſtres, magni, vt illuſtres medij, vt ſpectabiles minimi, vt clariſſimi, in auth. de app. §. j. & trib. ſeq. inſt. ꝓę. §. cunque. vbi gl. illuſtres ēt dñr, qui ſunt de cõſilio & conſiſtorio Imperatoris. l. quiſq; C. ad l. Iul. maie. Vide latè Barb. in c. nouit. de off. deleg. & in c. nouit. de iud. & in c. tuã. de ord. cog. & p Alc. de Im. in l. j. 9. col. ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſd. in verbo tribuũtur.

Illuuies, immunditiam, fetoremq; oris deſignat. l. qui clauum. de ædil. edi.

Illyricus, i. ſclauus, ſ. aliquis de Sclauonia, vide ſup. coloni illyr. C. de colo. illyr. lib. 11.

I *ante* M.

IMaginariũ pro fictitio vn de imaginaria vẽditio, quę nullo aut minimo accedẽte pretio fit, §. pterea. inſtit. quib. mod. ius pat. pot. ſol. & l. imaginaria. de reg. iur.

Imbecillis eſt fragilis & incõſtãs, & dr̄ quaſi ſine baculo.

Immiſſum dr̄, qđ ita immiſſum eſt, vt in aliquo loco cõquieſcat veluti trabes, q̃ in alienum parietẽ immittuntur, vnde & ſeruitus tigni immittẽdi nomẽ accepit. l. malum, de verb. ſign.

Immunitas eſt priuilegiũ, qđdam, vel remiſſio a iure ad nõ ſubeunda munera, vel honores cõceſſa, qualia enumerantˉ ĩ ti. ff. de iu. im.

Immo, ſtat qñq; correctiuè, accedẽs, vt li. nõ cõt. de hoc tex. iũcta gl. 16. q. j. prędicator, & l. Stichus, de manumiſ. teſta. & ibi plenè p do. Bar. qñ ſtat copulatiuè, vel implicatiuè, vt per eũdem Bar. in j. conſt. C. vbi latiſſimè de vi huius dictionis.

Impedire dicitur, qui retardat, c. pia. §. fin. de exc. lib. 6. & ibi not. per Arch.

Impenſæ, ſm Az. in ſum. de reſcin. vẽ. dictę ſunt ab impẽdẽdo, & ſunt triplices, quędã neceſſariæ, quędã vtiles, quædã volũtariæ. Neceſſariæ dñr quib. non factis res erat peritura, vel quaſi factę nõ eſſent res, lõgè deterior effecta fuiſſet: vt in l. impenſę, ff. de verb. ſig. v. g. Conduxi a te domum quę ita ruinoſa erat, ꝙ niſi releuaſſem eam, erat caſura hę impẽſę dicuntur neceſ-

ſariæ

ſariæ,& ipſas repetā per cō trariā actionem conducti. Vtiles dñr,quib.non factis res nō erat peritūra,ſed ipſis factis melior efficiẽ, vtpote ſi faciā feneſtras vtiles in domo vel ſimilia, faciūt ergo vtiles impenſę rē deteriorē eſſe meliorē. Voluntarię (aliàs voluptariæ) dñr quib.nō factis res non erat peritura, nec ipſis factis res efficitur melior,ſed bene ãmęnior, vtpote ſi facio picturas ĩ domo, mea, hæ nō repetunẽ, nec deducunẽ,quãuis ſecus ſit de neceſſarijs,& vtilib. ſed has licitū eſt mihi abradere ſine læſione prioris ſtatus,ſi abraſę pñt mihi aliq̃ vtilitatē afferre, alicq̃n nō eēt mihi licitū, q̃a malitijs (hoĩum qui nihil aliud quęrũt,niſi vt noceant) non eſt indulgendum, ſed obuiandū,& ſibi imputet qui eas fecit quia donare vr̃,iuris fictione, vide ſuprà expenſæ.

Imperator nō dr̃ niſi poſt coronationē. Fel.in c.eā te.de reſcr.in j.col. verſ.ſi ſic dicit glo.& vide gl.in clem.j. de iureiur.in verbo,futurum.

Imperium eſt duplex,ſ. merū & mixtum,de quibus. vide ſuo loco in litera M.

Imperitia,i.ignorãtia,de præſcriptio. ſicut graue.

Imperpetuū q̃nq; ſignificat donec viuo, ff.pro ſocio, l. j.q̃nq; ſignificat p infinita ſecula,ēt poſt mortē,ſm gl. in verbo,perpetuatur.in §. at ſi ita,inſt.de verb.oblig.

Impetere,i. accuſare, vt extra de iureiur. c. quēadmodū.

Implemētū ſumiẽ pro implemēto condōnis,& hoc mō ſignificat actū eſſe purificatū,l.antep. ff.de cond.inſt.

Impoſſibile dr̃ multis modis, vt not. 61. diſt. Catulenſis eccleſię. Vnde impoſſibilitas ꝓpriè eſt, triplex,videlicet iuris,facti, & naturæ, ſm Io. Andr. in regula nemo,de reg.iur.lib.6. Et nota,ꝙ impoſſibilitas appoſita actui,diuerſimodè ſignificat, vt ex ſignificato ex ea ſumpto, vel aliàs vndecũq; cōcluditur diſponentē voluiſſe,nam q̃nq; vitiat actū,q̃nq; habetur pro nō adiecta, ꝓut natura actus cui adijcitur poſtulare vr̃, de quo latiſſimè, magiſter Dy. in dicta reg.nemo poteſt, & pōt eū alij in §.impoſſibilis,inſt.de leg.Et no. ꝙ habetur etiam pro impoſſibili, quod a ſola principis voluntate dependet,

vt no.gl.in l.Continuus,§. cum quis.de verb.oblig.

Impoſtores dñr verſuti, & fallaces homines, inde impoſtura,i.fallacia,& deceptio ducta vr̃ metaphora ab ijs qui operimentum aliquod rebus imponunt, vt vitiat cõtegãt. Hinc & verbũ imponere pro ſimpliciter decipere. Horũ verborũ crebra fit mẽtio in iure, vt in l.j.de var.cog.in l.4.de ædi. edil.& in ti.de crim.ſtel.

Impotentia coeundi eſt vitiũ vel defectus naturalis, vel accidẽtalis quo qs impedit alteri carnaliter cõmiſceri.

Impręſentiarum habetur in l.de ætate,§. ex cauſa, ff.de interrog. act.

Impubes eſt, q ex habitu corporis ſui impubertatẽ oſtẽdit,& generare,vel cõcipere nondũ poſſit, ſicut maſculus ante 13.annum,mulier ante 12. Maſculus. n. impubes dr̃ vſq; ad 14. annum completum puella, verò vſque ad 12.vt inſtit. quib.mod.tu.fi. in princ.

I *ante* N.

IN, iſta dictio p ſe ſumpta aliqñ notat terminum in quo, aliqñ pro fine, & pro alijs multis ſignificationibus de qb. vide An. in c.in literis,in prin.de reſtit.ſpo. In, quando priuat vel auget, no.Io.And. de conſuet.ad noſtrã.Et dat remiſſionẽm ad Spec.de iu.pat.nobis autem.Sed plenius no.Arch. 40.diſt.ſi Papa,& quãdoq; notat intrinſicatem, qñq; extrinſicatem, iuxta Alexãdrum.In campo curro,&c. Et habet in l.ſi cui in prin. ff.de leg.1.Quandoque ponitur pro valde,in compoſitione,vt inuigilare,i. valde vigilare. Interdũ ponitur pro non in compoſitione, vt iniuſtus, iniquus,i. non iuſtus, non æquus.

Inauditũ filiũ dixiſſe vr̃ Vlp. in l.inauditũ, ad l.Cor. de ſica pro nõ damnatũ iudicio, vt ibi interpretat̃.Bud.

Inauris,ornamentũ eſt ab auríb.fęminarũ depẽdens,cuius non ſemel meminit Iuriſconſ.in tit. de au.& arg.

In bonis eſſe longè aliud eſt, ac ex bonis eſſe,nam in bonis noſtris eſſe dr̃,cuius dominium ad nos pertinet, ex bonis vero,in quo quodpiam aliud ius habemus,§. pen.inſtit.vi bon.rap.

Incapacitas dr̃ pro ipſa reali capacitate, ꝑut natura rei dictat,

dictat, vel diſpoſitio legis admitit,aut quodlibet mediũ operari, vel ſignificare declarat.v.g.promittiť, vel legať res ſacra, incapacitas rei huius operať,ꝙ non valet,nec in re, nec in æſtimatione,quia nõ eſt commerciũ rei ſacrę,l.inter ſtipulãtẽ.§.ſacra, ff.de ver.obl.ſed vbi legať colũna aurea,vel marmor pictũ ad conſtructionem domus de alia domo, non valet legatũ iure, licet valeat in ęſtimatione, l.cętera.§.ſi duob.ff.de le.j. quia res de ſe eſt in cõmercio hominum, ſed ne deſtruatur, vel deterioretur, non tollitur de domo, ſed debetur ęſtimatio rei,& ſic de alijs exemplis.

In capita ſuccedere,ſm Hoſt. in ſum.de ſucc.ab inteſt.§. viſo.ver.qd ſit factũ,eſt qñ filij pręmortuorũ fratrum ſuccedũt in portionibus, quot ſunt capita,v.g. Tres ſunt filij ex pręmortuo fratre,& vnus ex alio fratre,ſi tñ capiat filius ex vno fratre genitus,quantũ tres ex alio geniti ſuccedũt in ſtirpes ſuas, q2 quilibet capit certã portionẽ ſtirpis ſuæ. Si vero ſi fratres tot portiones,capiẽtur, quot ſunt capita,tunc ſuccedũt in capita.vide infra,in ſtirpes ſuccedere,& Azo.in ſum.C.de hæred.inſt.Hoſt.& Spe.eo.ti.in tract.libellorum, ver. nunc de collateralibus.

Incẽdiarius eſt,qui ob inimicitiam, aut prædæ gratia, ædes, arbores, ſiue ſegetes incendit, vt ff.de pœ.l.capitalium, §.incendiarij.

Incẽdiũ idẽ eſt,qđ appetiť,vel audacia,ſeu volũtas,de vi. & hon.cler. c.vt clericorũ.

Incenor dř iõ,quia ipſe alios praua ſuggeſtione ſuccendit ad vitia, & perſuadẽdo inflammat, ſm Iſidorum.

Incertas regiones fundum diuidi, eſt in partes terminatas diuidi.

Incertus poſſeſſor eſt, quem ignoramus, l. ſubſignatum,de verb.ſign.

Inceſtæ nuptiæ ſunt, q̃ inter collaterales,vel affines fiũt ſm gloſ.in auth.de inceſt. nup.in prin. vbi conſtituit dñiã inter nuptias ĩceſtas, nefarias, & illicitas,tametſi iuris auctoris non raro his noĩb. ꝓmiſcuè vtãtur.

Inceſtus eſt maior adulterio, l.ſi adul.§.j. ver.duplex, de adult. & eſt coitus carnalis ĩter affines,& collaterales, §.ſi aduerſus.inſtit.de nup.

Inceſtus eſt abuſus conſanguinearum, vel affinium, vt §. cũ ergo. 36. q. j. & 35. cauſa, quaſi per totum.

Inceſtuoſus dicitur, qui cognatam vel affinem, vel ẽt sãctimonialẽ nefario amore, vel coitu violat, ſeu maculat, ſiue in matrimonio, ſiue ſine matrimonio, vt in §. præalleg. & 27. diſtinct. virgines.

Incidẽs, & emergens quõ differant, no. in c. j. de or. cog. & c. a nobis, de excep. vide de hoc ſupra, emergens.

Inciſſe, vide infra, Interdictum de riuis.

Incola dr̃, qui in aliquam regionem domicilium contulit, vel cõtrahit, quaſi ſedem ibi poſiturus, vel mãſionem, ita ꝙ tranſactis x. annis domiciliũ retinuit: licet etiã cauſa ſtudij ibidẽ ſteterit, vt ff. de verb. ſign. l. pupillum, §. incola, vel qui propriam terrã colit. Require ſupra, Agricola.

Incolumis dr̃ a nomine colũna, quia ſicut columna eſt erecta, fortis, & ſtabilis, ita incolumis conſi[illegible], & iſta ratione forte filius dr̃ hr̃e in bonis patris quartã incolumẽ, i. fortẽ, ſtabilẽ, quia fideicõmiſſa, & legata eam minuere non poſſunt, vt l. 2. cum ibi no. C. de ino. do.

Inconcuſſa, i. inuiolata, ſeu inconcuſsè, i. quietè, ſine interpellatione, c. illud, & c. auditis, de præſcr.

Inconſulto factum dr̃, ꝙ dedita opera factum non eſt.

Incontinenti, i. ſtatim, recipit tamen hoc verbum interpretationẽ a iure, de quo ſuprà, in ver. facere.

Incorrigibilis ſm Bal. dr̃, qui nõ paret iudici in extremo iuriſdictionis, qđ eſt ſnĩa. Sed contumax dr̃, qui non paret in principio iuriſdictionis, qđ eſt citatio, vel in ius vocatio. ſm Ant. de Bu. dr̃ incorrigibilis, q poſtq̃ penitus eſt condemnatus, iterũ reuertitur ad idẽ crimen, c. vt famę, de ſent. excõ. licet. n. non faciat pęnitentiã, nõ dr̃ propterea incorrigibilis, niſi reuertatur ad ſimile, vel ad peius delictum, nec faciat ſui præſentiam iudici, c. qm̃ frequenter, §. j. vt lite non conteſt. dum. n. facit ſui præſentiã, vt iudex eum apprehendere poſſit non eſt incorrigibilis, quia eccleſia habet adhuc quid vltra faciat, c. cũ non ab homine, de iud.

Increditũ ire, eſt idem, qđ crede-

dere,l.2.§.mutui.ſi certum petatur.

Increditum poſſidere,hoc eſt propter creditum,vſus eſt. Vlp.in l.a diuo, §.ſi pignora,ff. de re iud.

Incruſtationes, ſm Alc.in l. impenſæ, de verb.ſig.ſunt tectoria parietum ex cruſtis marmoreis confecta.

Incũctãter,i.de cętero.3.q.6. hęc quippe, in ſi.qñq;,i.ſine mora, ff.de admi.tut.l. tutor,qui repertorium,§.j. qñq;,i.indubitãter,q̱a cunctari idem eſt,quod morari,vel dubitare,& ita ſumitur extra, de his,quæ fiunt a ma.par.capit.c.j.de ſent. excom. cum quis. lib.6. & ibi per Arch. 9.diſt. c.noli. 3.q.6.hæc quippe,& extrà, de ſchiſma. c. fraternitati, & in vtraque ſignificatione poteſt ſumi, d.c.noli, & ibi de hoc per Arch.

Incuria eſt neglig̃ẽtia,ele.q̱a cõtingit,de re.do.& c.quęſitum, de pœn.& remiſ.

Indago apud Vlp. in l.empto rẽ, §.vlt.de act.emp. ſumitur pro effectu indaginis, hoc eſt captura,quod a Budęo ibi proditum extat.

Indefinita capitur pro oratione, cui non pręponitur ſignũ vl̃e vel particulare. Et oratio indefinita ſignificat indifferenter, qñq; ẽt vl̃r diſtributiuè, ſeu collectiuè ſeu aliter, prout eius ſignificatum, vel materia ſubiecta,vel quæuis circũſtantia, ſeu aliquod mediũ probabile cõcludit, v.g.lex loquiẽ indefinitè dicendo, venditor tenetur rẽ tradere, vel teneẽ de euictione, vel homicida,vel fur eſt puniẽdus, ſignificat vl̃r,quia ſenſus eſt,qđ omnis homo eſt vẽditor tenetur tradere rẽ,& oĩs homo,qui eſt homicida vel fur, eſt puniendus.Et hoc patet ex oĩb.legib. ſic loquẽtib.cum earum intellectu. Nam natura legis, eſt oĩa,in quib.eſt medium, ſub eadem regula cõcludere.Cùm.n.ibi ſit eadem ratio, ibi, & idẽ ius eſſe debet. l.illud,ff.ad leg. Aquiliam. Item qua ratione de iſta lege detraheretur vnus,eadem,& alius,& ſic remanere deluſoria, & ſic dicit,ſeu ideo dicit vniuerſaliter. Differt tñ indefinitè ab vniuerſali,ſecundùm Bartolum, quia vniuerſalis omnia ſignificat ex ſuo proprio ſignificato, indefinita verò non comprehendit omnia ex ſua

ſignificatione propria, ſed ex identiare rõnis, interpretatione iuris, vel diſpoſitione legis, v.g. Lex dicit homicidium puniendũ morte, non tñ ſub hac lege cõprehendit, homicida iuſtè occidens, ſ. ad ſui defenſionẽ, vel per ſententiã, vt in l.j.C.ad leg.Corn.de ſicca. ſecus ſi lex loqueretur vl'r, quia tunc ex proprio ſignificato contineret oĩa, & nõ interpretatione iuris, ſicut indefinita. Item cùm profertur ab homine in materia naturali dicẽdo, homo eſt animal, ſignificat vl'r, quia ſenſus eſt, ꝙ oĩs homo eſt animal, quia ſignificatũ ſumptũ ex natura in neceſſario, ineſt omni homini. Idem cũ profertur a lege, dicendo, obligatio eſt iuris vinculũ, vel actio eſt ius proſequẽdi, &c. q̃a cuilibet obligationi, actioni neceſſario cõuenit diffinitio. Item ibi, in iudicio interrogatus de plurib. criminib. an fecerit, reſpõdet qđ illa nõ fecit, æquipollet vl'i, puta ſenſus eſt, quod nihil horum fecit, l. ſi is, qui ducenta, §. vtrum, ff. de reb. dub. quia ſignificatũ ſumitur ex interrogatione & reſpõſione facta in iudicio: nam reſponſio facta ibi dẽt certiorare interrogãtem, aliàs non dr̃ reſpõſio, modo accipiẽdo vl'r interrogans certioretur, quia reſpondens omnia negat. Si autem nõ acciperetur verbaliter, nõ certioretur aliquo modo, quia non apparet quid negaret, & quid confiteretur. Et ſumitur hic ſignificatum ex æquipollentia, quia negatio præpoſita ſigno, facit orationem ęquipollere ſuo cõtradictorio. Nã licet ibi negatio poſtponatur in ordine ſcripturæ, præponitur tamen in ordine conſtructionis dicendo, quid eorum non feci, ideſt non feci quid eorum, & ſic æquipollet iſti, nihil eorum fecit, iura tamen parum intendunt ſignificatum æquipollentiarum. Item ibi, promitto per hæredem meum non fieri quominus tibi ire agere liceat, hæc verba, per hæredem meum, ſignificant vniuerſaliter, quia ſenſus eſt, per nullum hæredem meum, l. 2. §. fin. ff. de verb. oblig. quia nomen hęredis licet proferatur in ſingulari, tñ ſignificationes habẽt

hæredes,

hæredes, alia ſtipulatio nõ haberet hrditatẽ, nec eſſet certitudo, de quo intelligeretur, & de quo non. Itẽ ibi teſtator dixit lego ſeruos meos textores, ſignificat vl'iter, quia ſenſus eſt, lego omnes ſeruos meos, l. ſeruus vrbanus, §. fi. ff. de le. 3. quod ſignificatũ hoc ſumitur ex accidẽtia facti, ꝙ oẽs ſunt textores. Si autem aliq ſunt textores, & alij non, ſignificat vniuerſaliter oẽs textores, & non vniuerſaliter omnes ſeruos, l. prꝗalle. quia verbũ textores ponit ad reſtrictionẽ, vt alij non contineantur in legato. Itẽ ibi, teſtator dicit lego lanã, argẽtum ſignificat vl'iter, vt omnis lana, omne argẽtum videatur legatum. l. ſi cui lana, ff. de leg. 3. quia qua ratione vnum ibi comprehenditur, eadem ratione, & aliud, & qua ratione vnũ excluditur, eadem, & aliud; & ſic nihil ſignificatur. Item ibi, obligo bona mea, non ſignificat, vniuerſaliter, quia ſuppellex filij naturales, & concubina nõ cõtinentur. l. obligatione. ff. de pig. quia ex natura iſtarum rerũ quis ad iſtas ita afficitur, quod nunꝙ vel raro obligat, ergo in obligatione eas noluit cõprehendere, ſed cõprehenduntur alia, ad quæ quis ſolet obligari pro debito, qa ſignificatũ ſumitur ex verbis, & cõi modo agẽdi, ſeu obligãdi. Debent enim verba deſeruire intentioni, & non intentio verbis. Item ſi dicit vniuerſaliter, obligo omnia bona mea, quia adhuc prædicta non cõprehendũtur. Item ibi ſi teſtator dicit, hæres meus damnatus eſto, clarè ſignificat vl'iter, quia ſẽſus eſt, ꝙ oẽs hæredes teneantur, l. ſi pluribus, ff. de leg. 2. Finaliter ergo indefinita, æquipollet vl'iter, de priuil. quia circa, 19. diſt. ſi Romanorum, ff. de ſeruis le. ſi cui, & hoc verum de indefinita legis vel canonis, & ius tradere intẽdentis, talis .n. indefinita æquipollet vl', ſi lege vel canone non diffinitur. 31. q. j. quod ſi dormierit Io. And. no. quod ſi non eſt eadem ratio, & conditio, pp aliqđ accidens omnium particularium in vniuerſo comprehenſorum, tunc indefinita non æquipollet vniuerſali. v.g. legatur lana indefinitè, non cõtinetur tincta in le-

legato,l.ſi cui,in prin.ff.de leg.3.,Sed ſi legatur oı̄s lana tincta ēt cedit legato. l. pediculis,§.Labeo,ff.de auro & arg.leg. in gloſ. ſuper verbo aliorū eccleſiaſticorū,in c.vt circa.de elec.lib. 6. vbi de hoc plene not.

Index eſt ꝓditor,dictus ab indicando, ſm Iſid. Capitur & pro digito proximo pollici,itē pro tabula,quæ pręfigitur libris ad indicanda rerū capita,quo ſenſu ītelligi pōt,§.vlt. Inſt.de publ. iud. vt doctiſſimus docuit Alc.Interdū ſignificat exēplū,vt in l.2.ff.de fun.inſt.

Indicare inter alia ſignificata eſt ēt æſtimare, & pretiū rei venalis ſtatuere, pertinetq. ad vēdentē, ſicut liceri & mercari ad emptorē, indicatio,quo verbo vtitur Iuriſc.in l.Iulianus.§.quod autem. de actionibus.

Indicaſſe reum eſt nō ſolum detuliſſe, ſed etiam arguiſſe,& conuiciſſe.l.indicaſſe, de verb. ſig.

Indicium eſt medium intellectuale veritatis eliciendæ, ex aliqua ſingulari circunſtantia inſurgens, C.de rei vend. l. indicia, & dicitur ab indicando, quia indicatur.i.notificatur.

Indicium profiteri ea vltro ſeſe conſorteſque criminis deferre, l. 2. de ſicar. & ibi interpretatur. Bud.

Et cum ſit quoddã directũ & quoddã vtile, directum datur ei, qui eſt bonorum poſſeſſor. vtile datur ei, qui ſuccedit in iure ciuili ex teſtamento vel ab inteſtato, & hoc eſt interdictũ reſtitutoriũ, & adipiſcendæ poſſeſſ. ff. quorum bono. l. j. §. hoc interdictũ. Sunt ergo interdictorum quædam recuperãdę poſſeſſionis, quędam adipiſcendæ, vt ſupra in princip. præmiſſum eſt, & hic deſcribitur.

Interdictum quorum legatorum competit hęredi ad repetendum legata, quæ ſine voluntate eius legatarius occupauit, repetet itaq; hæ res, vt deducat falcidiam, alioqn ſi repeteret ſtatim reſtituturus exceptione doli poterit remoueri, & hoc interdictum vulgo ſic appellatur, & eſt ẽt adipiſcendę poſſeſ. l. j. in prin. ff. quo. leg. & qui non reſtituit, in id, quod intereſt, debet condemnari, vt l. fi. §. ex hoc interdicto. ff. eod. tit.

Interdictum de ripa munienda merito propoſitũ fuit, nam ripas fluminũ publicorum reficere, & munire, vtiliſſimum eſt, ne ob id omiſſũ nauigatio deterior fiat, vt l. vnica. §. 1. de ripa. mun. & ſequitur in §. 2. De hoc interdicto expreſſum eſt, vt damni infecti in annos decem viri boni arbitratu vel caueatur, vel ſatiſdetur, dabitur aũt ſatis vicinis. & in fine dicit tex. illud notandum eſt, ꝙ ripæ lacus, foſſæ, ſtagni muniendi cauſa nihil prætor cauit, ſed idem erit obſeruandum, quod in ripa fluminis munienda.

Interdictũ de riuis eſt vtiliſſimum, quia riuos, ſpecus, & ſepta reficere & purgare ꝑtor aquæ ducendæ cã permittit, dum tñ non aliter aquã ducat q̃ priore ęſtate fluxit, vt l. j. in prin. ff. de riuis. & ſequit̃ in §. 2. Riuus eſt locus per longitudinẽ depreſſius quo aqua decurrat. Specus aũt eſt locus, ex quo deſpicitur, inde ſpectacula ſunt dicta, & dicit ibi glo. Specus eſt locus altus a terra ædificatus, ex quo ducitur aqua. ff. eo. ti. l. Seruius autem. Sed qñque ponitur pro foſſa, qua recipitur, & colligitur aqua. Et in authoribus ponitur pro loco vmbroſo, & tenebroſo, ſecundum Azonem, ſed ſecundum Hugo. dici-

tur ſpecus eſſe fouea habens vndiq; locũ eminentiorẽ, vnde poſſit proſpici aqua in fundo collecta, vt ff. de aqua plu. arc. l. ſupra iter. & capitur pro ſubterraneo meatu. l. Seruius. in prin. & §. j. eo. tit. Septa vero ſunt quę ad incile opponuntur aquæ deriuandæ compellendæve ex flumine cauſa, ſiue ea lignea ſint ſiue lapidea, ſiue de alia qualibet materia. ff. de riuis. l. j. §. ait. Et ſubdit textus. Incile eſt locus depreſſus ad latus fluminis, ex eo dictus, quòd incidatur.

Interdictum ſaluianum competit dño fundi aduerſus colonum in ſua domo habitantẽ. & eius hæredes de reb. coloni tacite pignoratis pro mercedib. quas colonus in fundum intulit, vt ff. eo. tit. vbi textus inq̃t. Si colonus ancillã in fundũ pignoris nomine induxerit, & eã vẽdiderit, quod apud emptorem ex ea natum, eſt eius apprehendendi gratia vtile interdictum reddi oportet. Nã vtile datur ei contra extraneũ poſſeſſorem pro adipiſcenda poſſeſſione eorum, quę tacite locatori ſunt obligata. Differũt autem interdictum ſaluianũ, & actio ſeruiana, quia intentãs actionem ſeruianam ad rem ſibi obligatam reſtituendã, dẽt probare huiuſmodi rẽ in bonis coloni fuiſſe eo tẽpore, quo res fuit illata. Sed hoc nõ eſt neceſſariũ in interdicto ſaluiano, immo ſufficit probare talem rem fuiſſe illatã. Item dicit gl. in §. itẽm ſeruiana. inſt. de actio. ꝙ ĩ ſeruiana oportet ꝙ creditor probet de rebus dominum fuiſſe tempore obligationis, ſed ĩ ſaluiano ſufficit, ꝙ probet eũ poſſediſſe: nã omnia poſita ab ipſo colono, tacite ſunt domino fundi obligata.

Interdictũ de ſepulchro ædificãdo locum habet, vt quis non prohibeatur ędificare ſepulchrum, quo liceat mortuũ inferre, vt ff. de ſep. ęd. & mor. in fe. per totum.

Interdictum de ſuperficiebus quod etiam actio nũcupatur, proponitur duplex exemplo interdicti vti poſſidetis. Tuetur itaque prętor eum, qui ſuperficiẽ petit, & defendit, veluti vti poſſidetis interdicto, & omnia, quæ in vti poſſidetis interdicto ſeruantur, hic quoq; ſerua-

ſeruabuntur, vt in l.j.§.pro pomī. ff.de ſuperficie. vbi etiam in l.2.dicitur. Superficiarias ædes appellamus, quæ in conducto ſolo poſitæ ſunt quarū proprietas & ciuili, & naturali iure eius eſt, cuius & ſolum.

Interdictum de tabulis exhibendis datur omnib.quib. aliquid eſt ſcriptū in tabulis, vel purè, vel in diem, vel ſub cōditione, ſiue ſint hęredes, ſiue legatarij, ſiue cōmiſſarij. Et pertinet hoc interdictum non tantum ad teſtamenti tabulas, verum etiam ad oīa, quæ ad cām teſtamenti pertinent, ſ.codicillos, vt l.2.§.hoc interdictum, ff.de tab.exhib.

Interdictū vt in flumine publico nauigare liceat, eſt quo proſpicitur, ne quis in flumine publico nauigare, nauim ratēve agere, vel in ripa onerare ꝓhibeat̄, ſed vt per lacū, foſſam, ſtagnū publicum nauigare liceat, vt l.vnica.§.j.in princ. ff.eod.titu.vbi ſubdit Vlp. Lacus eſt, qui perpetuā habet aquā: Stagnū eſt, quod temporalem cōtinet aquā ibidem ſtagnātē, quæ quidem aqua plerūq; hyeme colligit̄. Foſſa eſt receptaculum aquæ manufactū. Poſſunt autem hęc eſſe publica, & non publica. Planè qui lacum, vel ſtagnū conduxit ſi piſcari prohibeatur, vtile interdictum ei cōpetere Sabinus conſentit, & Labeo, ergo ſi a municibus conductum habet, æquiſſimum erit ob vectigalis fauorem eum tueri, vt l.vnica.præalleg. ff.vt in flum, pub.nauig.liceat.

Interdictū vnde vi, locum habet, cum quis poſſeſſionē ſoli per vim amiſit, & dat̄ directè contra deiectorem illi, qui vi de poſſeſſione alicuius rei immobilis deiectus eſt ſine oī cauſa, vt reſtituat̄ ei poſſeſſio, de qua deiectus eſt, & oīa ablata, immo dato, ꝙ ibidē, eſſent aliqua, quę penes violentū fuerint mortua, vel aliqua res, quę caſu fortuito perierunt, non pp hoc liberabitur, ſed in totum condemnabitur ad earum æſtimationem, quia nec mortalis, neç fortuitus caſus liberat deiectorem. Dicit enim l.j. C.vnde vi. Rectè poſſidēri, ad defendendam poſſeſſionē, quam ſine vitio (ſupple maxime) tenebat, inculpatæ tutelæ moderationem il-

illatam vim propulſare licet & ibi no.& ff. de vi,& vi ar.l.1.§.vim vi. quid ſit vim vi repellere. Et eſt hoc interdictũ annale, quia poſt annum nõ tenetur, niſi in quantum peruenit ad eũ. Ex conſtitutione autẽ grauius tenetur, qui mihi feciſſe detegitur, vbi dolus prohibetur perenniter, & ignorantia excuſatur.

Interdictum de vi,& vi armata,cum interdicto vnde vi, datur,& proponitur ei,qui vi deiectus eſt Fuit.n.ęquiſſimum vi deiecto ſubueniri, ergo ad recuperandam poſſeſſionem hoc interdictum inuẽtum eſt. Ne quid enim per vim admittatur in legibus proſpicitẽ publicorum,& priuatorum, nec non conſtitutionibus principium, vt l.i. ff. eo.tit.§.hoc interdictum,& §. ſeq. vbi dicitur. Hoc interdictum nõ ad omnẽ vim pertinet, verum ad eos tantum, qui vi de poſſeſſionibus deijciuntur, & ad ſolã atrocẽ vim, & ad eos,qui de re ſolo deijciuntur, vel de re ſolo cohęrenti, vel de ædificio, etiam ſi a ſuperficiaria inſula, quis deiectus fuerit, apparet hoc interdictum locum habere. Sed ad res mobiles non pertinet vbi furti, vel vi bo. rap. actio competit. Cætera vide in l. præalleg.

Interdictum vti poſſidetis locum habet in reb. immobilibus,ſ. ſi de fundi, vel ædiũ poſſeſſione contẽditur, inſtitu.eod.tit. §. ſed interdicto. Nam ibidem in § retinendæ dicitur. Et quia longe cõmodius eſt potius poſſidere, quã petere ideo plerunque, & ferè ſemper ingens exiſtit contẽtio de ipſa poſſeſſione. Habet etiam locum incorporalibus, vt in quaſi poſſeſſione, & datur poſſidenti ciuiliter, & naturaliter, vel etiam quaſi poſſidenti gratia retinendæ poſſeſſionis, & proponitur quoties inter litigatores contentio eſt vtrũ poſſideat, quia alteruter magis ſe poſſidere affirmat. Eſt autem hoc nomen vti poſſidetis propriè ad immobilia accommodatum, quia ſolum illa dicuntur propriè poſſideri, eo ꝙ eis quis pedibus inſiſtat, inde enim appellata eſt poſſeſſio, ut in l.1. ff. de acq.poſſ.

Interdictum vtrobi idẽ eſt cũ ĩterdicto vti poſſidetis, niſi ꝙ in hoc differũt, q̃a illud

locum

locum hẽt, cum qõ eſt de retinendi poſſeſſione rerũ mobiliũ, vt ff. vtrobi. l. vnica. §. hoc interdictũ. Sed vti poſſidetis, locũ hẽt cũ qõ eſt de retinẽda poſſeſſione rerũ immobiliũ, vt ſupradictũ eſt. Et componit̃ ſm Az. & Acc. in gl. j. l. præal le. ex vtrum, & vbi, & ponitur vbi pro apud, & vtrũ, pro quẽ, quaſi dicat, p̃tor apud quẽ eſt res mobilis, nec vi, nec clam, nec precario ab aduerſario tpe litis motæ ei vim fieri vero quominus eũ inducatis. Rite. n. hoc nomẽ vtrobi eſt ad mobilia introductũ, vel attributũ. Nã mobilia propriè dñr apud, vel penes nos eſſe, vnde Acc. in gl. vbi ſupra quærit quare diuerſa noĩa datur his interdictis. Et reſpõdet, quia immobilia ꝓpriè dñr poſſideri. Nã poſſeſſio dr̃ quaſi pedum poſitio, ergo merito datur eis vti poſſidetis, qđ ad mobilia aptari non põt, niſi hodie, qñ abuſiuè mobilia dicuntur poſſideri. Vel ſm alios dr̃ interdictũ vtrobi pp verba ſolẽnia olim in hoc iudicio, vel edicto reddita, ſ. vtrobi, i. vtrũ ibi, vel ibi fuerit poſſeſſio, vel alibi: & plures ſolẽnitates circa hoc q̃ hodie nõ ſunt in vſu, fuere. Et hoc ĩterdicto prætor iubet induci eũ in poſſeſſionẽ, qui ex duobus potior fuerit, & p maiorẽ partẽ anni poſſederit, ſm Acc. in gl. j. l. prę al. ff. eo. tit.

Interdictũ de vxore ducenda marito, dat̃ marito aduerſus eũ, qui dolo eã obtinet ſine volũtate mariti, licet ipſa volente, ff. eod. tit. l. j. Alia interdicta patẽt, & exponunt̃ ſuis verbis ĩcluſis.

Interdictũ & ceſſatio quo differãt patet, qa per interdicta prohibetur adminiſtratione ſacrorũ, paucis exceptis, qđ tñ non fit per ceſſationẽ, in qua ſolũ ceſſatur a diuinorum ſolẽnitatem.

Iterdum dr̃ fieri, quod fit inter diem, i. de die in diem.

Iterremptor, ideſt mediator in emptionibus.

Intereſſe mea eſt mihi expedire, vel me damnum, vel lucrum, qđ facere, vel capere potui, nõ feciſſe, vel non recepiſſe, vnde hoc verbum intereſt, imperſonaliter poteſt poni in cõſtructione. Et quandoque cõſtruitur cum pronominib. poſſeſſiuis: & tunc exigit ablatiuos fœm. generis hoc mo-

do mea intereſt debitū ſol ui die ſtatuto. Sil'r dr̄ tua, ſua, noſtra, veſtra intereſt. Et illorum pronominum ablatiuos regit, captū pro pertinet. Cùm verò conſtituitur cū cęteris dictionibus, tūc exigit genitiuum ſingularem vel pluralem, verbi gratia illius intereſt rem ſuā non perire. Regis intereſt regnum ſuum gubernare, reipub. intereſt ne crimina maneant impunita, litigatorū intereſt iuſtū hr̄e iudicem, vel fauorabilē. Item intereſſe hoc verbum pro nomine neutrali ponitur, & qn̄q; ſignificat dānum, quod euenit qn̄q; lucrū amiſſum. Damnum, qđ accidit, v.g. Perſuaſiſti familiæ meæ, ꝙ de domo, vel poſſeſſione cederet, qđ facto damnū mihi euenit, tu teneris ad intereſſe mihi præſtādum, i. damnum, quod paſſus ſum, reſarciēdum. Item de lucro amiſſo ponitur exemplū. Debuiſti mihi ſoluere cētum aureos Romæ, tu ſoluere deſideras Baſileæ, æſtimādū eſt quantum intereſuerit meā pecuniam ſuo loco mihi ſolutam fuiſſe, i. lucrum, quod ex mea negotiatione in eo loco facere potuiſſē. Et hæc actio, per quā hoc fit, dr̄ arbitraria loci. Sed notādum quamuis lucrū amiſeris, non ideo damnū paſſus es, quia dānum dr̄ a demando, ſ. quando ex facultatibus aliquid demit, aut ex propria ſubſtantia diminuitur, ita quod damnum pateris, qn̄ rebus tuis aliquid decreſcit, non quādo nō accreſcit, rebus tuis. Vnde intereſſe eſt damnū emergens, vel lucrum ceſſans ſuper eo, qđ dari, vel fieri omiſſum eſt, verbi gratia in Papia dare mihi pecuniam promiſiſti tali die, & non feciſti, hic damni, & lucri ratio eſt habenda. Damni, quia in mora fuiſti, & non ſoluiſti die tali, ſicut promiſiſti, vnde non habui vt ſoluerem, quare pęnam incurri, & dānum, quod nō incurriſſem, ſi mihi loco & termino præfixis ſoluiſſes, nec damnum hoc paſſus eſſem. Lucri ēt conſideratio habenda eſt, quia ſi mihi in loco, & termino debitis ſoluiſſes, mercimonia comparaſſem, & multa lucratus fuiſſem. Eſt ergo intereſſe æſtimatio damni, quod taliter

euenit,

euenit, vel lucri, qđ ceſſat. ex eo, quod aliquid tibi nō datur vel non fit, vt debet.

Intereſſe conuentuum eſt. ſ. cum nō facis, quod promiſiſti mihi, vel cum nō fecero, qđ promiſi tibi. Aliud intereſſe eſt commune. ſ. æſtimatio communis damni vel lucri, quod euenit, vel ceſſat. Aliud ſingulare, ſcilicet æſtimatio quæ euenit ex ſpeciali caſu vel vtilitate, vide de hoc Spec. in tit. de fru. & inter. ſſe.

Interlocutoria ſentẽtia. Req. infra ſententia. Et breuiter eſt omne verbum iudicis faciens ad cauſam, vt no. in c. cum olim. de teſti. & Auth. de litigio. §. ad excludendas, collat. 7. & l. 1. ff. de re iudic.

Interpellare quandoq; idem ſonat, quod interrumpere, vnde dr̃, ꝙ per lit. cont. interpellatur, ideſt interrumpitur actio, poſſeſſio, vel præſcriptio. Item interpellare idem eſt, quod monere, vt dicendo. Dies interpellare pro domino, ideſt monet. cap. potuit, in fi. de loca. & condu.

Interpollare eſt in nouā formam mutare. l. præcipiū t. de ędil. edi. tractum a fullonibus qui poliendo curandoq; vetera veſtimenta quaſi nouam ſpeciem a vetere fingunt.

Interpretatio eſt multiplex, vt c. 1. de poſtu. præla.

Interpretatio triplex eſt, q̄dā probabilis, & nō neceſſaria vt magiſtri. l. vnica. C. de profeſ. qui in vrbe Cōſtāti.

Quædam eſt neceſſaria, & nō generalis, vt iudicis. l. nam vt ait. ff. de leg. Quędā eſt probabilis neceſſaria, & generalis, ſed non in ſcriptis redigenda, vt ſunt conſuetudines, l. ſi de interpretatione, ff. de leg. & c. abbate, extra de verb. ſign.

Interrogatoria ſunt, quæ facit pars teſtibus productis contra ſe, & dantur ſuper articulis, de quib. præmiſſum eſt & formātur per circunſtantias cauſæ, & perſonarum, vt eſt gloſ. in c. pręſentium. de teſti. lib. 6.

Interritura eſt damnum rei derritæ. l. vlt. de pig. act.

Interuertere eſt rem cōmodatam depoſitā, aut aliter nobis creditam, dolo malo, ne ad dn̄m redeat efficere. Aliquādo idem ſignificat, quod ſubuertere & euertere, vt in l. tutelas. & in l. amiſſione. de cap. di.

Inteſtabilis dr̃, q nec teſtm̃ facere, nec teſtis adhiberi poteſt, itẽ is, cui alius teſtimoniũ dicere nequit. l. is cui. §. vlt. & l. cum leg. de teſt.

Inteſtõ, aduerbiũ, i. ſine teſtõ.

Inteſtatus dr̃, qui oĩno nõ fecit teſtm̃, vel ſi fecit, non ritè, vel poſtea rupit ex certis cauſis, vel ſi ex iſto teſtõ nemo ſit hæres. inſtit. de hær. quę ab inte. defun. in prin.

Inthronizatio eſt alicuius in ſuam dignitatẽ, vel ſuum thronum introductio, vel inueſtitura.

Intra dictio eſt incluſiua, & ideo cui legiẽ, ſi intra diem mortis eius aliqd dederit, ẽt dando eo die, quo moritur legatum conſequitur, l. ſi quis ſit. de verb. ſign.

Intruſi dñr, q nõ p electionẽ canonicã, ſed per violentiã occupant honores, officia, vel eccleſiaſtica beneficia.

Intruſus dr̃ ille, q eſt poſitus auctoritate ſuperioris nõ habẽtis ptãtẽ cõferẽdi. Do. de S. Gemi. in c. pp. 19. di. in vlt. col. Adde, ꝙ nõ hñs aliquẽ colorẽ in bñficio dr̃ intruſus, & q hẽt ſine auctoritate ſuperioris, & q eſt depoſitus a bñficio, & remanet in eo, itẽ ille, qui eſt electus, & miniſtrat ante cõfirmationẽ, vt in c. 2. de reſt. in inte. & ibi Abb. in col. j. Itẽ eſt intruſus, q cõmiſit crimẽ depoſitione dignũ, gl. 2. in c. cũ ſuper de cauſa poſ. & prop. Itẽ ĩtruſus dr̃, qui hẽt beneficiũ ablatũ alteri iniuſte. c. tanta. de exc. præla. & de hac materia vide latè Fel. in c. veniens, de acc. ver. no. ꝙ intruſus.

Intruſus in beneficio dr̃ ille. q. ſine auctoritate illius, ad quẽ ſpectat collatio, illud tenet. in c. qa diuerſitatẽ, vbi Pa. in 2. not. de cõc. pb.

Inualeſcere. i. valde valere, creſcere & abundare.

Inuentariũ dr̃ libellus, qdã, a quo oĩa bona hr̃ditaria, q̃ apud aliquẽ inueniunẽ, cõſcribunẽ, & oĩa in illo libello cõtinenẽ, vt ſciaẽ quantũ eo tpe vel die quo ſcribebaẽ in bonis ſuis cõtinebaẽ. Et tutũ eſt hęredi, ꝙ faciat, qa ſi fecerit, vltra vires hæreditatis nõ põt onerari ſi nõ fecerit oĩb. legatarijs, legata reſtituere oportet, & cogeẽ ẽt ſi excedant vires, & facultates hęreditatis. Etiam põt fieri in alijs factis nedũ ĩ reb. hr̃ditatis. Eſt ẽt inuentariũ quoddã genus inſtrorũ. Br̃ no. ꝙ inuentariũ eſt ſcriptura, quã hæres inchoa-

inchoare dēt infra 30.dies poſt mortem teſtatoris,vel poſtquā ſcit ſe inſtitutum hēdē,& ibi ſcribere oēs res defuncti ſuis teſtib.eáq; pſicere inf.60.alios dies,vel infra annū, ſi res ſint remotę, & tūc nō tenebit̄ creditorib.vltra illud, qđ inuentū fuerit in hēditate.Si aūt nō fecerit inuentarium, tenet̄ inſolidum. Et pro hoc vide in gl.Inſt.de hęredum qual.& diffe.§.ſed noſtra.

Inueſtitura eſt alicuius ī ſuū ius introductio,& eſt propriè poſſeſſio. Sed abuſiuè dr̄ inueſtitura, qn̄ dn̄s haſtā,vel aliqđ corporeū prębet vaſallo,dicēs ſe per hoc facere inueſtiturā, vt in li. feu.in tit.q. ſit inue. Olim aūt dicebat̄ de prouiſione, qua Imperator p vrbē Ro. inueſtiuit Archiep̄s, & Epiſcopus per annulū,& baculum,req.ſuprà, Inſtituere.

Inumbratam quietē furioſi dixit Celſus in l. qđ meo. §.j.de acq.poſſ.qui aſpectu ſanæ mentis videbatur.

In vniuerſum, i.generaliter.

Inuolare, i. furari, a vola dictū,qđ manum ſignificat. Et ita apud Calliſtratum accipit̄.ff.de incend.rui.nau. l.expugnatur, cum vela conſcinduntur, aut ancoræ inuolantur de mari.

I ante P.

IPerbolica locutio ex exceſſus veritatis, vt Frigidius, glacie pectus amantis erat. Ouidio in Epiſt.

Hyperpolica rectius ſcribas, de quo vide ſup. ſuo loco.

Ipſa, de hoc relatiuo vide Io. And.in q. poſita ſuper reg. contra eum,&c.in 2.art.de reg.iur.lib. 6.

Ipſe,i.ego,ff.quod met.cau.l. metum autem. §.ſed licet.

Ipſo facto,hęc clauſula idem importat,qđ ipſo iure.Bar. in l.j.de ijs, qui no.in infa.

Ipſo iure, de hac cl'a vide gl. in §.in bon.fidei, & ibi Iaſ. Inſt.de act.& Bar.in l.ſi mater, C.de ſuis,& leg.hær.

I ante R.

IRenarchæ dn̄r,qui diſciplinæ publicę, & corrigendis morib.pręficiunt̄,vt milites,quia vadūt perquirere latrones. Et dn̄r quaſi arcentes iram,vel quia irę ſumendæ in turbatores publicæ pacis gerunt monarchiam,ſ̄m quod accipitur, C.de irenarchis, lib. 10. Imò verò irenarcha dictio

Græca

Græca eſt cõpoſita ab ei re ne, quod eſt pax, & archos princeps, quaſi dicas pacificatorem, ſiue pacis conciliatorem, ſeu qui ſedandis ſeditionibus electus ſit.

Irrinum, vnguenti ſpecies, l. in argẽto, de au. & arg. leg.

Irronia eſt, cũ qs minora de ſe dicit quàm ſint etiã eſt cũ quid per deriſionem, i. per contrarium dicitur, & ſic eſt figura, de qua, & multis alijs vide glo. bonam in c. forus, de verb. ſign.

Irregularitas eſt nota, ſiue impedimentum canonicũ ex facto, ſiue de facto prouenĩẽs quo quis ad eccleſiaſticos ordines promoueri, & iam promotus in eis miniſtrare prohibet̃, & degradari: ſiue deponi qñq; meret̃. Vel ſic. Eſt habilitas quędã canonica, per quã quis efficitur inhabilis ad ordines ſuſcipiendum. Et dr̃ ab in ideſt, nõ mutando n, in r, & regula, quia nõn põt exigere regulas ab apoſtolis, & alijs ſummis pontificibus.

Irrepere, ideſt latenter inualeſcere.

Irrigũ, capit̃ actiuè, & paſſiuè hoc eſt, & pro eo ex quo & qd irrigari põt, vt irriguæ fontiũ aquę, l. j. C. de mancip. & colo. patri. & pro eo ipſo qd irrigat̃, l. diuortio, §. quod in anno, ff. ſol. matr.

Irritum teſtamentum, vide teſtamentum irritum.

Irrogare, i. inferre, vnde dicit̃ crimen vel damnum irrogat infamiã vel mortem, i. infert. C. ex quib. cau. inf. irrog. in rub.

I *ante* S.

ISoſtates, æqualitatis recognitor, l. 2. C. de ponde.

Iſthmus, terra oblonga, & anguſta inter duo maria.

I *ante* T.

ITa, eſt dictio cõditionalis, ſm glo. in l. Iulianus, 2. de condit. & demonſt.

Itaque no. Io. Cal. in comen. Decret. c. poſt ceſſionem, de probationib.

Item, hæc dictio ex ſuo ſignificato ſignificat adiectionẽ, coniunctionem, ſeu continuationẽ, de qua Bar. ff. de public. & vect. l. j. in princ. Eſt ẽt repetitiua ſeu repetitionis ſignificatiua. Repetit aũt illa, quorum repetitionem ſignificare concludit quodlibet medium probabile, v. g. teſtator dicit

lego Titio fundũ Seianum ſub cõditione. Itẽ fundum Seianum hæres meus dare damnas eſto. intelligĩ ſub eadem conditione, vt l.in repetendis. ff. de leg.3.& ſumĩ ſignificatũ ex dictione item, & ex oratione ſequente, quę eſt declaratiua pręcedentis. Et idẽ dic in die, vel in alia qualitate poſita in oratione pręcedenti, qa reperĩ & in ſequenti. Item ibi, teſtator dicit lego Titio fundũ Seianum ſub cõditione, & poſt ex interuallo dicit, itẽ fundũ Seianũ Titio legò hoc caſu legatũ valet, & vr̃ primũ reuocatũ, nec vr̃ repetitio conditionis, vt l.non ad ea, ibi cũ dicit ſi prius ſub conditione, ff. de cond. & demonſt. quia hęc diſpoſitio dẽt addere, & operari, ꝙ nõ fieret ſi cõditio repeteretur ideò teſtator vr̃ a conditione receſſiſſe, & pure legare voluiſſe. Itẽ ibi teſtator pluribus legatis factis filiũ hæredẽ inſtituit, & adiecit, qđ ſi ipſe filius abſque liberis diſceſſerit, relinquo Titio cẽtum. Itẽ relinquo Titio domum. Itẽ relinquo Sempronio fundum. Prædicta conditio ſi deceſſerit, intelligitur reperita in duobus ſequentibus legatis, & ſic obtinet in trib. prædictis legatis, quia ſumĩ ſignificatũ ex legatis purè prius factis, & ex ſignificato conditionis. Nam ex cõditione ſignificatur, quod teſtator non vult plus grauare filium, ſi vixerit, ſed vult grauare in ſequentib. ſub illa cõditione ſi deceſſerit, facit l.ſi ita ſcriptum, ff. de lib. & poſth.

Iter eſt ius eundi, vel ambulandi hoĩs, ſiue homo eat ſolus ſiue vehatur ſella, vel lectica, vel in equouis animali. Seorſum verò nõ põt iumentũ ſecum agere, vel vehiculum ducere, qui iter tantum habet. Quandoque tamen iter dicitur vulgariter ipſum ſolum, per quod itur, vel tramites, vel calles tranſeunt, ita quod qui actum habet, habet & iter, & commoditatem itineris, & non econuerſo, vide infra de via, & Inſtit. de ſeruit. in princ.

Iterato quid importat, no. Archid. 71.q.3.c.ſi quis vero.

Iterum, hæc dictio ẽm ſuum proprium ſignificatũ denotat actum geminatum, quod not. pro ſtatutis permitten-

mittentib. aliquid iterari, vel punientibus, faciẽtem aliquid iterum, habet.n.locum ſtatutum geminante actũ q̃nq; ex natura actus cui adijcitur, exponitur,i. quoties opus fuerit, gl. & ibi Doct.in c.ſua nobis, de app.& Ang.Aret.in proœ. inſt.in ver.quorũ,& Doct. in l. veluti, de eden. & l.ſi. fideic.§.ſi quis decem, ff.de leg.3. vbi ſi teſtator legat decem Titio, & ſi perdiderit,iterum legat, non intelligit̃ vltra duas præſtationes,qđ facit ad quęſtionẽ, q̃n arbitro datur poteſtas prorogandi,cõpromiſſum ſemel,& iterum, non.n.intelligit̃ in infinitũ, ſed pro duab.vicib.tm̃, ſm Bald.in d.c.ſua nobis,in ſi facit,qđ no. in l.ſi finita, ff.de dam. infec. vbi plenè per Doct. Itidẽ,i.ſimiliter.C.de emã. lib.l.pen.de iniur.l.ſi. Aliq̃n,i.tantundẽ, C.de app.l. qm̃ iudices,Itinerarchę,dicuntur itineris cuſtodes, a verbo eo is, & archos græcè, i.princeps Latinè, hoc nomen trahentes,quia ad prouinciarum tutelã per ſingula loca pacis, & quietis faciunt ſtare cuſtodiã, l.j.C.de cuſt.reo.

I *ante* V.

IVdæi dñr, qui Moſaicam legem ad literam imitantes tenent,ſe circuncidendo, & alia legalia faciẽdo. Et dicuntur a nomine dignioris tribus,ſ.Iudæ, qui inter alias trib. bellicoſior erat, & in bellis primam aciem, & regni vel regis priuilegium obtinebat.

Iudex dr̃, quaſi ius dicens populo, ſiue quod iure diſceptet.Iure aũt diſceptare eſt iuſtè iudicare. Nõ eſt ergo iudex,ſ.bonus,ſi non eſt in eo iuſtitia, vt in c.forus,§. in omni quoq; negotio.de verb.ſig.Et iudex eſt,qui ex iuriſdictione propria, aut ſibi delegata, & commiſſa ius habet ſuper cauſas litigiorum,l vel litigatorũ cognoſcẽdi,& qui ex propria iuriſdictione illud habet, dicit̃ iudex ordinarius, ſed qui ex delegata dicit̃ delegatus, & extraordinarius.

Iudex ordinarius eſt ille, qui ptãtem iudicandi a ſe iure ſuo,hoc eſt eo ipſo,ꝙ eſt talis, vt eṗs, baliuus, præſes prouinciæ, & conſimiles.

Iudex delegatus eſt ille, qui hẽt poteſtatẽ de cauſa aliqua cognoſcẽdi ab aliquo ſibi

ſibi commiſſam qui ẽt dici tur iudex extraordinarius.

Iudex competens dicitur, qui cauſæ iuriſdictionẽ habet cũ exercitio, dato ꝙ per exceptionem poſſit elidi, ſiue exceptio cõtingat perſonã, vt q̃a ſuſpectus, ſiue iuriſdictionem, vt q̃a reſcriptum ſurreptitium eſt, vt eſt gl. in cle. cum lit. ut lite pendẽte.

Iudex incompetẽs eſt, in quẽ licet cõſenſerimus, id tamẽ quod ab ea ſtatutum eſt, firmitatem non habet iudi cati, vel quia ipſe nullam iuriſdictionẽ habebat, vel quia inter error. in adducendo vel adeundo ipſum, vel quia vi compulſus ſum in eum conſentire. In ſumma iudex incompetens eſt idem qui non ſuus.

Iudex compromiſſarius. Require ſuprà arbiter.

Iudices chartularij erãt olim, qui ab Imperatore priuilegiati erant, vt qui vellẽt coram eis litigare poſsẽt, ſed ipſi nõ poterant cogere ali quem ad litigãdum coram eis. Et dicuntur hodie etiã iudices ordinari creati à co mite Palatino, qui non ha bẽt adminiſtrationem niſi habitu, ut not. l. 1. ff. de iud. & l. fi. C, vbi, & apud quem cog. & integr. inſtitut. agitant. ſit.

Iudices domeſtici. Require ſuprà domeſtici. & aſſeſſores.

Iudices pedanei dicuntur illi quorum officium eſt de mi nutis cauſis, & infimis cognoſcere, & inutilibus, vel vilibus licet ordinarij, & di cuntur à pede, qui eſt extre ma pars corporis. Maiores verò cauſas debẽt, & tenen tur maioribus referre, cum ipſi per ſe non poſſint terminare. C. de pœn. iud. l. 2.

Iudicem delegare eſt vice ſua alium de cauſa cogniturum conſtituere.

Iudicatum facere dixit Celſus in l. fin. ſi cert. petat. pro parere ſententiæ, & ſoluere quòd ſolui debet, pronunciatum fuit.

Iudicatum ſolui ſatiſdatio, in de dicta eſt, quia interpone batur ſtipulatio, quòd ſolueretur, quod iudicatum fuiſſet vt inſtitu. de ſatiſ. in prin. Et huiuſmodi ſtipula tio tres clauſulas continet, vt eleganter perſequit̃ Vlp. in l. iudicatum, ff. iu. ſolui.

Iudiciũ, hæc dictio multipliciter ſign̄at. Primò mõ idẽ ẽ, ꝙ caſus fortuit', vt dr̃. Hoc diuino iudõ venit. Scdo eſt diſcretio, vt dñ. in pueris nõ

eſt iudicium, facit Inſt. qui non eſt permiſ. fam. teſtã. §. prçterea. Tertio eſt actio, vt cum dicitur iudicium fa mi. herc. ff. de iud. in l. in fa miliæ. Quarto eſt vltima volũtas teſtatoris. Quinto eſt iudicium, vel ſententia iudicis, l. j. C. de re iud. Sexto poniẽ pro examinatione, vel deliberatione. Septimo pro auctoritate. 43. diſ. c. 2. Octauo quandoq; pro pœna. 50. diſt. ca. & purgabit. Nono, capitur pro inſtãtia, vel ordinatione cau ſę diſcutiendæ in iure corã iudice: ſic ſumitur in ti. de iud. l. properandũ, §. j. C. de iud. & ff. eo. ti. l. proponebatur, & in hac ſignificatione diffinitur ſic, iudicium eſt actus legitimus triũ perſonarum, ſ. iudicis, actoris, & rei ſuper eadẽ quæſtione, aut ſuper eodẽ iudicio con tractus, de verb. ſig. c. forus, in gl. Et dr̃ iudicium quaſi iuriſdictio. ibidem, & ẽm Goff. deſcribitur ſicut arbitrium exceptis his. Primo, quod iudicium eſt de ciuili, & criminali, ſed arbitriũ de ciuili tantum. Secundò, quòd iudiciũ neceſſariò, arbitrium vero voluntariè ſubditur, & prius inquiſitio vocabatur: vnde ſecun dũ Card. Iudicium eſt inueſtigatio, quam ẽm iuris ordinem facit iudex per varios modos ad veritatẽ eliciendam, & elicitam cuſtodiẽdam, vt 30. q. 5. iudicantem oportet. Et quod diciẽ actus trium perſonarum; intelligitur verè, vel fictè, ſeu repræſentatiuè, quia in notoriis fama repræſentat actorem, & fingitur accuſator. Et nota, quod propriè ante li. conteſt. non eſt iudicium, quia nulla cauſæ diſcuſſio. l. j. C. eo. tit. & hoc reſpectu cauſę non autem reſpectu aliorum actuum iudicialium, vt ſunt examinatio partium, & cõfeſſio, & cętera, quæ bene fiunt ante litis conteſtationẽ: immo quandoque iudicium capitur pro eo, quod prçcedit ſententiam, vt in c. in iudicijs, de reg. iur. libro 6. De multiplici ſpecie iudiciorum, vide infra in ver. iudicio priuata.

Iudicium cõtradictorium dr̃, ſi dicerem hoc eſſe conſuetudinem, & tu aduerſarius meus diceres non eſſe conſuetudinem, vt in c. abbate. in gl. fi. de verb. ſign.

Iudicia capitalia ſunt, q̃b caput

put eximit a ciuitate morte vel exilio, de his vide inſtit.de publi.iudic. §.publicorum.

Iudicia publica ſunt de publicis cauſis, & dñr quaſi publica, quia cuilibet de populo cōmiſſa eſt executio, vt contra crimen læſæ maieſtatis, in quo oẽs de populo poſſunt accuſare. Quandoq; iudicium publicum dr̄ iudicium, quod intenditur a crimine: de hoc inſtit.de pub.iud.in princ.

Iudicia priuata ſunt, quę ciuiliter tractantur ſiue intentantur. Item de multiplici iudicio, ſ.auctoritatis, miniſterij, approbationis, &c. no. Arch. 55. diſt. percepta, & gl.ſuper regula, in iudicijs, de reg.iur. li.6. Tangit aliqualiter Arch. 2. q.1. ſicut. Et ẽm Ant.de But.diuiditur tripliciter. primo rōne materiæ, ſecundo ratione formę, tertio rōne quantitatis. Vnde ratione materiæ duplex eſt iudiciū, aut temporale, aut ſpirituale, aut ciuile, aut criminale. Vnde ſemper dicitur iudicium criminale, qñ finis tẽdit ad commodum reipubli. vt fiſci. &c. ſine pęna ſit corporalis, ſiue pecuniaria. Sed dicitur ciuile dum finis tẽdit ad commodum partis, gloſ.no. l.prætor, in princ. ff.de ſep.vio. & fuit opinio Innoc. in ca. qualiter, & quando 2.de accu. & Doct.in ca.j.de iud. Secundo, ratione formæ iterum duplex eſt iudicium, ſ. ordinarium, & extraordinariũ. Tertio, ratione quantitatis duplex eſt, ſ. vniuerſale, & generale, quæ etiam differunt, de hoc plenè in capit.2.de libr.oblat. Item iudicium triplex reperitur: primum inter ſanguinem, ſecundum inter lepram, tertium inter cauſam, vt in capit. per venerabilem, qui fil. ſint legit.

Iudicium proluſoriũ quid require infra ver.proluſoriũ.

Iudicium accipi olim dicebatur, cum lis conteſtabatur, leg. is qui ſe, de rei vendicat. cuius locutionis rationem, tradit Alciat. in l.pecuniæ verbum, §.actionis, de verb. ſign.

Iudicio ſiſti cautio dicitur, cum promittimus, nos aut aliquem alium ad iudicium venturos & permanſuros eſſe, vt in ff. ſi quis caut.toto tit.

Iugalẽ poſuit Iuſtinianus pro vxo-

vxore,l.conſenſu,§.1.C.de repudiatio.

Iugatio, genus vectigalis, de quo in l.immunitates, C. de agric. & cenſib.

Iumentorũ appellatione boues non continentur, l. legatis ſeruis,de leg.3. Dicta autem iumenta a iugendo eo,ꝙ currui iungantur, vt ait Alex.in l.boues,de verborum ſig. in quibus ſunt equi, & muli.

Iura pdiorũ appellari ſeruitutes nemo eſt, q ignoret, ex ti.de reb.corpo. & incorpo.in inſt. atqui prædia cũ viribus ſuis reſtituere promittit,intelligitur, vt reſtituat eiuſdẽ bonitatis ſalubritatis, & amplitudinis,l. quid aliud,ff.de verb.ſign.

Iuramentũ eſt affirmatio vel negatio ſacræ rei aſſertione vel atteſtatione firmata ſm Goff. vel adhibita religione ſecundum Placen.& eſt triplex videlicet, voluntarium,cum fit extra iudicium neceſſarium & iudiciale,vt not.gloſ.inſtitu. de actio. §.item ſi quis, & infra ver.iuſiurandum.

Iuramẽtum aſſertorium eſt, cũ iuratur de præſenti, vel de prætetito ſic eſſe, vel nõ eſſe, fuiſſe, vel non fuiſſe. Sed iuramentũ promiſſorium eſt qđ iuratur de futuro aliquid daturũ vel facturum. Aliquando ét iuratur per executionem, vt ſi hoc non fecero, hoc accidat mihi vel filijs meis,aut huiuſmodi. Ponitur ergo triplex iuramentum,ſ. promiſſorium aſſertorium, & confirmatorium, ſecundũ Hoſtien. in ſumma de iureiur.De primo in ca.debitores,in c.Quintauallis. & cap.veniens,de iureiur. De ſecundo in cap.ſi.eo.ti. De tertio in cap. cum contingat. eod. tit.

Iuramentum calumniæ eſt, cũ quis iurat ſe bona fide, & non animo calumniandi agere vel reſpondere, nec egiſſe, vel reſpondiſſe.

Iurare conceptis verbis, vide Conceptio.

Iurari dicuntur cõſiliarij, vel antiani, vel priores,qui regunt vniuerſitatem, & dicuntur a iuramento quod præſtant, vt eorũ officium fideliter exequantur.

Iure proprio dr̃ aliqua res vẽdi in inſtrumento venditionis, quando proprietas transfertur in ementem.

Iurgiũ dicitur quaſi iuris garrum, eo ꝙ hi, qui cauſam

di-

dicunt, iure diſceptant. c. forus, extra de verb. ſign.

Iuridicus eſt, q iura dicit ſm Iſi.lib.11.Ety. Et peculiariter hoc noĩe appellatũ fuiſſe quendã Alexandriæ magiſtratum, indicat manifeſte tit.de iuriſd.Ale.ff.& C.

Iuris auſpicium, i. exordium litis, vt in cap.paſtorali.de cauſ.poſ.& C.de codi.l. vlt. 1.reſpon.

Iuriſconſulti qui appellarent antiquitus docet clariſſimè Imp.in §.reſponſa.inſt. de iure nat.gent.& ciuil.

Iuriſdictio eſt ptãs de publico introducta cũ neceſſitate iuris dicendi, vel æquitatis ſtatuẽdę, ſm Azo. & dr̃ a noĩb. ius, & ditio, i. ptãs. Hæc aũt qñq; eſt ordinaria, qñq; delegata. Itẽ alia eſt plena, ſ. ſolius principis. Alia aũt ſemiplena, aliorũ videlicet a prĩcipe. De hoc vide Spe.eo.ti.C.eo.l.3. Nota, ꝙ quatuor dant iuriſdictionem ordinariã. Primò, lex inanimata vel canon, & hoc in dubio, ſecus ſi apparet velle dare delegatã. Secundò lex animata, ſ. Papa vel Imperator, & nõ inferior, niſi eps̃ ſuo Vicario. Tertiò, conſuetudo. Quartò, vniuerſitas approbata, vt mercatorũ, cerdonũ, & aliorũ artificũ, q poſſunt de ſuo corpore creare, & eligere iudicẽ ordinariũ. Similiter vniuerſitas facultatũ artiũ vel iuriſtarũ, de hoc not. circa c.cũ ab eccleſiarũ.de of.ord. Et iuriſdictio prout eſt genus, diuidit in merũ imperiũ, mixtũ ĩperiũ, & ſimplicẽ iuriſdictionẽ, de q̃b. ĩ litera M reqre.

Iuriſdictio ẽt aliã eſt voluntaria, alia cõtẽtioſa. Voluntaria dr̃, quæ in volentes tm̃ exerceri põt: cõtẽtioſa, quæ etiam in inuitos. vt not.in l.2. de off. proc. & leg.

Iuris ꝑcepta tria ſunt, ſ. honeſtè viuere alterũ non lædere, & ius ſuum vnicuique tribuere. Inſtituta. de iuſt. & iu. §.iuris præcepta, cõc. c.cum deuotiſſimã, 12.q.2. vbi dr̃. quod ſummum bonũ in literis eſt iuſtitiam colere, & vnicuique &c.

Iuriſprudẽtiã eſt diuinarũ & humanarũ rerũ notitia, iuſti atq; iniuſti ſciẽtia, iuſti, ſ. ad faciẽdũ, iniuſti ad euitandum, quia non ſufficit ſcire quid ſit iuſtũ, vel iniuſtũ, niſi & ipſarum rerum contrarium vel corporaliũ habeat quis notitiã, ſecundum quam, ſecundum, va-

rias conditiones varia iura ſunt ſtatuenda, inſt. de iuſti. & iur. in prin.

Ius hẽt plura ſignificata. Primò.i.rigor,l.j. C.de leg. Secundò,i.verborũ cõceptio, vt cũ dicimus,ꝙ in ſtipulationib. verſatur ius, vt l. ſi vnus, §.pactus ne peteret, ff.de pac.Tertiò,i.rectũ,vel tuum,qđ deriuatura iuſtitia. Quartò.i.aqua pĩguis. Quintò capiĩ pro toto corpore iuris. Alia plura ſignificata ponit Io.An. de reg. iur.in prin. lib.6. Breuiter ius ſignificat, quod ſubiecta materia, vel vſus cõis id recipiẽdi in tali loco, in quo profertur ſignificare declarat. Vnde ius eſt nomen generale, & lex iur s ſpecies, & dr̃ ius q̃ſi iuſtũ, i.diſtin.ius generale,& ſm Iſi.lib.5.ety. Omne aũt ius legib. & morib.conſtat ſm Iſid. vbi ſupra c. 2. Et diffinitur ſic,ius eſt ars boni,& æqui cuius merito, qs nos ſacerdotes appellat, i. ſua iura cuilibet miniſtrantes, ff.de iuſt.& iure.& l.1.2.reſponſo. Hoc eſt dicere, ꝙ iuſtitia eſt collectio legitimorum pręceptorum,quę arctãt nos ad obſeruandũ bonũ,& æquum,i.vtilitatẽ & æquitatẽ ſeu veritatem. Quãuis, enim vſucapio cõtra ęquitatẽ videatur introducta,tñ ſubtili conſideratione maximę innititur,æquitati,cũ præcipuè æquũ ſit qđ publicæ vtilitati deſeruit. Vel dr̃ ꝙ in vſucapione vel præſcriptione ex cauſa,& pro bono publico inducitur,qñque rigor cõtra naturalem æquitatem, vt dicitur in gloſ.j.diſt. ius autem, vbi datur qñq; ius quod eſt iuſtum vel ęquũ. vt ibi exempla plura. Dicitur autem ius a iuſtitia. Et aliter ſic diffinitur. Ius eſt præceptum, ſeu ordinatio Principis ſeu domini circa ſubditos, quantum ad ea, quæ poſſunt ſubeſſe poteſtate ſubditorum. Talis aũt vel eſt Deus,& tunc dicitur ius diuinum. Vel eſt natura, & tunc dicitur ius naturale. Vel eſt homo, & tunc dicitur ius humanũ, qđ regitur duobus, vt in principio decre. Et ſic ſm triplicem gradum ſummorum diſtinctum eſt triplex ius, ſ. ius diuinũ, quod eſt præceptũ ſeu ordinatio diuina, & ius naturale,& ciuile dr̃. Etiam aliquando ius anguſtioſum,aliquãdo

bono

pouoqpo

ĩniquum, vt inſt. de ſena. Ter.in gl. §.j.

Ius ẽt dr̄ locus, vbi ius reddit, interdũ accipitur pro neceſſitudine, vt l.pen.& fi.de iuſtitia, & iure. Aliqñ pro qualitate rei inhęrente, l. quid aliud, de verb.ſign.itẽ pro commodo, l.quod dicimus, eo.tit. qñq; ſignificat facultatẽ, & ptãtem, vt cũ dr̄ eſt mihi ius eundi per viam publicã: qñq; ius dicẽdi, vt in titul.de in ius voc. nam in ius vocare, eſt ad iudicem vocare, §.vlt. inſt. de pœna temp. litig.

Ius aureorũ annullorum ſm quoſdam dr̄, quod olim liberti annullos aureos ferre non poterant, ſed ſm Azo.eſt priuilegiũ, qđ concedebatur libertis in ſignũ ſemiplenæ ingenuitatis, viuebant.n.in genui, ſed moriebantur, vt liberti, C.de iur.ann.aur.in rubr.

Ius aureorum annullorũ donare (inquit) Bud.apud antiquos erat id fermè, quod hodie equitem facere dicimus.

Ius canonicũ diuiditur in decretum, & decretales, quarum volumen dr̄ extrauagans in quinq; libris, maximè, reſpectu iuris ciuilis. Quilibet aũt liber habet plures rubricas ſiue titulos, in quib.pręmittĩt materia in generali, de qua tractatur in capitulis ſequentibus in ſpeciali. Sub quali bet aũt rubrica ſunt vnum aut plura capitula, quæ dicuntur decretales, vel conſtitutiones, & aliqñ in capitulis ſunt §§. Vnde qñ allegabis aliquid ex decretalibus, non allegabis librum, ſed titulum, & capitulum in eodem, & ſi ſit capitulũ lõgum dices capit.tali. circa principium, mediũ, vel finem. Vel ſi ſint in capitulis paragraphi, allegabis tali ca.§.j.vel 5. Et poſt cõpoſitiones quinq; librorũ dictorũ per magiſtrũ Raymundum capellanum Gregorij Papæ 11. circa annũ Domini 1231. elapſis multis annis, videlicet anno a natiuitate vel incarnatione Domini 1233. nonis Martij Pontificatus Bonifacij 8. anno 4. compilatus eſt liber ſextus, nõ quidem ſextus cum alijs quinque partialib. prædictis in vno volumine, ſed liber ſpecialis continens etiam quinque partes, & ſupplens defectus caſuũ emergẽtium

in libris decretaliũ non cõprehenſorum. Deinde Clemẽtis cõſtitutiones, a Clemente Papa V. ſub anno Dñi 1311. in concilio Vienenſi, quod ſex menſib. tm̃ durauit, conceptę, & ęditę ſunt, licet idem Clemens morte præuentus, ad publicũ non perduxerit. Sed Io. Pap. 22. de poſt compleuit, correxit, mutauit, & executioni demandauit. Et fuerũt promulgatæ anno Domini 1329. cal. Nouembr. De hoc vide gloſa, in proęmio Clemen. ſuper verbo Nouembris, & verbo pontificatus. Et dicit Ioan. An. ꝙ iſte liber non debet allegari ſeptimus, ſed debet intitulari Clementinæ, ſ. conſtitutiones Clementis V. Sed decretum, quod magiſter Gratianus circa annũ Domini 1109. compilauit, diuiditur in tres partes. Prima dr̃ diſtinctiones, quia eſt diſtinctum per cẽtum, & vnã partẽ, quarum quælibet habet vnum vel plures canones. quæ vlterius ſubdiuiduntur in paragraphos, & verſiculos. Sed ſecunda pars decreti nominatur cauſæ, quia continet in ſe 36, cauſas, a quib. nomen accepit. Quæ vlterius ſubdiuiduntur in quęſtiones, & hæ in canones, qui vltra in paragraphos, & verſiculos ſubdiuidi poſſunt. Tractatus autem de pœnitentia imponitur, in cauſa 33. in q. 3. Et habet ſeptem diſtinctiones, quarũ quęlibet hẽt canones plures, cum paragraphis, verſiculis ſuis. Tertia, & vltima pars decreti nuncupantur de conſecratione, & habet ſub ſe quinque diſtinctiones cum canonibus, vel capitulis, paragraphis vel verſiculis.

Ius ciuile inuenitur, accipi diuerſimodè: vt dicto primo capitulo, ius naturale. Ciuile aũt vno modo eſt, quod quiſq; populus vel quęque ciuitas ſibi propriũ diuina humanaq; cauſa cõſtituit. ſecundum Iſid. lib. 5. Secundo, dicitur ius ciuile lex. leg. 12. tabularum. Tertiò dicitur quod ex legib. plebiſcitis, cõſtitutionib. ſenatuſconſultis, principiũ decretis, vel authoritate prudentium inuenitur. Quartò, dicitur ius, quod non eſt prętorium. Quintò, dicitur, diſputatio prudẽtũ, quæ fuit facta ſub lege 12.

tabularum. Sextò, quicq̄d habemus ſcriptū de iure. Septimò, quicq̄d iure naturali, vel iure gētium ſubtrahitur, vel quod non eſt ius naturale, nec gētium, & ſic capiendo ius canonicum dr̄ ius ciuile, & ſic ſumitur j. diſt. ius autem, vt in gl. j. no. in fi. Et quia ita diuerſimodè ius ciuile inuenit accipi in iure de prima acceptione habes inſt. de iure naturali. §. j. De ſecūda habes ff. de iuſt. & iure, l. ius ciuile, §. j. hoc igit̄. De tertia, & quinta, ff. de orig. iur. l. 2. §. hæc diſputatio. De quarta l. ius ciuile, pręalleg. in princ. De ſexta, ff. de var. & extraord. cogn. l. j. §. proinde. De ſeptima, inſt. de vſucapio. in princ. vt eſt gl. in §. ſed in ius quidem ciuile. inſt. de iu. nat. gen. & ciui. Item ius ciuile dr̄ tripliciter. Primò, pro eo, quod in vnaquaq; ciuitate ſeruatur, & ſic dicitur in genere. Secundò in ſpecie dicitur ius proprium certæ ciuitatis, & ſic loquitur, §. allegat. inſtitutione. Tertiò dicitur per excellentiam ius Rom. quādo non exprimitur proprium nomen ciuitatis, & ſic in verſ. ſed, & quoties inſtitutio. eo. tit. prætalleg. & ſic concordat, §. omnes populi, cum dicto verſ. in quo, §. dicitur, ꝙ omnes populi reguntur legib. emulgatis ab Imperatore, in verſ. dicitur, ꝙ vnaquæq; ciuitas iure ſuo proprio vtitur, ſed p̄imum intelligitur de generali, ſecundum de particulari.

Ius ciuile diuiditur in quatuor libros principales, ſ. Digeſtum, Codicem, Inſtitutiones, Authenticas. Quibus addit̄ collatio decima, ſeu liber feudorum. Primus ergo liber iuris ciuiles eſt Digeſtum, qui continet leges, & ſtatuta Rom. & diuiditur in tres libros principales, ſ. Digeſtum vetus, q̄d habet libros partiales 24. Infortiatum, q̄d hēt libros partiales 14. Et Digeſtum nouum, quod habet libros partiales 12. Quibus connumeratis erunt libri partiales 50. Digeſti veteris, Infortiati, & Digeſti noui. Et vocatur Digeſtum, ſed ēt Pādecta, vel liber pandectarū, vide ſupra in litera D. Secūdus liber iuris ciuilis vocatur Codex, qui cōtinet ſtatuta, ſanctiones, & præcepta Imperatoris. Et

fuerunt tempore Iuſtiniani Impe.tres Codices, ſcilicet, Codex Gregorianus, Hermogenianus,& Theodoſianus: de quib. Codicib. extrauagan. diuus Iuſtinianus animũ ſuum ad Imperiales conſtitutiones diri gens vnum Codicẽ fieri fecit, quem ſuo felice nomine, intitulauit Codex Iuſtiniani, vt in rubr. procemij Codicis. Et diuiditur iſte liber in 12. libros partiales, quorum nouẽ primos, Doctores legere ſolent, ſed vltimi tres, qui longè poſt primos nouẽ cõpoſiti ſunt raro legi cõſueuerũt. In quorũ allegationibus, hoc eſt ſpeciale, quod ad tit. & ad l. cum §. additur numerus, videlicet liber 11. 12. &c. vt C. de murilegulis, & gynecia. &c. libr. 12. & C. de dignit. leg. ſi vt proponis, lib. 12. Tertius liber principalis dr̃ Authenticũ, vel Authenticorũ, & ſunt quædã excerpta quaſi prædictorũ librorum ſummula. Et diuiditur iſte liber in nouem collationes, quarum quælibet ſubdiuiditur in titulos, & tituli non in leges, ſed in paragraphos. Et differunt authenticum, & authentica, quia authenticũ volumẽ eſt p ſe, ſed authentica eſt lex vna vel paragraphus incorporatus libro Codicis, & antiquo iuri ſuperadditus. Et allegatr̃ ſic. C. de epiſc. & cler. auth. generaliter. C. de ſacroſan. eccle. auth. multo magis. Sed in authẽtico ſimpliciter allegatur titulus & paragraphus, vt in authẽtico, vt iudices ſine quoquo ſuffragi. §. tali, vel tali: & ſufficit. Item decima collatio intitulatur liber feudorum, & hẽt duos libros partiales, quorum quilibet ſubdiuiditur in titulos, & iſti in capitula, & paragraphos. Quartus liber principalis legum dr̃ Inſtitutiones vel inſtituta. Et diuidĩt in quatuor libros partiales, & introductorius in ius ciuile, & canonicũ, maximè quo ad declarationẽ terminorum, in vtroq; iuri vſitatorũ, qui tanquã oſtiũ in domum præbet introitum in ſapientiã iuris. Quare conſulitur omnibus quaſi modo genitis iuris alũnis lac iuris concupiſcentibus per Iſtitutiones documẽta ſua primordialia capeſcere, & nutrimenta, vt tali doctri-

na primitus informatis, ſecurius mereātur inhærere ſanctioni Iuſtiniani Imperat. Chriſtianiſſimi. Nullus ergo p̄ſumptuoſè ſine inſtitutionū doctrina, iuris maximè ciuilis ſublimitates tentet aſcendere, ne corruat ex alio, qui ſatagit volare ſine penna. Et hæc de nominibus, diuiſionibusq; librorum principaliū iuris vtriuſque ſufficiant. Et not. quòd ius ciuile tripliciter ſe habet ad ius naturale, & tres operationes circa ipsū & eius materiā exercet, aliter tñ, & aliter. Nam ius ciuile primo addit ſupernaturalē determinationē per congruos modos, vt eſt videre in delictis, v.g. ius naturale, & eius rectitudo dictat delicta puniri. Inſtitu. de oblat. quæ ex deli. naſc. in prin. ff. de furt. l. 1. Et ita omnia præcepta decalogi ſunt a iure naturali ſuper illis principijs fundata, q̄ ponit Iuriſconſultus, de iuſt. & iu. ff. eo. tit. l. iuſtitia. §. 1. & in proœ. decre. ſ. honeſte viuere, alterum non lędere, ius ſuum cuiq; tribuere. Secundo, rectitudo naturalis vult nemini ſubtrahi, quod ſuum eſt, & ius legale diſtinguit actus ab illa rectitudine deuiantes, ſcilicet actum furādi, fęnerandi, rapiendi, &c. Et vltra hoc oſtēdit, quō vnus illorū actuū plus vel minus deuiet à rectitudine naturæ, & ſ̄m illud maiores ſiue minores pœnas ſtatuit. Tertiò declarat, nam iure naturali rectum eſt neminē cū alteri⁹ iniuria vel detrimēto locupletari, non tñ hr̄ ex eodē iure, ſi ſit poſſibilis euētus in quo qs locupletari poſſit cū alterius iactura, ſine tñ ei⁹ iniuria, ſicut in p̄ſcriptionibus, & in vſucapione. De iſta triplici operatione loquitur. l. ius ciuile, ff. de iu. & iur.

Ius gētiū eſt ſedium hoſtiliū occupatio, munitio, bella, captiuitates, ſeruitutes, poſtliminia, fędera, paces, inducię legatorū nō violādorū religio, cōnubia inter alienigenas ꝓhibita, & iō ius gentiū appellatur, quia eo omnes ferè gentes vtuntur c. ius gentium. 1. diſtin.

Ius hr̄e in re, & ius hr̄e in rē, ſunt diuerſa. de conceſ. p̄b. lib. 6. c. fi. & cle. vnica, de ſequęr. poſ. ver. nihilominus.

Iuſiurādū q̄uis cōpetentius poſſet dici factū iur̄m, vel

factum iuratū eo, qđ ſuper facto iurato, vel iuſiurādū, eo qđ ſuper iure, qđ iurāti cōpetit iurat quaſi ius iura tum placuit tñ, vt factū dicat ius, quia ſuper facto iuris iurat, adijcit iurandum, quia illud hēt eſſe iuratū, qđ antea fuerat iurandum relatione facta nō ad id, qđ fit, ſed ad id, qđ fieri conuenit, l. ius pluribus. ff. de iuſt. & iu. Vel vt dicit Azo. fortè ius ponitur pro religione, quaſi diceret, iuſiurandū, i. religione firmanda. Vnde iuſiurandū idē eſt, qđ iurm factū, & dr̄ qñq; conuētionale, qñque iudiciale, & neceſſarium. Conuentionale eſt, qñ a te peto aliquid, & tu negas, tñ defers iurm vt iurem, ſi. n. in hoc caſu iuro, vocatur iuſiurandū cōuentionale, & voluntariū, quia extra iudicium ex cōuentione, & voluntatē partium abſq; alia coactione iudicis præſtatur. Iuſiurandum iudiciale, & neceſſariū eſt cum in caſu pręmiſſo iuro, qđ mihi debetur, quod peto, ſ. iudice in iudicio mihi conferente, vt iurem. Ex hoc autē iuro datur actio ei, qui dñ peteret rē ſuam, delato ſibi ab aduerſario iuro, vel a iudice, ſuam eſſe rem illam iurauit, ab ipſo enim tunc peteret rē ſuam actione in factum, quę oritur ex tali iuramento. Et dicit Goff. quod duplex eſt iuſiurandū, ſ. aſſertorium, & promiſſorium: aſſertorium triplex eſt, ſ. voluntarium, vt eſt cōuentionale, ff. eod. titu. l. iuſiurandum. Neceſſarium, quod neceſſitate a iudice impoſita defertur, vel ſuſcipitur, & nō poteſt recuſari, niſi eſt iuſta cauſa, vt ff. de iureiur. l. manifeſtè. Et iudiciale, qđ in iudicio defertur, vel refertur a parte parti, qđ non neceſſariū ſubire, immo delatum recuſari pōt hodie, licet olim non potuit recuſari, ſed referri, vnde vide gl. in cap. fin. de iureiur.

Ius militare eſt belli inferēdi ſolēnitas, fœderis faciendis nexus, ſigno dato egreſſo in hoſtes, & pugnæ cōmiſſo, item ſigno dato recepti, item fl gitij militantis diſciplina ſi locus deſeratur. Item ſtipendiorum modus, dignitatum, gradus, præmiorum honor, veluti cum corona, vel torques datur. Item prædæ diuiſio, & pro perſonarum qualita-

litatibus & laboribus iuſta diſtributio, ac principis portio, vt diſt. 1. ius militare. & ſecundum Iſid. lib. 6. c. 7.

Ius naturale eſt quod cõe eſt omni nationi, eo qđ vbiq; inſtinctu naturæ habetur, non aliqua conſtitutione facta ab homine, ſed ab ipſo naturæ conditore, vt maris, & fœminæ coniunctio, liberorum ſucceſſio, ſ. in bonis parẽtum, vel ẽt per carnis propagationem, nõ per hęreditatem, quia illa ſucceſſio non eſt naturalis, vt vt eſt gl. ſuper vei ſic. ſucceſſio. diſt. j. c. is naturale, vbi ponitur hæc diffinitio, puerorũ educatio cõis omniũ poſſeſſio, quia iure naturali omnia ſunt communia, i. cõicanda tempore neceſſitatis. c. ſicut. 47. diſt. & omniũ vna libertas, acquiſitio eorum, quę in cęlo, terra, marique capiuntur gl. dicit. Hæc. n. & alia, quæ in nullius bonis ſunt, cedunt occupanti, i. conceduntur item rei depoſitæ, vel pecuniæ commodatę reſtitutio, violentiæ per vim repulſio. Nam hoc, & ſi quid huic ſimile eſt, nunq̃ iniuſtũ, ſed naturale æquumque habetur ſm Iſid. lib. 7. c. 4. Et eſt tex. totius c. ius naturale. diſt. j. & ibi vide gloſ. huius diffinitionis. Itẽ ius naturale eſt, qđ in lege & Euangelio continetur per qđ quis iubetur alteri facere, quod ſibi vult fieri, & prohibetur alteri inferre, quod ſibi nolit fieri. diſt. j. in princ. & 50. diſt. ponderet aliàs conſideret. in prin. & in authen. vt cũ de app. cog. §. cæterum. c. dilecti. de maior. & obed. Vnde, Qđ tibi vis fieri mihi fac, quod non vis tibi noli. Sic poteſt in terris viuere iure poli.

Vel aliter, ius naturale dr̃ vno modo maius ex inſtinctu naturæ proueniẽs, quo ſingula animalia ad aliqđ faciendum inducũtur. Eſt enim debitum quoddam, qđ natura cuilibet repræſentat & hoc debitum ſm' Iſid. cõe eſt oĩ nationi, eo ꝙ inſtinctu naturæ, vel naturali conditione vbiq; habetur, & non cõſtitutione aliqua facta ab homine. Item ius naturale dicitur inſtinctus naturæ ex rõne prouenięs. Et ſm hoc ius omnia dñr communia. i. communicanda, vt ſupra dr̃. Item ius cõe dicit̃ induſtria hominum ſtatutum. Item ius

na-

naturale dicitur æquiſſimum. Item pcepta naturalia ſunt, q̃ in lege, & Euangelio continentur, vt non furtum facies, non mœchaberis, ſed quod tibi vis, &c. ṗalleg. Ius naturale in glo. vbi prima deſcriptio data eſt ẜm motum ſenſualitatis. Aliæ aũt ẜm motũ rationis. Item ius naturale ſecundum gl. 1. inſti. de iure nat. gen. & ciui. poteſt dici quatuor modis. Vno modo ius gentium inſt. de re diui. §. ſingulorum. Secundò, ius pactorũ. ff. de pact. l. 1. Tertiò, ius contrariũ, ſ. quod reſcindit pacta, ut reſtitutio minoris. ff. de mino. l. 1. Quartò, pro inſtinctu naturæ, vt quod in lege Moſaica vel Euãgelio continetur. Itẽ ius naturale in quatuor differt ab alijs iuribus, ſ. in origine, in dignitate, in amplitudine, & ſententiæ rigore, vt declarat gloſ. 1. diſt. 1. nam cœpit ab exordio naturalis creaturæ, & nullam patitur immutationem, & ſibi omnia communia ſunt, nec cõtra ipſum fit diſpenſatio, ſed de alijs iuribus ſecus, vt ibi.

Ius quaſi naturale eſt, qđ dominus vel patronus habet in ſeruum, & libertum.

Ius patronatus eſt authoritas ſiue poteſtas, quam patronus habet in libertum. Aliter ẜm Gof. eſt auctoritas ſiue poteſtas prouenies ex beneficijs ante conſecrationem Eccleſiæ collatis. Et prouenit ex tribus, ſ. fundatione, dotatione, & ædificatione, vel ſola collatione, vt 16. q. 7. filijs, & c. quicũque 18. q. 2. abbates. Vnde, Patronũ faciunt dos, & ædificatio fundus. Competit autem patrono aliquid honoris, vt ſi eccleſia non fuerit collegata præſenter. Sed ſi fuerit collegiata, tũc non electioni prælati faciendæ, ſed iam factę honeſtius patroni poſtulatur aſſenſus, niſi ex ſpeciali conceſſione obtineat, vt partes ſuas interponere debeat electioni tractãdæ cap. nobis. de iu. patr. Item habet aliquid honoris, quia primus in proceſſione incedit, vt 16. q. 7. piæ mentis. Habet aliud oneris: quia tenetur defendere eccleſiã ab omnib. oppreſſionib. vt 16. q. 7. filijs. Et hẽt aliud vtilitatis, quia ſi migret, ſeu aliàs vergat ad inopiam alẽdus eſt de bonis Eccleſiæ, ut c. filijs.

filijs.prę all.& c. quicũque. Vnde, Patrono debetur honor, onus, vtilitaſque. Præſentet, præſit, defendat, alatur egenus.

Poteſt etiam patronus præter egeſtatem aliquos reddituſ moderatos hr̃e ab ecclesia, cuius patronus exiſtit. Sine p̃ſentatione inſtitui quis nõ debet in ea Eccleſia, quæ patronũ habet. Et ſi ſpretis patronis hoc factum fuerit, ſm rigorem iuris inſtitutio eſt retractãda. eo. tit. cap. illud. vel irrita nuncianda, & ad inſtituẽntis uerecundiam, inſtitutus amouẽdus eſt, & alius quẽ patronus dignum elegerit ordinandus, vt 16. q. 7. decernimus. Item ius patronatus qñque aduocatio, qñque vice dominatus, vel cuſtodia, vel guardia, vel ius eſt frequentationis, vel proceſſionis, & qñque gratia, vt in gloſ. 1. c. quia clerici. de iure patr. & ſm Goff. in ſumma eodẽ titulo vbi ponit ſupradicta. Item plerunque hoc nomẽ eccleſia pro iure patronatus ſupponit. 16. q. vlt. ſi plures 15. q. 3. nomini, & cap. 1. de iure patro. Et ergo ſi quis vtatur tali ſimplicitate uerborum, dono tibi Eccleſiam uel cõcedo, intelligitur donare ius patronatus, quod habet in ea. c. quod autem eod. titu.

Ius paſcendi eſt ex habitatione domicilij, & communitatis.

Ius prætorium eſt, quod prætores induxerunt adimendi, ſupplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia, ut ff. de iuſti. & iure. l. ius autem. Hoc etiam ius honorariũ dicitur, quia qui honores gerũt, ſcilicet magiſtratus, auctoritatem huic iuri dederũt, vt inſt. de iu. na. gen. & ciui. prætorum quoque edicta.

Ius priuatum dicitur, quod ſpecialiter ad ſingularem utilitatem alicuius pertinet, ſecundario tamen etiã ad rempublicam, ut in pactis & conuentionibus mutuis priuatorũ ſpecialiter initis conſpicitur. inſtitutione de iu. & iure. §. 2.

Ius publicum cõſtat in ſacris ſacerdotibus & magiſtratibus, ſm Iſid. libr. 5. Etyca. 8. ff. eod. ti. l. 1. § publicum. & 1. diſt. c. ius publicũ, vbi gl. Vel ſic. Ius publicũ eſt, qđ gñaliter (alias principaliter) ad publicã deſeruit,

vel

vel ſpectat vtilitatem veluti in portis, vel in muris ciuitatis, & alijs ſacris iudicibus, vel ſacerdotibus, vel magiſtratibus aliquid committatur, vel inferatur.

Ius quiritum, dr̄ a Quirino, i. a Romulo, & eſt ꝓpriè Romanorum, quia nulli tenet hoc ius, niſi Quirites, i. Romani, ſm̄ Iſid. lib. 5. Ety. & j. diſt. c. ius quiritū, in quo agit̄ de legitimis hæredib. de tutelis, de curationib. de vſucapionib. cōſtat aūt ius quiritum ex legib. & plebiſcitis, & ſenatuſcōſultis, cōſtitutionib. principum, edictis ſenatorum; & reſpōſis prudentum, vt ſm̄ Iſid. ibi. & diſt. 2. in prin. vbi de ſpecieb. Rom. iuris, de quibus omnib. lex, plebiſcitum, ſenatuſcōſultum, prætorum edicta, rñſa prudentū, &c. quæ ſint require loco ſuo. & inſt. de iu. nat. gen. & ci. §. conſtant, & ſeq. vbi hoc ius apud Rom. tantum reperitur, diſt. j. ius quiritū. Et dicūtur Romani omnes, qui Romano Imperio ſubſunt, prout dicitur, Proprium Rom. eſt habere filios in poteſtate, & etiam gentiles ſunt ſub Romano Imperio. Nam Imperator eſt Princeps totius mūdi, vt ibi gl. Ius Reipublicę, ſ. alterius, quā Rom. eſt ius cuiuslibet ciuitatis, indubitanter ſm̄ oēs, quia ciuitates regulariter vtunt̄ iure priuatorū, vt ff. de ver. ſig. l. eū qui, & C. eo. tit. in rub. & l. j. in gl. j. li. 10.

Ius ſibi facere, vel dicere eſt, qđ manifeſtè ſpectat ad iudicis offm̄, ſ. qđ a iudice faciēdū ſit, ſibi vēdicare, veluti, ſi quis rē ſuam propria rapit aucto. putās ſibi hoc licere, vel ſe pro debito quo teneris alicui is pignus tuū capit te inuito, ius. n. qđ ſibi iure cōpetebat amittit.

Ius ſingulare eſt, quod contra tenorem rationis propter aliquam vtilitatem auctoritate conſtituentium introductum eſt. l. ius ſingulare, ff. de leg.

Ius ſuccedendi hēt hæres, itē ius patron. ī bonis libertis.

Ius verſutū dñr prę̄ſtigię, ſiue captiones verborū, quibus obumbrant̄ delicta, & dñr verſuta, ſm̄ Azo. quia qs repellabatur ab actione per quaſdā verſutias, i. machinationes verborū. Vel ſm̄ Martinū dr̄ verſutū ad exēplū veſtimenti, qñ eſt illud intus, qđ dēt eſſe extra, &c. Sic etiam erat, verſutum ius

ius quo illud, qđ erat puniēdū abſoluebat̃, & quod erat abſoluēdū, puniebat̃.

Iuſta ſunt exequiæ, i. ſacrificia, qui mortuis impēduntur, & funerandi ſolemnitas. Inde iuſta facere in l.2. de in ius voc. & in l. pro hę rede, de acq. hær.

Iuſtū eſt, qđ ex p̃cepto, vel ſuperioris ordinatione alicui conceſsū eſt, & ſic iuſtū eſt illud, qđ ordinat̃ iure. l. iuſtè, ff. de acq. poſ. Sed iuſtitia eſt habitus, ſeu virtus ſuperioris ad p̃cipiēdū bonā ſubditoriū. Quare, &c.

Iuſtū ēt aliqñ accipit̃ ꝓ vero, vt Inſt. de li. in prin. aliàs & pleniorē quandā hēt ſignationē, vt cū diffinit̃ teſtm̃ eſſe iuſtā ſnĩam, nam intelligimus per quā ſolēnem, & plenam. Sic dicimus iuſtos filios ea vero, & ſolemni matrimonio ꝓcreatos.

Iuſtitia eſt cōſtās & perpetua voluntas, ius ſuū vnicuiq; tribuēs nō quātū ad actū, ſed quātū ad affectū. Inſt. de iuſt. & iu. in princ. Iuſtitia. n. eſt animi diſpoſitio, & mētis affectus, qua quis dr̃ iuſtus, vt a grammatica grāmaticus dū ſine pſonarum acceptione, vel diſtinctione vult cuilibet (quātū in ſe eſt) ius ſuū tribuere. Et quot modis dicat̃ iuſtitia, no. Arch. 24. q. j. c. vbi ſana fides, nā dicit ibi. Iuſtitia eſt ęquitas tolerādi inopiā. & tēperātiā hr̃e in abūdātia. Itē eſt patriam, & ſocios defendere, qa vera iuſtitia cōpaſſionē hēt, & nō ex odio, ſed bono zelo exercenda, &c. vt ibidē. Itē iuſtitia ſic deſcribit̃. Eſt habitus bonus tribuēs cuiq; ſuā dignitatē, Deo religionē, parēti obedientiā, maiorib. reuerētiā, parib. cōcordiā, minorib. diſciplinam: ſibi ipſi caſtimoniā, & pauperib. ſeu miſeris cōpaſſionē operoſam. Dicit ergo Tullius, ꝙ iuſtitia eſt habitus animi, cōmuni vtilitate ſeruata, ſuā vnicuiq; tribuēs dignitatem. Et Plato dixit, ꝙ iuſtitia eſt virtus, q̃ plurimū pōt in his, q̃ minimū poſſūt. Itē ſic, eſt animi cōgrua diſpoſitio in ſingulis reb. rectè dijudicās cauſas. vide gl. inſt. vbi ſupra. Vbi ēt dr̃, ꝙ iuſt. eſt mater iuris.

Iuſtitiarij sūt, q deputant̃ ad iuſtitiā faciēdā, & eſt vulgare apulię, vt ĩ c. ex lr̃is, đ p̃.

Iuuenes appellant̃, q adoleſcētiū ætatē excellere, quo ad ĩcipiāt ĩter ſen. annumerari.

ri.l.non aliter.de leg.3.

Iuxta aliqñ exponit̃, i.prope, vel a latere,extra de ma.& obed.c.ſolitæ.verſ.hæc aũt ſi prudenter. Aliqñ,i.ſm, vt iuxta verbũ apoſtoli, i. ſm, extra de bapt. c.maiores,circa prin.& dic, quod quandoque ponitur ſimilitudinariè,vt tu viuis iuxta Petrum,i.ad ſimilitudinem Petri.Aliqñ ſignificat vicinitatem tẽporis,vt iuxta feſtũ Paſcalis,i.prope,& vide no.extra de verb.ſign. Item adde quot modis iuxta ſumatur.Bar.in l.j.ff.de teſta.in extra.ad reprimendam,in ver.iuxta.

K *ante* A.

KAlendæ ſunt certi dies menſium a calo græcè, qđ eſt voco Latinè, vt not. in l.qui ante Kalendas, & in l. eum, qui. ff.de verb. oblig.quia promiſſio talis, promitto ante Kalendas, dupliciter accipi poteſt, ſ. ante finitas,& in dubio interpretatio dẽt fieri contra ſtipulatorem. l. veteribus. ff.de pac.l.quicquid aſtringendæ.ff.de verb.obl.Ergo perinde eſt,ac ſi ꝓmiſiſſet ante Kalendas finitas, & tunc bene ſequitur, ꝙ qui aliquid promiſit ante Kalendas ſit illi ſimilis, qui promiſit Kalendis. Et allegant iſti tex. cum ratione pręmiſſa in argm̃ ad teſtes cõcordandos,quorum aliqui deponũt ante guerrã, alij poſt, vt qui dixerunt poſt, intelligantur poſt inceptam,& qui ante, intelligantur ante guerram finitam.Sunt ergo Kalendæ prima dies in quolibet mẽſe, ſic dictæ a verbo græco calo, id eſt voco, quia Romani habebant præcones, quos prima die mẽſis mittebant per terram dicentes, vocat vos ſenator ad nũdinas:pręparate vos,de hoc eſt gloſ. not. in l.cum biſextus, ff. de verb. ſign. quæ etiam declarat nonas & idus, de quibus vide in fine primi libri computi chirometralis, & in alijs. Item in fine. lib.6. in gl.j. ſuper data libri.

Kalendariũ, liber erat rõnũ, in quo fœneratores nomina debitorũ deſcribebant, ſic appellatus a Kalendis, quia eo die fęneratores pecunias mutuabãt, & quas præteritis Kalendis fęnerauerant cũ vſuris exigebãt.

In-

Intra quinta Kal.dare pmittens, vt̃ promittere ſe intra quinque menſes daturum. l.1.de verb.obli. ſecundum Alc.lib.2. Parer. c.22. Qui verò intra Kalendas dare ſpondet, ſimilis eſt ei, qui Kalendis dare promittit.l. ſi ita.de verbor. obligat.

L ante A.

LAbarũ ait Alc.eſſe ſpeciẽ vexilli alijs nobilioris, quod ante Imperatores ferri & à militibus adorari moris erat.

Labes, à lapſu dr̃, vnde & pro hiatu terræ capi ſolet, vt in l.ex conducto. §. 1. ff. loc. ſecundum Bud.ibi.

Labra ſunt imagines, quæ diſtillant aquã, ſalientes, ſcilicet aquæ, & fiſtulæ, quæ ſalientibus iunguntur.

Delyria ſunt, q̃ hic auctor de labijs affert, nempe Accu. ſecutus. ff. de act. empt. & ue̅ l. limes (ſeu vt nos impreſſimus, fines) & labra, in gl. & tex. Sũt.n.labra apud Iuriſ. loco iã citato, caracteres lapidei, q̃b.aqua ſaliens ex ſiphunculis concipit̃. Vide Bud. in l. iam citatam.

Lacunaria pleriq; accipiũtur pro elegantioris tecti fabrica. l.quæſitum, §. ſcalæ, de fund.inſtr.

Lac dr̃ fructus induſtrialis, ſecundum Bartol. in l. ex diuerſo. in repe. ff. de rei uendi.& idem dicit de lana ibidem.

Laicus eſt ſæcularis, & de populo, & qui non habet ſacros ordines, c.duo ſunt.12. q.2.glo.in c.1. de proc.in 6. & dicitur a laos græcè, qđ eſt populus Latinè, vt in d. cap.duo.

Lanio onis, eſt macellarius, vel beccarius, à laniãdo ſic dictus, quia dilaniat, & dilacerat animalia, & per fruſtra carnes incidit & vendit, vel eſt ille, qui lanam ſe parat a corijs beſtiarum.& exuit ſiue excoriat beſtias. Et ſic dicitur à lanificio ſecundum gloſſ.de fun. inſtru.& inſtrum. leg.

Lanipendium facere, eſt pendere, & diſtribuere lanam lanificis. l. ſed ſi vir. de do. inter vir.& vxo.

Lapilli qualiter differant à gemmis. Req. ſupra in ver. gemmæ.

Largus eſt medius inter prodigum, & auarum. gloſſ. & ibi Doc.in ca.ex parte de conſue.

Laruæ sũt deformationes hominum

minum propter appoſitionem coloris.

Lata culpa eſt non intelligere quod omnes bene intelligunt, nõ facere, quod omnes faciunt, vel maior pars, vel id facere, quod nulli vel pauci faciunt. ff. de verbor. ſignific. l. latè.

Laticlauium ſeu latuſclauus, inſigne erat ordinis ſenatorijs vnde Tribunus laticlauius. i. ſenatorius. in l. ſi Rufinus. C. de teſt. mili.

Latinæ feriæ, req. ſupra Feriæ Latinæ.

Latini ſunt vel dicebãt olim quidam, qui ita erãt à dñis manumiſſi, vt eſſent in vita liberi. & gauderent plenaria libertate in bonis ſuis, ſed ĩ morte ſerui erãt, quare poſt obitũ eorũ non poterant ſuccedere parentibus, & bona eorũ tanquã ſeruorum ad dños deuolue bantur, & hæredes eorũ nihil poſt mortem eorũ conſequebantur. Sed contrariã habent conditionem dedititij, vt ſupra dictum eſt in litera D. & in deſuetudinem abierunt, quia peſſima conditio erat, vt inſtit. de liber. verſus. Vita latini gaudẽt, dedititij morte.

Latini liberti auctore Caio li. 1. inſt. ſunt qui aut per epiſtolam aut inter amicos aut conuiuij adhibitione manumittuntur.

Latitare eſt ſe malitioſe occultare animo fraudãdi creditores ſuos agere volẽtes. ff. ex quib. cau. in poſ. ea. l. Fulcinius. §. quid ſit latitare, & hr̃ in gloſſ. cap. conſulationibus. 2. de offi. dele.

Latomiæ apud antiquos locus dicebaẽ vbi lapides cædebãtur. Liuius ĩ 8. belli punici, Cõprehẽſa poſtea priuata ædificia, comprehenſæ latomiæ. & meminit Caliſtratus in l. ſuccurriẽ. ff. ex quib. cau. ma. licet in vulgatis codicib. latumijs mẽdosè eſt ſcriptum. Imo vero recte ſcriptũ puto. vide Bu. in annotationib. ad pã dectas. ad l. iam citatam.

Latro dr̃, qui per vim, & de die furatur in auth. ſed nouo. C. de ſer. fug. & differt à fure, quia fur eſt, qui clam aufert ſm Bartol. ibidem. Item latro eſt, qui de die, fur verò, qui de nocte. l. cõgruit. ff. de offi. præſi. Item latro dicitur, qui maximæ eſt perfidiæ, l. omnibus. C. de emen. ſeru. & vide auth. vt nulli iud. §. pen. & l. capitalium. ff. de pœ.

La-

Latro publicus eſt ille, qui palã & publicè furaẽ, vt ſunt piratæ, vel qui publicè ſtãt in ſtratis, vel illi, qui habentes arcem, & caſtrum diſorbãt homines tranſeuntes. Nocturnus veiò depopulator agrorum dicitur, qui obſidet ſtratam publicam diſrobando tranſeuntes, & differt a publico latrone, quia iſte clandeſtinè furatur & moratur in loco, vnde dicitur nocturnus depopulator agrorum, quia in nocte ſegetes deſtruit, dum ibi ſe abſcondit, iacet, & latet. Pan. in c. inter alia, in vlt. no. de immun. eccl.

Laudemium vulgo dr̃ quinquageſima, quę pręſtari ſolet propter renouationem emphyteuſis, iuxta l. vlt. C. de iu. emph.

Laudum eſt ſententia arbitri. Et laudare eſt ſententiam arbitralem ferre, quandoque ſignificat citare aliquem auctorem, vt in l. Herennius, de eui.

Laxamentum vocat lex inducia duorum menſium, ſi qui dantur tutorib. ad pecunias collocandas. in authen. vt hi, qui oblig. ſe habere perhib. res mi. §. quoniam autem videmus.

L *ante* E.

Lectjcarij ſerui, q̃ lecticas ferebãt. l. item. de leg. 3. itẽ artifices, qui lecticas fabricãt, vt C. de exc. ar. lib. x.

Legare eſt vltimã volũtatem teſtatoris de ſingulis rebus diſponere, & legatũ ab hęrede pręſtandũ alicui relinquere. Etiam ligare alia ſignificatione eſt mittere, & ſic inde dr̃ legatus, *i.* miſſus, ſed cũ ſignificat relinquere, venit inde legatum.

Legatarius eſt, cui aliquid legatum eſt, & qui legatum accipit.

Legatũ eſt donatio quædã in teſtõ a teſtatore relicta, inſti. de leg. §. j. de leg. 2. l. legatũ. vel eſt delibatio hæreditatis, qua teſtator ex eo, qđ vniuerſum hæredis foret, alicui, quid collatum velit eſſe. in l. legatũ. ff. de leg. j. Vigebat aũt legatum olim plurib. modis. Q̃nq; per vẽdicationẽ his verb. Ille am modo vendicet a me illã rẽ ſibi, vt dicat ſuã eſſe, & petat vt ſuam. Q̃nq; per dãnationem his verbis. Hæres meus damnatus eſto, i. obligatus eſto hoc illi dare. Q̃nq; ſm̃ quodam legatur per condẽnationẽ, quandõ

a teſtatore aliquid relinq-tur in pęnā, & in damnum hæredis hoc mō. Si hæres meus Titiā duxerit in vxorem, in damnū ſuū, & pœnā centum ei lego. Qñq; vigebat legatum per verbū ſinendi, his verbis. Sino illi hanc rem. i. permitto illū hr̄e. Si vero res apud illum eſſet aptus eſſet hic modus legandi, vt fineret eū hr̄e, quod apud eum tūc eſſet. Qñq; per prçceptionē. ſ. cū duos vel plures hæredes inſtituit, & alteri eorū prælegauerit aliquid, ad hoc vt id p̄cipere. i. p̄ alijs ſeu ante alios hr̄et. Et nō. ꝙ legatū iſr trahitur ab hærede. Et fideicōmiſſum ferè idē eſt quod legatum, ſed eſt dictum fideicommiſſum, ideo, quia olim pendebat ex fide hęredum ſed modo quod iuris eſt in vno idem eſt, & in alio.

Legatus eſt ille, cui certa patria vel prouincia cōmittiť gubernanda, vt in c. nouit. de app. Pōt ēē dici legatus quicunq; ab aliquo ad aliquos eſt miſſus. aliter legatos dicimus eoſdē quos aduocatos vel patronos cārū qui in forēſib. negotijs pęminentib. litigantibus ſuū præbēt patrociniū. Et not. ꝙ ſunt tria genera legatorum. Quidam de latere dñi Papæ mittuntur, vt Card. quos appellat fratres. Et tales poſſunt abſoluere homines ſuæ, & alterius, prouinciæ in prouincia, & extra, & æquiparanť proconſulib. Alij ſunt non de latere, ſed dati vi, & illi ſimpliciter in legationē mittūtur, vt pręlati, qui tm̄ abſoluūt prouinciales, & in prouincia, non extra cōſtitutos, & æquiparanť præſidib. prouinciarū. Tertij ſunt natiui, qui ſuarū eccleſiarū prętextu legatione fungūtur, vt archiepiſcopus Cantuarienſis, de quo in c. j. de off. deleg. lib. 6. Et tales ſunt quatuor. ſ. archiepiſcopus Eboracenſis, Cantuarienſis, Remenſis, & Piſanus, vt no. in alleg. c. 1. eo. tit. lib. 6.

Legatus proconſulis eſt, cui proconſul poſtquam prouinciam eſt ingreſſus, mādat iuriſdictionem determinatam, & aſſignatā, aut quandoq; in itinere morā neceſſariā paſſus vel trahens, vt in l. aliquando. ff. de offic. procon. & leg.

Legatiuum, viaticum legatorum.

Legationes libere, vt ſcribit Bud.in l,qui libera. de leg. olim ornamẽti tm̃ cã a Senatu impetrabant, ſi q̃dẽ impetrabant ab ijs Senatorib.q b.negotia futura erãt in ꝓuincia ad q̃ mittebantur, vt eo noĩe fauorabiliores, & cõmendabiliores haberent, Lege obuenire dicimus. & qđ lege confirmatũ eſt. l.lege. de verb. ſign.

Legi poſſe aliquid, ſic accipiẽdũ eſt, nõ intelligi, ſed oculis perſpici. q̃ ſcripta ſunt l.j.de ijs, quæ in teſt.delen.

Legio quo militum numero comprehendatur,no.gl.in l.2.de ijs, qui no.inf.

Legibus ſoluere,i.qđ barbari dicũt diſpenſare teſte Bud.

Legis actio, q d eſſet antiquitus, & quæ eius ſolẽnia verba, tradit eleganter Alc.noſter in l. pecuniæ verbum. de verb.ſign. & Bud.in l.4. ff.de adop.Illud certè conſtat cum lex verba facit de magiſtratu, apud quem legis actio eſt,intellige de iudice ordinario, qui & iudicare, & exequi poſſit.

Legitimi hæredes qui,req.ſupra in ver.heres legitimus.

Legitimum dr̃ ſex modis.Primò, ꝙ nõ eſt prohibitum, & ſic per abnegationẽ prohibiti,vt ſucceſſio legitima. Secũdò, ſtrictius quicquid eſt permiſſum,nõ per abnegationẽ prohibiti, ſed per poſitionẽ liciti. Tertiò, in poſitiuo digniori, ſ. a iure ci.cõceſſum, capiendo ius ciuili largiſſimè pro prætorio,& oĩb.partib. iuris ciuilis. Quartò,cõceſſum a iure ci. reſtringendo, vt non comprehẽdat prætorium, ſed oẽs aliàs partes, i. ſenatuſconſulta,principiũ placita,& reſponſa prudentũ. Quintò,adhuc plus reſtringẽdo ius ciuile ſolum pro lege, 12.tab. Sextò, maximè reſtringẽdo ſolum pro lege, 12.tab.excluſis reſpõſis prudentum, & edictis prætorum,ita not.in l.vnica.C.quando non pet.par. pe.accr.hæc Cato ſaccus.

Legius, require ſupra homagium legium.

Legulus,i.collector.C.de murilegulis, ſuper rub.lib.11.

Leno eſt,q pretiũ pro cõperto ſtupro accipit,vel dãnatã de adulterio ducit,vel q eam adulterio ſubijcit, vel adulterũ ſe facit, vel q̃ſtũ de adulterio vxoris accipit, vel mãcipia quæſtuaria habet,ſ. qui tabernæ, vel alicui negotiationi præponit,

meretrices, vt plus lucrẽt, velqui vxorem deprehenſam in adulterio in matrimonio retinet, vt C. ad leg. Iul. de adul. l. crimen lenocinij, concordantiæ allegãtur. C. de ſpect. & ſceni. & lenoni. l. j. 2. & 3. lib. 11.

Lenociniũ facere non minus eſt, q̃ corpore ſuo quæſtũ facere. l. palam. §. lenocinium. ff. de ritu nupt. & de crimine lenocinij not. in l. athletas. §. ait prætor. ff. de his, q not. infa. & l. j. §. lenocinij. ff. de adul. & vide authẽ. de len. §. ciuiũ qđ tãgit multas fraudes lenonum.

Leo eſt beſtia, nec continentur appellatione pecoris, l. 2. ff. ad leg. Aquil. & l. hi enim, ff. de ædil. edic.

Letale eſt idem, quod mortiferum, vnde dr̃ de aliquo vulnerato ad mortẽ, ꝙ letale vulnus habet, & venit a letum, ideſt mors. Vnde, Boleti leti cauſa fuere mei.

Lætamen eſt ſterquilinum a lætando dictum, quia lętas facit ſegetes.

Leuato velo cognoſcere, in l. pen. C. de nau. fœn. lib. 11. dictũ eſt pro eo, qđ vulgo dicimus, de plano, hoc eſt omiſſa diligenti inquiſit.

Leuir, frater viri, l. non facile. de gradibus.

Leuis culpa, vt in §. præterea, qui. mo. re. contr. obli. inſt.

Leuiſſima culpa eſt non præuidere, quod ſapiẽtiſſimus pręuidiſſet, vt poſui rem in capſa, & claue clauſi, & credebam eſſe clauſam, claue amota, non probans an eſſet clauſa.

Leuita Hebraicum, Latinè diaconus, c. cleros, 21. diſt.

Lex eſt cõſtitutio populi, qua maiores natu ſiſr cũ plebibus aliq̃d ſanxerũt, ſm̃ Iſi. 5. & diſt. j. c. lex eſt. Vel aľr. Lex eſt ſpẽs iuris, & ponitˋ q̃nq; ſtrictè, ſ. pro eo, ꝙ populus Rom. ſenatorio magiſtratu interrogãte veluti cõſule cõſtituebat. Inſt. de iu. nat. gent. & ci. §. conſtat aũt. Nam conſul eſt, qui ſenator erat, & populũ conſulebat, an eis placeret ita ſtatui, & populus reſpõdebat ita. Et ẽt ſic diffinitur. Lex eſt cõe præceptũ, virorũ prudentum cõſultatio, delictorũ, quę ſponte, vel ignoranter contrahuntur, coerctio, cõis reipublicæ ſponſio. ff. de leg. l. j. Q̃nque ponitˋ large pro oĩ rationabili ſtatuto. Vnde etiã dr̃. Lex eſt ſanctio ſancta iubẽs honeſta, prohibẽs contra-

traria, q̄ ſumit̄ ex lege Græca. ff. de leg. & ſenatuſconſ. Lex ēt qn̄q; dr̄ cōſuetudo. j.q.j.c.2. Qn̄q; rō.j.diſt.cōſuetudo. Qn̄q; ius ſcriptū ſiue conſtō quęcūq;. Qn̄q; cōſtō ciuilis tm̄. Et qn̄q; ꝑ condōne & pacto, vt concedo tibi ius eūdi per fundū meū ea tn̄ leg.i. ea cōdōne & pacto. Lex alia publica. Lex publica eſt, quæ a ſanctis patribus ſcripturis eſt confirmata, vt lex canonū. Lex priuata eſt, quæ ex inſtinctu ſpiritus ſācti in cordibus fideliū eſt ſcripta, ſ. charitas, quæ dignior eſt, & prima 19.q.2. duæ ſunt.

Legum auctores, ſeu inuentores ponuntur diſt.7.cap. Moyſes, & c.fuerant, vſq; in fi. diſt.eiuſdem.

Leges nouæ, & legum codices, & a quibus cęperūt, habetur in c. fuerunt. præall.

Leges quib.non vtimur, vt dr̄ diſt.2. c.quædam dicuntur ab his, qui eas cōdiderunt, vt Conſulares, Tribunitiæ, Iuliæ, Aquiliæ, Corneliæ, lex Pompeia, lex Papia. Lex Falcidia, & cōplures aliæ, de quibus infra. Quædam etiam dicuntur a locis, vt lex Rhodia, & conſimiles.

Lex Aquilia loquit̄ in eo caſu cū quis culpa ſua alicui dānū dederit, veluti ęquum, ſeruū, vel aliud animal occiderit, vel vulnerauerit, ſeu veſtē ſuā ſciderit, aut illius reb. dānū dederit, & in hac lege venit culpa leuiſſima, vt ſi qs ex alto ſe præcipitauerit, & ſuper aſſium ceciderit, tenet̄ leg. Aquil. Caſus vero ēt occidentem excuſat. Inſt. de leg. Aquil. §. iniuria. Et ſi putator ramū deiecerit, & nō proclamauerit, & ſic aliquē occiderit, tenet̄ l.Cor. de Sic. in q̄ venit tm̄ dolus. ff. ad leg. Aq. & ad l.Corn. de Sic. req. ſuprà Actio legis Aquiliæ.

Lex Attilia cauebat, vt cui nullus oīno eſſet tutor teſtamētarius, nec legitimus ei daretur in vrbe Roma a Prætore vrbano & maiore parte tribunorum plebis. Habebat & alia capita, de quibus inſt. de attil. tut.

Lex Atrinia inhibuit vſucapionem rerū furtiuarum. §. furtiuæ, inſt. de vſuc.

Lex canonica appellatur diuina. c. nimis. de iureiur. c.j. de iur. cal. Et lex ciuilis dr̄ lex humana. c.2. de præſcr. li.6. Pōt tn̄ ius canonicū ēt dici lex humana, quia ſunt in eo multa ab hoībus ſtatuta.

tuta, licet reſpectu aliorũ iuriũ ciuiliũ dicat lex diuina. Sſr lex ciuilis põt dici diuina aliquo reſpectu, immo ſacra dr̃, & p ipſam qs religioſus efficitur, vt C. de leg. & conſt. l. leges. Quare Imp. dr̃ religioſiſſ. in proœ. Inſt. vide c. quo iure. diſt. 8. & l. fi. C. de preſc. lon. temp. & Arch. in ver. humanæ. c. fi. de preſc. lib. 6. vbi dr̃, ꝙ leges diuinitus per ora principum ſunt promulgatæ.

Lex cõmiſſaria propriè nõ eſt lex, neq; ſenatuſcõſultum, ſed potius pactũ, & hẽt locũ cũ ita venditor cõuenit cũ emptore, vt ſi intra certũ diẽ non fuerit ſolutum pretiũ totũ, vel pars, cũ de pretio p partes certis dieb. ſoluendo conuenit, vt in tali die, vel tpe ſit res inempta, vel inuendita, ſi dictũ ſit vt redeat poſſeſſio, vel dominium ad vẽditorem. Tale aũt pactũ non hẽt locũ in pignorib. in emptionib. vt ff. de lege commiſſ. l. vlt. & l. ſi fundus. Et qđ res dr̃ inempta, ita accipitur ſi vẽditor inempta eſſe velit, cuius cã id cauet alias fraudaretur venditor, ſi ex iſta villa in poteſtate emptoris eſſet, non dando pecuniam, inemptũ facere fundum, tex. eſt in l. 2. ff. eo. tit.

Lex Cornelia de falſis pœnẽ irrogat his, qui falſum teſtimonium dixerunt, vel falſum teſtm̃, vel aliud, quodlibet inſtrm̃ ſcripſerũt, aut ſigillauerunt, aut alias falſum commiſerunt, puta in moneta, vel mẽſura. Et eſt dicta lex Cornelia a Cornelio ſic illa primo inuẽtore. Dr̃ ẽt teſtamẽtaria, & eius pœna in ſeruos eſt vltimũ ſupplicium in liberos vero deportatio. Inſt. de pub. iu. §. item lex Corn. de falſis.

Lex Corn. de ſiccarijs loquitr̃ de his, q dolo malo interficiunt, ſ. telo, vel tactu furtiuè & huiuſmodi, vel ẽt dr̃ lex Corn. de Veneficijs a veneno, puta qñ quis alium interfecit veneno, aut magicis ſuſurris, vel incantationibus, vel quia mala medicamẽta publicè vẽdidit. Et dr̃ de ſicarijs a ſica acuta, vel cultello, eo qđ ſignificat ferrum vel culthrum, vt Inſtit. de pub. jud. §. ſicarij autem. vnde dicit gloſ. ibidem, ꝙ ſica eſt cultellus vtrinque ſcindens, quẽ portant peregrini quandoque in bacculo quodam, ita ꝙ non patet. Vnde verſus.

Eſt ſic a mucro latens, ſicarius inde vocatur.

Lex duodecim tabularũ fuit origo totius iuris ciuilis, ſm gl inſt. de iure nat. gen. & ciuil. §. & nõ inelegãter. in ver. origo. iur. l. 2. §. j. Et dr̃ lex ſcripta in 12. tabulis, quarũ decẽ a ciuitatib. Athenienſiũ & Lacedęmoniorũ, a decemuiris fuerũt allatæ, & duæ ad illorũ declarationẽ per eoſdẽ decẽuiros poſtea additę, vt dicit gl. in ver. decemuiros. §. deinde. c. Moyſes. diſ. 7. Dũ. n. leges pp d ſcotdiã plebeiorũ cũ nobilib. fere per 30. an. in deſuetudinẽ abijſsẽt, creati ſunt decẽuiri, q̃ tranſtulerunt leges Gręcorũ in Latinũ, & eas in decẽ tabulis eburneis ſcripſerunt. Et hi decemuiri poſtea videntes in illis decem tabulis multas leges deeſſe, accepta ptãte corrigendi, diminuendi, interpretãdi, addẽdi & ſupplendi, duas alias tabulas addiderũt, & exinde dicta eſt lex 12. tab. quæ omnia plenius perſequitur Iuriſconſultus in d. l. 2. de origine iuris.

Lex Aelia Sentia, vt ſcribit Alci. ſic appellata eſt ab Aelio Sentio eius latore. Huiuſmodi lex plurima habuit capita, quæ hic referre longum eſſet, vide in tit. qui & ex quibus cau. manumit. non poſſ. in inſt. & in l. ſciẽdum, de verb. ſign.

Lex Falcidia. diſ. 2. c. quędã in fi. ꝓhibet ne quis in teſtõ plus extraneis legare poſſit, quàm vt quarta pars ſit hęredib. data. Dr̃ aũt a Falcidia tribuno auctore, vel ſm Azo. dicta eſt a fabri falce. i. a diminutione q̃ imponit ſingularibus relictis, reſecat n. de legatis, vt falce reſecanẽ ſegetes. Nã olim licuit cuilibet totam hęreditatem ſuã alteri relinquere, ſed poſtea Falcidius ſtatuit, ꝙ quarta pars hęreditatis deberet relinq heredib. vt ſupra de F. Triplex aũt eſt Falcidia, vna debita iure naturæ, alia iure inſtitutionis, tertia dr̃ Trebellianica, quæ cõpetit hæredi inſtituto, qui rogatus eſt hæreditatẽ alijs reſtituere diſt. 2. reſponſa. de teſt. Raynu. & c. Raynal.

Lex Flauia de plagiarijs eos perſequiẽ, q liberos, aut ſeruos, vel filios alienos ab vrbe, vel de vna ꝓuincia ad aliã ſubducunt, & eos vendũt fraudulẽter ĩſcijs dñis

& patribus ſuis, vt ff.ad le. Fla.de plagia.l.fin.& l.lege. & l.eũ. Sũt,ꝙ malint legere, lex Fãnia de plagiarijs. Sunt qui legũt lex Flauia. Tu vide Catellianũ Cottã in dictione plagiarij noĩe.

Lex Fuſia (alias ſuſia, vel ſuffia) canina nõ permittebat in teſtõ manumiſſiones fieri, niſi vſq; ad certũ modũ vel numerũ ſeruorũ, licet inter viuos ſit, ſed hodie iſta ſublata eſt, & multo magis hoc liceret in vltima volũtate. Et dr̃ canina fortè a quodã inducta, qui canis vocabat̃. Nam canis naturam ſeruat, qui ſtat in palea, quã nec ſibi habere põt, nec alij fouet, vt ſit cõſonans rei nomen. Inſt.de don.§.eſt & aliud. Talis ergo moriebatur tanquã canis, quia non poterat tenere ſeruos, nec libertatem patiebatur eis dari. Inſt.de leg.fuſ.can.to.in gl.j.

Legendum Fuſia Caninia, a Fuſio Caninio, quo interrogãte lata eſt aũctor Alc.

Lex Hortenſia nomen ſortita eſt ab Hortenſio, qui eã ſtatuit, & fecit, ꝗ concordauit plebẽ & populũ, qua cõſtituit̃, vt nõ minus, aut plus valeat plebiſcita, ꝗ lex populi, de quo Inſt.de iu.nat. gẽ.& ci.§.ſed, & plebiſcita.

Lex Iulia de adulterijs, & ſtupro, ꝓſequitur adulteros, & eos, qui ſine vi virgines, viduas, aut honeſtas, aut honeſtè viuentes corrumpunt, aut violant. Et nõ ſolũ temeratores aliarũ nuptiarũ gladio punit, ſed ẽt eos, qui cum maſculis nephandã libidinẽ exercere audẽt, ſiue nõ verent̃, Inſt. de pub.iud.§.itẽ ex l.Iul.de adult. & ibi per totum, de legibus hic poſitis, quia publica iudicia ſunt.

Lex Iulia de ambitu punit eos, qui ꝑ ambitũ, ſeu ambitionẽ munerib. datis ad honores, ſeu ad officia publica accedunt, ſeu ſuccedũt, de quo inſt.de pub.iu. §.ſunt pręterea. in gl. & in l.j. ff.ad l. Iuliam de ambi.

Lex Iulia de annona cõpetit cõtra illũ, ꝙ facit, vel ꝓcurat annonã fieri chariorẽ, ꝗa in hoc lędit̃ reſpublica, vt ff.ad leg. Iul.de ann.l.2.

Lex Iulia lęſę maieſt. eos punit, ꝗ in principẽ, aut ĩ rẽpublicã aliq̃d cõmittunt, & machinant̃. Et eſt cõtra tales ſtatuta pęna capitalis. Itẽ ꝗ̃ vſq; ad quartam ꝓgeniẽ nõ ſuccedũt nati

ab

ab eis, niſi ꝑ principē diſpē ſet cū eis, & ſic pęna ei⁹ aīę amiſſionē ſuſtinet, vt C. ad l. Iul. ma. l. quiſqs, & inſt. de pub. iud. §. publica aūt.

Lex Iulia miſcella (aliàs vinſcella) hēt locū, qn̄ marit⁹ relinqt vxori in teſtō aliq̄d ſub certa condōne ſi alteri nō nupſerit. Et conditione nō ſeruata, nō tenetur hæres dare relictum per iſtā l. Et qualem faciat cautionem, vide in auth. cui relictum, C. de in dic. vid. tol. & l. Iul. miſcel. tol. l. j. ibid.

Lex Iulia peculatus cōpetit cōtra illos, qui pecuniā, vel rēpublicā, vel ſacrā, vel religioſā furanť, puniunť aūt, vt inſt. đ pub. iu. §. lex Iulia.

Lex Iulia repetūdarū loquiť de his plectendis, q̄ tpe adminiſtrationis aliq̄d acceperint, vt iudicarēt, vel nō iudicarēt, vel aliquē in vincula conijcerent, vel non. Ad hoc. n. cōpetit, vel datū reſeruetť, & ꝙ alter puniať. Vltra hoc ēt cōpetit cōtra eoſdē illis, qui ab ipſis aliquam violentiā paſſi ſunt, vt ſi coactus fuerit quis a talibus vendere rē ſuā minori pretio, q̄ valebat, & in ſimilibus caſibus. ff. ad leg. Iul. repet. l. j. 3. 4. & 5.

Lex Iulia de reſiduis punit eos, q offm̄ pub. aut adminiſtrationem habuerūt, & tpe adminiſtrationis ſuæ pub. pecuniā, q̄ acceperūt in q̄dcūq; negotiū erogādā, retinuerūt, & nō erogauerūt, vel q rē pub. q̄ acceperūt tradēdam in cōi æra rio, nō repoſuerunt ibidē, ſed penes ſe furtiuè, & doloſè retinuerunt, vt ff. ad leg. Iul. pec. l. 2. & l. 3. §. leg.

Lex Iulia de vi pub. punit eos qui vim cū armis fecerūt, vel intulerunt, eſt pœna deportationis, vt inſt. de pub. iud. §. item lex Iul.

Lex Iulia de vi priuata punit eos, qui ſine armis vim inferūt, in publicatione tertiæ partis bonorum. Si aūt vi raptus virginis, viduæ, vel ſanctimonialis, aut aliàs fiat, faciētes, & opē flagitio dātes pęna capitis puniuntur, inſt. de pub. iud. §. item ex l. Iulia de vi.

Lex Iunia Norbana loquitur de Latina libertate, vt inſtitutione de liberti, §. libertinorum autem.

Lex municipalis dr̄, quam aliqua ciuitas conſtituit ſibi eſt ius ciuile, inſt. de iu. na. gen. & ciui. §. j. in tex. & gl.

Lex Papia prīa cōtinet p̄mia pro

pro ſuſcipiendis liberis, & dr̄ a Pio auctore aliàs Papiniana, a Papiniano auctore vide de hoc inſtitu. per quas perſo.no.ius acq.in §. ſancitum etenim.

Lex Papia continebat etiam alia capita, vt circa caducorum obſeruatione, de iure patronorum in bonis libertorũ. Ne inter ſenatores, & libertas nuptiæ contraherentur, vt C. de cad. tollen.l.j.in princ. Inſtit.de ſuc.lib.§.j. ff.de ritu nup.l. lege Papiria.

Lex Pōpeia đ patricidijs (aliàs parricidijs) punit eos, qui patri aut matri, aut auo, aut proauo, aut alteri de cōſanguineis, aut parētibus, ſuis mortē infligunt. Et ſtatuit illa lex pœnā acerrimā, ꝙ tales in culeo, i. corio bullito inſuantur in quo ponatē vipera cū ſimia cane, & gallo gallinaceo, & in mari vicino ſic proijciātur, vel in flumine propinquo, ſi mare nimis remotū fuerit De his oīb. not.inſt. de pub. iu.§.alia deinde.

Lex populi antonomaſticè dicitur lex per excellentia.

Lex Publiciana dicta eſt a Publiciano Prętore auctore. require s. Actio. Publiciana.

Lex Regia eſt, q̄ populus Ro. Imperiū, & ptātē cōceſſit Imperatori, §. ſed, & quid inſt.de iu.nat.gen. & ciu.

Lex Rhodia de iactu ſubuenit his quorū merces cauſa cōis periculi euitādi eiectæ ſunt, & pp iactum nauis ſalua facta eſt. Quib.datur actio cōtra magiſtrum nauis, vel eos quorū merces ſunt ſaluæ. Et dr̄ Rhodia ab inſula Rhodo, qua antiquitus plurimum fuit vſus mercatorum.

Lex Satyra eſt, quæ de pluribus rebus ſimul loquitur dicta ſic a copia rerū, & quaſi a ſaturitate. Vnde, & Styras ſcribere eſt poemata varia cōdere, vt Horatij, Iuuenalis Perſij, &c. di.z.c. Satyra.

Lex Titia conſtituit, vt in prouincijs ſi cui nullus omnino erat tutor, ei daretur a Præſide, vt inſtitu. de attil. tu. in princip.

Lex Vitelia loquitur de liberto appetēte ea, q̄ ingenuis tm̄ competunt, puta honores, & dignitates, aſſerendo ſe ingenuū eſſe, de quo. ff. de ſta.homi.l.ingenuum.

Lex viarum dicitur ſolitaria per excellentiam.

Lex Voconia, cuius meminit Iuſtinian. in tit.de lege Falcid.

cid.inſt. ſic dicta fuit à Voconio Tribuno plebis, cuius rogatione plebs Romana eam tulit.

L ante I.

Libellam eſſe dimidium choenicis atteſtatur Alc. lib.j. Parer. chœnicẽ apud Atheniẽſes.fuiſſe mẽſuram tritici, quãtũ, ſ.quiſq; vno die comederet,pẽdẽte eorũ drachmas 150. noſtra verò menſura ſeſqui librã, & de hmõi libella ſenſiſſe Imp. l. Iudices,C.de epiſc.& cle.

Libellus plurib.modis accipitur,vt not. Spec.in tract.libello. Qñq;.n.dr̃ paruus liber,codicillus, vel ſchedula, in qua actor cauſam, & actionẽ exprimit,& eſt duplex. Quidã ex accuſationis,& ille in criminalib.locũ hẽt. Et quidã cõuentionis, & ille in ciuilib. vt eſt gl.vnica, in princ.cap.j. de lib.oblatione. Et debẽt plura contineri in libello,vt in his verſibus continetur. Quis, quid, coram quo quo iure petatur, & à quo.

Rectè cõpoſitus quiſq; libellus hẽt. Nã libellus cõuentionis dẽt continere nomẽ actoris, ſ.qui ſit qui conueniat. Et quid petat̃,ſ.rẽ,quę petitur. Et nomẽ iudicis,ſ. coram quo agitur, & ius quo res petitur, & ſic cãm petendi. Et nomen rei,ſ.à quo res petitur,ẽt tẽpus, & diẽ in quo libellus datur. Sed in libello accuſationis contineri debẽt nomen accuſatoris, nomen rei, & iudicis, & crimẽ de quo agit̃, & qñq; perſona cũ qua crimen dicat̃ commiſſum, & locus in quo, & dies accuſationis corã iudice,& menſis, in quo crimẽ eſt cõmiſſum, ſed diẽ, & horã ibi ponere non eſt neceſſe, ſ̃m Goff. Quandoque,& ſecundo ponit̃ pro pane azimo, ſeu ſubcineritio, vt C. de epiſc.aud.l.iudices. Quandoq; & tertio capitur pro precibus principi oblatis. C.quando lib.princip.dat. lit.cõteſt.faci. Quartò pro iudice delegato, ff.de offic. proc.l.nec quicquã. Quintò, pro ſcriptura demandatoris. Sextò, pro ſcriptura recuſationis. Septimò, pro ſcriptura, quam vir dat vxori,quam repudiat, & ille dicitur libellus repudij. Octauò pro ſcriptura appellationis, ff. de appel.l.j. Nonò pro ſcriptura quam iu-

iudex dat appellanti, ſ. pro apoſtolo, de app. c. ord. li. 6. Decimò, pro ſcriptura infamatoria, quæ dr̃ libellus famoſus. Propriè tñ libellus eſt ſcriptura agentis quęſtionẽ continens, & futurã actionẽ depromẽs, & dicit Cy. ꝙ eſt breuis ſcriptura intentionẽ actoris, vel accuſatoris contra reũ clare depromens. Et ſic libellus nõ debet eſſe verboſus, vel vtens ſuperfluis, nec obſcuris. Vel ſic, Libellus eſt breuis membrana actoris petitionẽ complectens. Dr̃ aũt libellus a libro diminutiuè propter ſui breuitatem, ſicut codicillus a codice, ſm Spec. in ti. de lib. concep. in prin. Vel dr̃ a libra, i. iuſtitia, vnde iudex debet ſtateram æqualance miniſtrare. 45. diſt. omnis.

Libellus repudij. Require, Repudium.

Libera, hæc dictio ſignificat poſſe fieri liberè, qđ mãdatur, non tñ ſignificat vltra mandatum generale, & ſic nõ viderent̃ conceſſa, quæ reqũirũt̃ mandatũ ſpeciale. Et hoc de vſu cõi, licet ſecus ex ſignificatu attento de iure ſcripto. Tunc. n. ſignificat poſſe fieri, qđ ſiue mãdato ſpeciali nõ fieret, excepta donatione, l. ꝓcurator cui gñaliter, ff. de ꝓc. iuncta l. filius, ff. de donat. Significat ergo, ꝙ poſſet alienare, qđ nõ poſſet procurator, cui eſt conceſſa generalis adminiſtratio non expreſſo verbo libera, cuius ſignificatum addit, & operatur, non aũt ſignificat donationẽ, quia donatio ex natura ſua eſt gratuita. Vnde not. ſm Bart. in l. qui Romæ §. Callimacus, ff. de ver. obl. Verbũ libera in illo tm̃ operat̃, ad qđ refertur, v. g. dicẽdo cõſtituo te procuratorẽ ad agendũ, & defendendum litẽ conteſtandam, dans, & concedẽs liberam poteſtatẽ, &c. non vr̃ conceſſa adminiſtratio cauſę, ſed ſolum inſtantiæ, quia hoc verba importãt, & de cã non poſſunt tranſigere, ſed ſolũ de inſtantia. Item ibi, conſtituo procuratorem ad recipiendam ſolutionem dans ei liberam poteſtatem, ibi poteſt prorogare terminum, facit de procu. qui ad agendum, libro ſexto. Idem de verbo, plena. l. ſi procurator, §. quòd ſi plenam, C. de procurat, Item ſi dominus

nus cõceſſit, ꝙ procurator poſſit, quod ipſe dñs, licet nõ expreſſit verbũ libera, vel plena poteſtate, l. creditor, §. Lucius, ff. mãd. Idem ſi dominus promiſit ſe ratum habiturum quicquid per ſuum procuratorem actum fuerit, l. j. ff. de proc.

Liberalis cã eſt, qñ principaliter mota qõne ab aliquo dr̃ aliquis, ſeu alius ſeruus, ſeruus eſſe, ipſe vero cõtendit ſe eſſe liberum. Si vero confiteatur ſe eſſe ſeruum non actoris, ſed alterius, non eſt cauſa liberalis, ſed cauſa dominij, & cauſa hic ponitur pro iudicio.

Liberatio ſumiĩ pro diſpoſitione liberatoria, & ſignificat diuerſimodè. Nam ibi teſtator legat debitori ſuo, qui ſolus eſt, liberationem ſignificat, ꝙ debitor agere poſſit contra hæredem, vt eum liberet per acceptilationem, l. 2. §. nunc de effectu. ff. de lib. leg. quia qñ teſtator dicit, volo liberari, vel lego liberationẽ, ſignificatur, quod vult ab hęrede liberari, ex cõi modo intelligendi. Item ibi, duo ſunt rei promittendi, qui tenentur ad id debitum quilibet inſolidum, teſtator legat vni liberationẽ, ſignificat, quod ille poſſit agere contra hæredem, vt libereĩ per pactum. Sed alter non liberatur, niſi ille vnus liberaretur ex maiori vi, videlicet acceptilatione: nã tunc ẽt alter liberatur, ſicut acceptilatio capiĩ pro tali ſolutione, qđ vno ſoluẽte alter liberaĩ, ſecus in pacto. Sed certè pactũ liberationis in ſimplici ratione valet tm̃, ſicut acceptilatio. Itẽ duo ſunt rei promittẽdi ſocij, vni legata eſt liberatio, ſignificat, quod ẽt ille cuius nomen aſcriptum non eſt, hr̃e ꝓ legatario, & ſic agere põt, vt libereĩ ſicut ille, qui noĩatus eſt, & hoc ſi teſtator ei prouidere voluit, qđ probatur, ex ſimilibus coniecturis ſufficienter, quia in contrahendo ſocij ſunt. Et intellige ſocios, ſecundũ Bart. quib. omne lucrum, & damnũ eſt cõe in illo debito. Itẽ ibi, duo ſunt rei promittendi non ſocij, facti debitores ex pecunia, quæ peruenit ad vtrunque, vel conuerſa eſt in communem vtilitatem, teſtator legat liberationem vni, non liberabitur per acceptilationem, ſed per pactum,

ctum, & iſtud pactũ proficiet etiã alteri in parte, ſeu medietate debiti. Et ſic intellige, qđ not.gl. in §.nũc de effectu, preall. Cõclude ergo, aut ſunt ſocij, & liberatio fit ꝑ acceptilationẽ, & ſic facta vni prodeſt etiã alteri, ſed iſte alter nõ legatarius nõ poteſt agere, niſi vbi teſtator ei ꝓuidere voluit. Aut non ſunt ſocij, & tũc liberatio fit per pactũ de nõ petẽdo, & prodeſt alteri in medietate tm̃ cõueniat. Et finaliter cõcludit, ꝙ liberatio legata vni perſonæ in vna re, vel in vno debito, ad aliã perſonam, aliam rem, vel aliud debitum extẽditur, ſi hoc diſponentem quouis probabili medio voluiſſe ſignificat. Et liberatio generalis non comprehendit, quę ibi nõ cõtineri aliquod medium concludit. Et liberatio conceſſa ſpecialiter generaliter inter viuos, & in vltima voluntate ſignificat, quod ſignificare quoduis mediũ probabile declarat.

De verbo liberationis vide l. liberationis, de verb.ſig.

Liberi ſunt, qui ex ingenuis naſcuntur, fiunt autem liberti, qui manumittũtur. Et dñr a libertate, ſunt filij, & filię, & cæteri oẽs in recta linea deſcendentes, vſq; ad trinepotes, & vlterius dicuntur inferiores, ſeu poſteriores. Similiter parentes dicuntur omnes aſcendentes per paternam, ſeu maternam cognationẽ nobis coniuncti vſq; ad tritaum, & vlterius dñr ſuperiores, ſeu maiores, l. Iureconſultus. §. parentes, de verb.ſig. obtinuit tñ loquendi conſuetudo, vt liberi appellent quicunq; ex nobis deſcendunt, l. ſed ſi hac. §. liberos, de in ius vocan. & l. liberorum, de verb.ſign.

Liberi populi, qui dicantur, declarat Iuriſc. in l. non dubito, ff. de cap. & poſtliminio reuer.

Libertas eſt naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, niſi quod vi, aut iure prohibetur, Inſt. de iure perſo. in princ. & hęc facultas quamuis latè pateat, tàmen ei quandoq; reſiſtitur de facto, & quando nõ poſſumus. quod deſideramus, vel de iure, vt quando facere furtum, aut rapinam prohibemur.

Libertas Latina fuit libertas, quæ habebat, ꝙ ſi moreretur

tur ille, cui dabatur libertas tunc tenuit, ſed ſi ſuperuixit, tunc nõ tenuit. Sed hodie eſt correcta per l.j.C.de lat. lib. 10. Require ſupra, Latini, Et dicebatur Latina per ſimilitudinẽ. Nã vt Romani nominati ſunt, quia Romanis ſubijciebant, & incolumes mittebant, licet ſm rem Latini vel Romani, non eſſent, ita illa libertas Latina dicebatur cum non eſſet vera libertas.

Libertas deditiia. Require ſupra, Dedititia.

Libertas fideicõmiſſaria eſt, quam teſtator directè non voluit competere, ſed per manumiſſionem alterius, cuius fidei hoc commiſit, ſ.vt manumitteret.

Libertas teſtamẽtaria eſt quæ ex ipſo teſtamento directè competit, vt C. de teſta. ma.l.j.in princ.in gloſ.

Libertas vindictæ eſt, quæ fit per vindictam, C. de vind, lib,in princ. in gloſ.

Liberti ſiue libertini ſunt, qui ex iuſta cauſa ſeruitutis manumiſſi ſunt, nec eſt inter eos dña, licet quidam minus prudenter dicãt libertinum eſſe filiũ liberti. Vnde libertus meus eſt, libertinus dicitur ille, qui ſeruus meus fuit, ſed manumiſſi eum, & ego ipſe dicor patronus de quo ſuper ver. ſeruitute, inſtit.de liber.

Libertus abortiuus eſt, qui in teſtamento eius. qui abortus eſt, id eſt mortuus, manumittitur. Imò vero libertus orcinus dicitur ab orco, quod ab eo manumittatur, qui ad orcũ tẽdit. Alij libertum orthiuũ vocant a græca dictione orthos, directus, vt directum libertũ intelligas. Vide Alcia. in dict.orcinus li. præter.1.

Libertus aſſignatitius eſt quẽ patronus eius, cuius ex liberis ſuis eſſe velit, ei aſſignauit.

Libitinarius is dr, qui quæſtui inſeruiens libitinariã exercet, quiq; neceſſaria funerib.vẽdit, vel qui curã mortuorũ ſepeliendorum hẽt, ſeu qui cõducit funera, dictus a Libitina Dea, in cuius tẽplo, quæ ad ſepulturã pertinebant, vendebantur. Refert Seneca vota libitinariorũ eſſe, vt mortes plurimorum optet, quod illis quæſtuoſiſſimum ſit, & de his Vlp. in l.quicunque.§. idem ait. ff.de inſti.act.

Libra auri cõſtat quãdoq; ex centum aureis. Bart.in au, then.

then. ſed nouo iure, C. ſi certum petat. hodie verò conſtat ex 46. duc. Venetis. Bar. in l. quoties, de ſuſcept. & arca. lib. 11. C.

Librarius eſt, qui in libra apponendo ponderat, cauſas rerũ determinat, vel eſt libros vẽdens, & cuſtodiens. Adde librariũ dici, qui libros tranſcribit, quo ſenſu ferè accipitur apud Latinos. Quandoq; ſignificat tabellionem, vt in l. ſi librarius, de verb. ſign.

Libripens, idem eſt, quod librarius, de quo gl. Inſtit. de teſtam. ord. in princ.

Librorum appellatione quid veniat, latè differit Iuriſc. in l. librorum, de leg. 3.

Licentia multiplex eſt, vt no. Archid. 23. quæſt. 2. ſi abſtineret.

Liceri, vel licitari eſt rẽ appretiare, vnde dr̃ nõ curo centum Græcos vno obolo liceri. Sed licere actiuũ ſignificat rẽ pretio menſurabilẽ æſtimare quanto pretio valeat. Vnde verſus: Diues in orbe licet pauperẽ, ſed nemo licetur, liceor. n. eſt actiuũ in ſignificatione, & paſſiuum in voce. Sed liceo cõtra. Vnde, Non licet aſſe mihi, qui me non aſſe licetur. Inde licitari eſt frequenter æſtimare valorem rei vendibilis. Et licitator, i. ſuaſor, vel prouocator, ſeu proxeneta.

Licitum dicitur, quod iure licet, l. ſemper, in princ. ff. de ritu nup. aliquando etiam dicitur, & quod de facto licet. l. j. §. ſi cui ventrem, & ibi gl. ff. de ventre inſpi.

Licitari dicuntur, qui emendo, vendẽdo, vel conducendo rem aliquam, vel negotiando, aliquid aliud plus offerendo, alter alterum contendit ſuperare.

Licitatio eſt venditio propoſita, vt cũ aliquis emptor in re ab altero volente emere pretiũ auget. Vnde qñ aliqua res publicè venalis exponit̃, & vnus offert decẽ, & aliter xv. qñ proclamatũ eſt, ꝙ qui plus offert, eam habebit: ille, q plus offert, dicitur alium vincere licitatione, vnde cum alterum ſic intendit ſuperare plus offerendo, in quacunque negotiatione licitatio eſt, & qui licitatione vincit, rem fert. C. de ſacroſanct. eccl. auth. quæ res, & C. de fide inſtr. & iure haſtę fiſcalis, l. quicunque. lib. 10. Eſt ergo, licitatio, ſubhaſtatio,

vel

vel oblatio ad ſubhaſtationem, vt l. licitatio, ff. de pu. & ve.

Lictor dicitur, qui magiſtratus fert inſignia, l. ego cum in villa. & l. manumiſſio, ff. de manu. vindic.

Ligius, require ſupra, Homagium ligium.

Ligni appellatione continetur quicquid cōburendi cauſa paratū eſt, l. ligni. de leg. 3.

Liguſtici meminit l. non omne, de pen. leg. id non multū abeſt a iurib. piperis, de quib. copioſè Dioſc. lib. 3.

Lima eſt inſtrm fabrile, & ferreum, quo metalla roduntur, poliuntur, minuunt, & purgantur, gl. in c. paſtoralis, de re iud. in clem.

Limenarchia eſt vocabulum Gręcū, qui limē portū dñt, hinc limenarchæ, q pſunt orę maritimæ, maximè in hoſtiū cōfinio, de quib. meminit Arca. in l. numerū ciuiliū, §. qui annonā. ff. de mu. & hon. & Pau. in l. limenarchæ, ff. de ſer. fug. & Impe. in l. non idcirco, C. de liber. cau. in quib tñ locis liminarcha legitur tanq̄ alimine deſcēdat ſm gl. nrm. Poſſet etiā fortè dici lumi narcas, abſq; aſpiratione, iō ſic vocitatos, qa ad hoc cōſtituebant, vt hoſtes a limine expellerēt, & ſic erit vocabulū Latinū & cōpoſitū, & cōis lectio ſeruabit, & ſm hæc caſtiga verba Impe. in l. j. C. de off. com. ori. vbi alitarchia mēdoſe legitur pro limenarchia, ideſt liminum præfectura.

Limina, fines imperij dictos eſſe docuit in §. ſed ſi. Inſt. quib. mod. ius pat. pot. ſol.

Liminarchæ dñr principes locorum, in quib. ſunt diuerſarum prouinciarū, aut regnorum diuerſorum limites, & termini. vnde ēt dñr colliminarchæ, qui confinia oppida, vel ciuitates tenent trās limitē locorum.

Limitanei dñr, qui conſtituti ſunt inter caſtra, & ciuitates, vel cōfinia oppida, vt limites defendāt, & colant, vt C. de fun. limi. l. vlt. in fi. lib. 11. Et dicit Acc. ſuper rub. ibidem, qđ quidam habentur prolimitoſis limitrophis a trophos, ideſt deſcriptio, & limites, ideſt deſcriptio ad vſum limitum, alias militum, qui imperium cuſtodiunt.

Limitanei fundi, require Fundus limitrophus.

Limites ſūt fines vel termī regionū, īde līcare terminare

dicitur vel reſtringere. Vnde limes eſt terminus agris poſitus, vel pratis, ſeu campis, vel etiã dr̃ meta. Sed limen eſt introitus domus, dictum a limite: Nam limina ſunt ędiũ, limites verò regionũ, vel finiũ, de quo inſt. quib. mo. ius patr. pot. ſolui, §. dictum eſt autem.

Limitrophi fundi, req. in ver. Fundus limitrophus.

Linea eſt collectio perſonarũ ab eodẽ ſtipite deſcendentium diuerſos gradus continens, & numeros diſtinguẽs & eſt linea graduum deſcendentium, & collateralium, l. j. & l. iuriſc. ff. de grad. affin. ita diffinit Ioan. And. in appell. ſu. ſuper arborem conſanguinitatis, vbi vide latè per eum.

Linea margaritarum, ſeries eſt margaritarum pertuſarum filo inſertarum. l. lineam. ad legem Falc.

Linteum non dubitatur velum vocari.

Lintearij ſunt, qui linea nauis, vel nauium, vel lintea-riorum negotiationẽ exercent, & cætera.

Lintearia dr̃ talis negotiatio.

Lintearioſa, vel lintearium eſt negotiatio lintteariorũ.

Lintrarij, lintrum exercitores, lintres autem ſunt naues fluuiatiles, quæ remis aguntur, lintrariorum meminit. l. j. nau. cau. ſtab.

Lis a cõtentione limitis prius nomẽ sũpſit, de quo Virg. Limes erat poſitus litẽ, vt diſcerneret agris, c. forus. de verb. ſig. ad mediũ. Et lis dr̃ mota cum fuerit conteſtata, c. ex par. 2. de ver. ſig. & c. aduerſario, de except.

Lis etiam actionẽ deſignat, l. litis, de verb. ſign.

Litẽ ęſtimare, vide ęſtimare.

Litem conteſtari dr̃, qñ actor proponit intẽtionẽ ſuam, & actionem coram iudice contra aliquem, & ille ſtatim negat, tunc eſt lis conteſtata. Et dr̃ pendere, nam in ſuſpenſo ſunt omnia, donec lis ſopiatur, i. terminetur, vt ad ſuperiorem negotium tranſmittaт̃. Et dr̃ lis pendere quo ad hoc, vt nihil innouetur quatuor cõcurrentib. Primò, ꝙ citatio emanauerit. Secundò, ꝙ iudice competẽte. Tertiò, ꝙ ad partẽ peruenerit, vel a parte impediẽte factum ſit, quominus peruenerit. Quartò, ꝙ in ea talia ſint expreſſa, per quæ pars inſtruaт̃ ſuper quib. cõuenia tur, in cle. ſi. vt li. pen. Et po

teſt addi quintum, vt ibi no.quòd emanet, & perueniat debito tempore.

Litis conteſtatio eſt negotij principalis ab actore,& reo hincinde fcã narratio, quã narrationẽ præcedere dẽt libellus, niſi fortè de cõſenſu partium remittatur. Fit aũt litis cõteſtatio corã iudice ꝑ narrationẽ actoris, & cõtradictoriã rñſionem rei, vt quia negat, vel ꝑ aliquã exceptionẽ, quã opponit aĩo conteſtãdi litẽ, i.ea mẽte, vt in cã procedat, vel deſiſtat. Eſt ergo litis cõte. ſm Goff. hincinde apud iudicẽ negotij principalis facta narratio per principales perſonas, non per aduocatos, niſi fortè principales adeo fuerint indiſcreti, vt eorum defectus de licentia judicis per alios ſuppleat̃, vt in cap. paſtoralis, de iud. Et litis cõteſtatio eſt initiũ actionis, & cõflictus in cã, de hoc vide gl. bonam in c. dudũ.2. in verbo reſponſionem. de elect. quomodo, & quãdo fiat litis cõteſtatio.

Litis quaſi conteſtatio eſt, qñ aliquis conuentus in iudicio ſuper rebus mobilibus quas poſſidet noĩe alieno, noĩa dñm in iudicio, & accipit inducias ad denunciandũ dño, vt ad iudicẽ veniat, vel mittat. Si aũt ipſe dñs non cõparet in termino, ſibi dato, tunc lis quaſi conteſtata eſt contra dñm ſiue hr̃ pro cõteſtata, ad interrumpendum longi tp̃is prǽſcriptionem, vt in c. qm̃ frequenter, §. in alijs, ver. ꝙ ſi ſuper, vt li. non conteſt.

Litem pẽdere eſt litẽ conteſtatam eſſe, vel litẽ in incerto eſſe, cũ ambiguus ſit eius exitus, & euẽtus: nam litis, & iudiciorum euentus eſt incertus, ff. de pec. l. quod debetur. Pendere aũt dr̃ lis per appellationem, vel recuſationem, conſultationem, vel relationem, vel quandiu diffinitiua ſentẽtia non eſt lata, de quo per Doct. vt lite pend. per totũ.

Litem ſuã facere iudex quando dicatur, apertè oſtendit Vlp. in l. ſi filiusfamilias. de iud. & Imperat. Inſtit. de oblig. quæ ex qua. deli. naſ. in princ.

Literę de rato dñr procuratoriæ, quia cõſtituens procuratorem ſemper adijcit in fine, ꝙ quicquid procurator fecerit ſuper cauſa ad quam datus eſt gratum ratũ, & cætera habebit, vt in.

c.cũ dilect⁹, de rel.do. ĩ gl.

Literę dimiſſoriæ quæ, unde in ver. Dimiſſoriæ.

Literis dr̃ obligatio cõtrahi, qñ quis cõfitetur ĩ aliquo inſtrumẽto ſe recepiſſe pecuniam, quam nõdũ recepit, ſub ſpe numerationis futuræ ſibi faciendæ, prout à creditore eidem promiſſum extitit. Illi competit actio nõ num. pecuniæ, ſi exigit ab eo debitum antequam recepit.

Litigatoris nomine non ſolũ actor, ſed etiam reus intelligitur, vt in cap. 1. de litis conteſta. lib. 6.

Litigioſa res, mobilis eſt vel imobilis res vel ſe mouẽs, de cuius dño cã mouet̃ inter petitoꝛẽ, & poſſeſſorẽ conuẽtione iudicialia, uel precibus principi oblatis, & iudicibus, inſinuatis, & per eũ futuro reo cognitis C. de litig. auth. litigioſa. Fit aũt res litigioſa, incontinenti oblato libello. Alii dicunt rem litigioſam nõ eſſe ante litis conteſta. de hoc gl. in c. 1. vt lite pendente, lib. 6.

Littus propriè maris eſt, ripa fluminum. Et littus quouſque extenditur, quouſque maximus fluctus à mari prouenit, l. littus, de ver. ſi.

Liturgus interprete Al. in l. 2. C. de cupreſ. dicitur qui publicè operatur circa res ſacras. Præſertim, & liturgus dici poteſt.

Liuell⁹ differt à feudo primò quia eo iurat̃, ſecus quam in liuello. Itẽ feudum datur amore, liuellus verò ꝓ mercede. Itẽ in feudo non ſuccedunt fœminæ, in liuello ſecus, & de multis alijs differẽtijs, vide Fel. in c. cęterum col. 5. & ſequen. ver. 9 fallit de iud.

L *ante* O.

Locare, hoc verbum licet plerunq; referat̃ ad accipientẽ pretium, ſicut cõducere ad illud dãrẽ, tñ quãdoque viceuerſa, ut locare dicatur, qui pretiũ dat, cõducere verò qui illud accipit, ut annotat Accur. in l. 1. in prin. ad l. Rh. de iac. nã veteres verbo locationis, & conductionis indiffe̅rẽter vtebantur. l. veteres, & ſeq. de contr. emp.

Locatio eſt pſonæ vel rei ad vsũ facta cõceſſio vel mercede vel pec. numerãda cõuenta, alioquin de alia re erit contractus innoĩatus,

de quo vide not. p Doc. de loca. & cond. ſuper rub.

Locator eſt ille, q rē aliq̄ pro certo pretio, vel certa mercede alicui vtendā cōcedit, vel aliū re ſua mercede ſibi conuenta vti permittit, vt cū loco tibi domū meā ad habitandum in ea, ego dicor locator, tu vero, q ſic vteris, ſeu ad vſum recipis, conductor nuncuparis, vt in c. 1. de loco. & conditio.

Locati actio, require ſuprà, locari.

Locus eſt nō fundus, ſed portio aliqua fūdi, fundus aūt ītegrū aliqd eſt, qđ ſuos habet fines, l. locus, de ver. ſig.

Loci adiectio ſignāt diuerſimodè diſponi, v.g. teſtator dicit. Titio lego cētū, q̄ ſibi volo ſolui de pecunia, quā habeo in tali loco, puta tali caſtro, tali arca. Et ſi in illo loco nihil eſt, tūc, nihil debetur, ſi minus eſt, nihilomin' tota pecunia dētur, l. qdā teſtō, ff. de leg. j. l. Lucilius, ff. de ali. & cib. leg. Rō, qa locus hic apponiē ad demonſtratiorē, vñ ſolutio fieri poſſit, & non ad taxatjonē, ſeu reſtrictionem legati, quare legatū, non reſtringitur, ē; quia legatum fuit factum in gñe, & ſic remanet in genere, & adiectio loci refertur, ad deſignationem fiendæ, ſolutionis. Et quod de legato dř, idem in cōtractu intelligitur, paritate rōnis, vt ſi dicatur. Promitto tibi cētum ſoluēda de pecunia, quā habeo in tali loco Et ibi lego vel promitto decē, q̄ habeo in arca, ſi nihil eſt, nihil dētur, ſi minus eſt illud tm̄ debeē, l. ſi ſeruus, §. quoque, ff. de leg. primo qa locus adijcitur ſummę immediatæ, & per hoc ſignificaē, quod illa ſumma, quæ ibi eſt dicebaē, & non alia. Vnde teſtator vel promiſſor ſe refert ad illud corpus pecuniæ, qđ ibi eſt, & ideo ſi nihil eſt, nihil debetur, vel quatenus eſt eatenus tm̄ debetur. Et finaliter loci adiectio operatur, quod ratio dictat, vel lege diſponitur, vel ꝑut uoluntas diſponentis dictat, quā quoduis medium probabile declarat, vt l. cū certus, ff. de vino. tri. & oleo. l. ſi debitor, §. primo, ff. de contrah. emp. & venditio. l. cū qui calendis. ff. de verborum obl. l. legatum, §. vin, ff. de annu. leg. l. ex eod. titulo, ff. de vino tri. & oleo.

leg.cum ſimilibus.

Locus in inſignis, ſm Io.An. in c.ſtatutũ, de reſcr.lib.6. eſt ciuitas, licet ibi nõ ſint periti. Et de hoc dat ibi rationẽ. Sed ſm Inn.Hoſt.& Abb.nõ ſufficit eſſe ciuitatẽ, niſi ſit ibi copia peritorũ.Cõpo.dicit ſufficit, ſi de vicino loco poſsũt haberi periti. Pau.de Leaz.in cle. vnica, de fo.cõp. dicit inſignẽ locũ in quo põt copia haberi neceſſariũ pro epi, familia,& ęquitibus ſuis,licet non ſit copia peritorũ.

Locus religioſus require infra, Religio.

Locus ſanctus dicitur, qui firmus eſt,virtutib.munitus, de quo inſt.de rerum diui. §.ſanctę, quoque res.

Loca vicina,quæ dicantur,vide Panor. in c.ſuper ſpecula.in fi.de priu.

Loculus eſt burſa, vel marſupium,c.j.de depoſi.

Locuples eſt,qui ſatis, & idoneè hẽt ꝑ magnitudine rei quę petĩt.l.quos,de ver.ſig.

Locupletẽ hęreditatẽ eſſe, Accur.ait, q̃ opes affert in cõmodis annexas. l.ſi qs mihi.§.2.de acq.hęr. Az.verò in rub.C.de bo.lib.locupletẽ hæreditatẽ diffinit, quæ maior ſit centum aureis.

Logiſtę,qui & rationales nũcupantur,ſunt qui reddendi rationibus præſunt.

Logographus, i. ſcriptor publicę rõnis, dr̃ a ſogos ſermo,vel rõ, & graphos ſcriptura,ſm Acc.in rub.C.de tabel.ſcript.& logo.lib. 10.

Lolium herbæ genus,alio nomine zizania dr̃, vt etiã declarat gl.ĩ cle.dudũ,de ſep.

Lõga cõſuetudo eſt, q̃ 10. vel 20.annis inducit, & multo magis longiori tpe,vt ſi 30. vel 40.annis perdurat.

Longum tẽpus longiſſimũ & longæuũ, vide Az.in ſum. quę ſit longa conſuetudo. §.j. & dicitur longum tempus inter præſentes,decenniũ, & inter abſentes vicẽnium.l.fi.C.de præſcr.lon. temp.& §.j.inſt.de vſucap.

Loricæ, genera ſunt armorũ, vt in auth.de armis,§.pen.

L ante V.

L Vcrifacere,i.acquirere.

Lucrũ refert ad oĩa prouenientia ex proſperitate fortunæ qualiacunq; ſint, quæſtus tñ cõprehendit ſolum lucrũ proueniẽs ex induſtria perſonæ, vt eſt tex. & gl. in l.ſed & ſi. ff. ꝑ ſoc. no.Abb.in c.ſedens, nu.13

de

de reſcrip. Quę autem ſint honeſta lucra, vide Spec. in tit. de cler. coniug. verſ. ſed quam dices.

Luctus tp̄s alij vſq; ad 30. diē, alij vſq; ad 40. obſeruabāt. 13. q. 2. & fœmina ſi nubat infra tempus luctus infamis eſt ſecūdum leges ciuiles, vt C. de ſec. nup. l. j. & 2.

Lugubrare, i. vigilare, & nocti propriè attribuitur. inſt. de leg. §. noſtra.

Luere, i. liberare, vnde dicitur, pignus luitur, i. liberatur. Alio modo accipitur pro puniri, vnde dicitur. Luo pœnas, i. punior. De primo ſignificato: vide inſt. de leg. § ſed & ſi rem.

Luminū ſeruitute conſtituta quid videatur conceſſum, & quo differat a ſeruitute. Ne luminibus officiatur, tradit Iuriſc. in l. 3. de ſerui. vrb. præd. quid vero interſit inter lumen, & proſpectum, pulcherrimè explicat, l. inter. & ſeq. eod. tit.

Lupinum eſt genus leguminis non minus terram appetens, q̄ lupus pecudes, & inde nomen ſumpſit. tellurem mirum inmodum armat, vt quāuis fructeto ſolo cōiectum inter folia vepresque ad terram tñ radice perueniat, & inter fruges enumeratur a Iuliano in l. frugem, ff. de verb. ſig.

Luſtrum eſt ſpatiū quinque annorum.

Luſtramentum, purgatio facta per veneficium, ſacrificium, aut incantationem. l. eiuſdē, ad leg. Cor. de Sic.

Luxuria, not. Archid. de conſuetud. cap. fin. lib. 6. ſumitur aliquando pro profuſa impenſa, vt docuit Bud. in Annot.

M *ante* A.

MAcellare eſt mactare, vel trucidare. Inde dicuntur macellari, qui pecora, vel quadrupedia mactantur, vt eſt gl. 5. in cle. j. de vita, & hon. cler.

Maceria, pties ſine calce aliave compactione formatus.

Machinarius menſor in l. vlt. ff. ſi men. fal. mo. dix. dr̄ ad differentiam decem pedatoris, vt admonet ibi Bud.

Machinatio, vide ſupra dolus, & eſt qūaſi aſtutum ingenium.

Magi ſunt, q vulgo malefici ob facinorū magnitudinē nūcupaē. Hi ſunt, qui permiſſu Dei maleficijs elementa cōcutiunt, turbant

mentes hoīum minus cōfidentiū.&c.26.q.5. nec mirum. Et ibi,qui ſunt necromantici, hydromantici, & de augurijs,& aruſpicijs, quæ oīa ibi reprobantur.

Magidē in l.ſeruus,de cōd.indeb. Bu.accipit pro gnē lācis orbiculatæ, idq; ex Pli.

Magiſter dr̄, qui præ cæteris alicuius rei,ſiue negotij curam gerit.Et interpretatur ſyllabaliter quaſi in maiori ſtatu exiſtens,ſed literaliter ſic quaſi manum aerē gerens inter ſcholares, tenens eos rigidè ſm gl.vero c.j. de mag. dicitur a monendo, ſiue a monſtrādo, vt ff de verb.ſignſ.l.quibus.

Magiſter nauis; require ſup. Actio ex.rcitoria,& C.eod. tit.l. vnica,lib.12.

Magiſtri ſcriniorū dicebanť, q ſcrinijs ſacri Imperij prępoſiti erant, vel ſunt pragmaticarij,ſic dicti,q̄a pragmaticas ſanctiones, illas,ſ. quas principes faciebāt, & ſtatuebāt conſilio procerū ſuorū,ſcribebant,& exempla earū ī ſcrinijs repoſita ad memoriā cuſtodiebāt.

Magiſtratus,prætores,vel cōſules dicti ſunt,eo q̄d maiores ſunt reliquis officijs,& illi ſunt tanq̄ capitis principis mēbra,vt C.ad le.Iu'. maieſt.quiſquis.Et horum alij ſūt maiores,alij minores,alij medij.Maiores,vt illuſtres,qualis eſt præfectus pręṫorio oriētis,itē illyrici, itē Africę. itē vrbis Romæ. Minores ſūt clariſſimi, puta prę ſides prouinciarum. Medij ſunt ſpectabiles, vt proconſul, p̄fectus ægypti, qui dr̄ auguſtalis, vt ff.de off.pręſ.auguſta. Excellentiores p̄fecti ſunt pręfectus prætorio oriētis,& illyrici.

Magnanimitas eſt ornatus omnium virtutum,ſecundum Phil.5.eth. & eſt magnanimitas in Imperatore.l.j.C.de teſta.

Magnificus dicitur,quaſi magna faciens, & ideo hoc verbum competit regi ex etymologia vocabuli,Abb. in c.nouit. de offic. deleg.

Maior dicitur ille, qui 25.annorum impleuit ætatem, de quo not. inſt. de cu. per totum.& per Doct.de reſt. in integ.c.j.

Maiores propriè appellātur, aſcendentes,qui ſunt vltra tritauum.l. Iuriſc.§.parentes.ff.de gradib.

Maior pars attēditur, quo ad numerū, & ſanior quo ad zelum iudicum. Vel poteſt

dici maior pars, qui maiori innititur bōni, vt 9. diſt. ſana, & 18. diſt. c. multis.

Maioritas eſt multiplex, alia ordinis, alia dignitatis, alia ſenectutis, alia plationes, de quib. vide per Abb. in c. ſtatuimus. in princ. de ma. & obed. vel dic, quod quis dr̄ maior altero quatuor modis, nobilitate, diuitijs, potentia, & honore, ſm Abb. in c. ſuper eod. de teſti. in verſic. not. quatuor qualitates, & Fel. eo. c. verſ. not. 2. ibi, ſuperior. col. 3.

Maiuma eſt ludus, qui vigebat in maio. & dr̄. a maio, vel maiuma, Græcè, Latinè ingreſſus, ſ. æſtatis, qn̄ herbæ, frondesq; virentes lętificant. In de venit maius, C. de maiuma, in rub. lib. 11.

Maiuma erat quidam ludus, qui fiebat in menſe Maij. not. C. de maiuma, lib. 11. in rub.

Maledictus eſt, qui obloquitur de homine, detrahendo, ei, & eum obloquijs deprimendo, vt cap. j. de cler. maled.

Malefici ſpeciali vocabulo incantatores huiuſmodique diuinatores appellantur.

Malæfidei poſſeſſor eſt, qui ſcit ſe alienum occupaſſe, §. quod autem. inſtitut. de. vſucap.

Malleatores adulterinæ monetæ ſunt, qui falſam monetam malleant.

Manceps dicitur, qui a polo, vel fiſco aliquid emit, vel conducit, vtitur hoc verbo Iuriſconſ. in l. qui fideiuſſor, locati.

Mancipium eſt ſeruus, vel ancilla, & eſt neutri generis in ſignificatione, & dicitur quaſi manu captum, & dicitur mancipium omne, qđ manu capi poteſt ſicut homo equus, & hoc generaliter, ſed ſpecialiter tantum ſignificat homines, quia tales erant ſerui capientium eos in bello iuſto.

Mancus eſt defectuoſus, vt cui manus abſciſſa eſt, vel is, qui ex imbecillitate dexteræ facilius vtitur ſiniſtra. ff. de ædil. edi. l. qui claurum, §. pen.

Mandatum ſm Azo. eſt officium ab eo, qui gratuito ſuſcepit exhibendum. Et dicitur mandatum, quaſi manu datum. Quod enim aliquis per ſe facturus erat, alij gerendum committit, contrahitur ſolo conſenſu. Et d fferunt mandatum, iuſſio, & præceptum,

ptum, ꝙ iuſſio importat neceſſitatē, nec finit morte iubētis, quia ſucceſſor id facere tenetur. Mādatum vero importat liberam obſequendi voluntatē, & finitur morte. Vnde, Præceptum nō pręcipitat mors præcipientis. Mandatum mandatore cadente cadit, vt not. de reſcrip. eam te. & cap. in his, de verb. ſignific. Quidam tamen dicunt, ꝙ tam præceptū, quàm mandatum finitur morte, ſi nominibus expreſſis ſcribantur, ſecundum Ioan. And. 14. q. j. quod præcipitur.

Mandator dicitur ille, qui aliquid mandat alicui, vt ſibi, vel alij aliquid faciat, Require ſuprà, Fideiuſſor.

Mandatarius eſt, qui mandatū ſuſcipit adimplendum. Et inter iſtos oriunť actiones hinc inde, quia ille, qui ſic mādat alteri cōtra illū, qui mādatū ſuſcipit adimplendum, cùm prius cogi nō poſſet, ꝙ reciperet mandatum, cōpetit actio mandati directa inquantū eius interfuit factū fuiſſe, quod mandabať. Rurſus ipſi mādatario, qui mādatū ſuſcipit, cōpetit actio mandati contraria, ſi quas expenſas fecit, vel impenſas ratione mādati ſuſcepti inquantū non exceſſit fines mādati. Si verò mandatum exceſſit in expēſis factis, ipſas non repetet per actionem mandati contrariam. Sed inquantum vtiliter expendit, per actionem negotiorum geſtorum repetet.

Manet, i. tenet, vel aſtringit. c. cum laicis, de rebus eccl. non alie.

Mangones ſunt, qui in ſeruis emendis, vel vendendis mercationem exercent.

Manichei ſunt, qui Chriſtū dicunt non eſſe verū hominem, vt dicit gl. j. in l. Manicheos. C. de hæret. & Man. Extiterūt a quodam Perſa, qui vocatus eſt Manes, q duas naturas, & duas ſubſtātias introduxit, i. bonam & malam, & animas ex Deo quaſi ex aliquo fonte manare aſſeruit. Teſtm̄ vetus reſpuunt, nouū ex parte recipiunt, ita dicit tex. 24. quæſt. 3. c. quidam.

Manifeſtū eſt publica, vel famoſa ꝓclamatio ex certa ſciētia, & certis auctoribus ꝓueniēs. Et pōt manifeſtū probari p multos teſtes, vel auctores, non tñ per tot, ꝙ fiat notorium, vide gl. in c. con-

conſtitutionum, de verb. ſign.lib.6.& 6.q.2.placuit. Spe.tit.de noto.crimine.§. ſequitur de manifeſto, circa princ. vbi dr̄,manifeſtū eſt,qđ patet plurib.ſed nō oīb. ſed notorium omnib. patet,& no.in l.ciues.C.de appell.per Bald. & Butrig.

Manifeſtū illud dr̄,qđ ex coniecturis appatet. c.j. & ibi Ab.in 2.no.de cle.nō reſi.

Manifeſtè vel palam teſtari dicitur,qui non publicum hæredem nominat, ſed coram teſtibus, qui ad ſolemnitatem ſufficiūt teſtatori.

Manipula eſt quoddam ornamentum, quod Imp.Conſtantinus Cardinalibus cōceſſit. Alij dicunt manipulum eſſe mitram Epiſcopalem, vide Spec.in rationali diuinorum, lib.8.ſub rub. de manip. & videbis pulcherrima.

Manſer eſt filius illegitimus, propriè de ſcorto natus, ſm Hoſt.quaſi vulgo quęſitus,vnde ſm Abb. Manſeribus ſcortum,ſed mœchanoris dedit ortū.Vt ſeges a ſpica,ſic ſpurius eſt ab amica. Dant naturales, quæ nobis ſunt ſpeciales. c.niſi cùm pridem. de renunc.in §.perſonæ,in fi.vbi gl.

Manſus ſecundùm vulgare Italorum, dicitur quantitas terræ, quæ duobus bobus ſufficit in anno ad laborandum.

Manualis obedientia, no.de maioritate & obedien. his, qui.de reſtit.ſpol.olim cauſam,ad quā ſubditi tenenē prelatis ſuis ſine ſcriptura, & iuramento,vt no.in c.regebatur.de maio. & obed.

Manumittere, vide, Emancipare.

Manumiſſio eſt datio libertatis, Inſtit. de lib. in princ. Et manumiſſus dr̄, qui eſt liberatus a manu & poteſtate domini. Nam quandiu in ſeruitute eſt,ſub manu & poteſtate domini ſui eſt, ſed poſtquā manumiſſus eſt ab illo liberatur, ergo dicitur quaſi manum,i. poteſtatem domini ſui miſſus, & talis dicitur libertus domini ſui, & dominus patronus eius.

Manumiſſio teſtamētaria dici poteſt, quæ ex cauſa teſtamenti præſtatur,vel propter teſtamentum contingit.

Manus,pro poteſtate, Inſt.de lib. §.j. aliquando ponitur pro artificio.l.mulieris, de verb.ſign.

Mappa eſt ornamentum eq, & ſunt linteamina alba, q. bus cooperiũtur equi Cardinalium cum faciunt ꝓ ceſſionem not. in auth. de conſe. §. quãtacunq;. aliter capitur in l. 3. de ſup. leg. vbi ſecundum Neb ſignifi cat ſtragulum menſæ.

Mariti appellatione non veniunt ſponſi de pręſenti in materia odioſa, ſecus in fa uorabili, quia tunc veniũt ſponſi de futuro, vt dicemus infra, in verbo vxoris appellatione.

Marmoris appellatione q d veniat, docet Iuriſcon. in l. quæſitum de leg. 3.

Marte ſuo. i. ſuis virib. & non aliunde accerſitis adminiculis. l. 1. C. ne li. po

Maſculinum concipit fœmininum, ſed nõ ecõtra. Pã. in c. ſup inordinata in 1. col. ver. nec ſtatutũ. de quo articulo diffuſiſſime Dec. in l. 2. de re. iu. vbi vide.

Maſſaritia eſt idem, quod ſupellex, videlicet oẽ vtenſile domus, cuius appellatione veſtis nõ continetur, vt l. ſi quis in fundi vocabulo, ff. de leg. 1.

Maſticonium eſt domus, vbi leproſi congregantur.

Maſtigophori, q agonothetas cõmitantur in certaminibus. l. vi. de mu. & hono. vbi Bud.

Materfamilias dicitur, quæ eſt notę authoritatis & honeſtæ vitę in domo ſua, vnde nec nuptiæ nec natale faciunt matremfamilias, ſed boni mores.

Materia eſt vñ, quid conficit, vt in ſcypho metallũ, in cõtractu cõſenſus, qua pp ſic ꝓpriè appellanť ligna, q̃ ædificiorũ alteriusve operis cã hñr. l. tigni. de leg. 3.

Matertera eſt matris ſoror, vt inſt. de gradi. cog. in verb. matertera.

Matertera magna eſt auiæ ſoror, ſicut pro matertera ꝓ auiæ ſoror.

Mathematici sũt, qui dicunt ſe ſcire aliq̃ artẽ diuinãdi.

Matricula eſt chartula, ĩ qua ſcribitur aliquid, & ꝑcipuè liber vniuerſitatis, in quo nomina ſuppoſitorũ conſcribuntur, & immatriculantur, & eſt diminutiuum à matre. l. matricula. C. de agen. in reb. lib. 12.

Matricularius dr̃ hñs officiũ pulſandi cãpanas, vel qui hẽt matriculare ſtudẽtes.

Matricatia dicit habeos curã eccleſiæ tex. & gl. in c. mulieres 32. diſt.

Ma-

Matrix eccleſia ponitur pro maiori baptiſmali, quæ generat baptiſmũ ſicut mater, vt gl. in verbo, matricẽ in cle. 1. de ſent. exc.

Matrimonium idẽ ſonat, qđ nuptiæ, & eſt legitima maris. & fœminę coniunctio, indiuiduam vitæ cõſuetudinem retinẽs 27. q. 2. §. 1. ſub audi quo ſ. ad propoſitum, in quo debẽt eſſe tpe quo nubunt vel matrimonium contrahunt. inſt. de pa. po. in prin. Et mr̃imoniũ, eſt duplex, ſ. verũ, & pſumptũ. Verũ, qđ contrahit̃ inter perſonas lr̃imas p verba apta, nullo impedimẽto ſub exiſtẽte. Præſumptũ dr̃, qñ inter perſonas legitimas ĩteruenit tractatus de cõtrahendo, vel verba apta, in euentũ tñ conditionis vel arbitrij alieni, & ſuccedit copula carnalis vt inq. Gof. Et nõ dr̃ patrimoniũ (licet à digniori debeat fieri denoĩatio. & tm̃ uotũ hẽat vir in liberos, ſicut mr̃, l. liberorũ, ff. de verbo. ſign.) ideo quia mater maius exercitiũ vel officiũ exercet circa liberos q̃ pater c. fi. de conuer. coniug. quia ante partum onerosa, i. partu doloroſa, & poſt partum laborioſa. Igit̃ ad honorem eius dr̃ matrimoniũ, vt ẽt de conue. in fi. c. ex literis. Et no. ꝙ mr̃imonij tria sũt ſubſtantialia, q̃ dñr bona eius, de cõd. app. c. vlt. & 27. q. 2. oẽ itaque ſ. fides, ples, & ſacramentũ. Et nota qñ contrahat̃ matrimoniũ, & qñ ſponſalia de futuro, declarat̃ ex ſignificato verborũ ꝓlatorũ, & actuũ ſequentiũ. Vñ verba formalia matrimonij ſunt illa, qñ vir dicit, Accipio te in meã mulierẽ, & mulier, Accipio te in meũ virũ, c. licet. de ſpõ. duo. & c. ſi inter. de ſpõ. Sſr. ẽ matrimoniũ, ſi q̃s iuraret, qđ aliquã ad hoc tpe pro coniuge teneret, & ei ſicut uxori fidẽ ſeruaret, & ipſa eidem iuraret ſe illũ ꝓ marito habiturã, ei ſibi tanquã viro ꝓprio ſeruitutam, vt in c. ex parte. de ſpon. Nã licet ibi non exprimantur verba formalia, tñ idẽ eſt ſi vnũ de ęquipollentib. fiat, vt l. cert. ff. ſi cert. pet. Dñt ẽt quidam Doct. ꝙ verbũ habiturum hic ſignificat præteritum, non fututũ. Similiter dicendo, promitto tibi, quod nunquã habebo aliam vxorem niſi

niſi te, vel volo te, & non aliã in vxorẽ, vel conſentio in te, ſicut in meã vxorem, vel ꝓmitto, ꝙ volo te hr̃e in vxorẽ, vel placet mihi te hr̃e in vxorẽ. vel promitto, ꝙ tibi ſeruabo fidem, ſicut vxori meę, vel volo, ꝙ ab hac hora in antea ſis mea vxor, vel iuro, ꝙ habeo te pro legitima vxore, de hoc vide 22.q.4.vlt.verſ. eſt ẽt. Item ſi dixerit, iuro, vel promitto tibi tanquam vxori dummodo verba mulieris ſequantur, cõtrahitur matrimonium per quemlibet prędictorum modorum, vt not. ibi Spe.eo.tit.§.j. Item ibi, ſi dicat vir, iuro, ꝙ tu es vxor mea, & mulier econtra, iuro, ꝙ tu es vir meus, dicunt quidã, ꝙ nõ ſit matrimoniũ de præſenti, ſed ſpõſalia de futuro capiẽdo es pro eris. ff. de verb. ſign. l. verbum erit. Nã & ſi ſint verba præſentis temporis, non tñ ad matrimonium apta, alij vero dicũt, quod nec ſponſalia contrahanť. Sed ibi promitto, ꝙ te ducam in vxorem, & de cætero tenebo te vt vxorẽ ſunt ſponſalia, quia ſenſus eſt, ego te ducam, & ex quo te duxero, de cætero retinebo, ar. c. ex literis j. de ſpon. Secus ſi non addito verbo ducam, dicat, promitto, quod tenebo de cætero in vxorẽ etiã dimiſſo hoc verbo de cætero, tunc eſt matrimonium, vt c. ex parte. de ſpon. præalleg. De origine autem matrimonij, ꝙ ſit a triplici iure, videlicet a naturali gentium & ciuilis, vide in gl. inſt. de iu. nat. gen. & ciui. in princ. ſuper ver. matrimoniũ, & quot modis poteſt impediri, vide inſt. de nup. in gl. ſuper ver. enumerari, vbi ponuntur quatuordecim.

Matrona dicitur, quę iam nupſit, quaſi quę in matrimonio conuenit.

Matrueles ſunt filij, & filiæ matertерę. l. j. ad l. Pomp. de parri.

Matula genus vaſis ad vrinã, & aquã tenẽdam, proinde modo muliebri cõtinetur, vt ſcripſit Vlp. in l. argumẽto. §. mundus. ff. de auro, & arg. leg. Alio nomine matella & matellio dicit̃ Plau. in Ampho. Ne tu poſtulas matellam vnam tibi aquæ infundi in caput.

Maturare qñq; ſignificat feſtinare, quãdoq; eſt per ſolem digerere, vt fructus ma-

maturantur.

Maturus,quis tripliciter oſtẽ ditur, vultu, geſtu, voce. Spec.in tit.de adu.§.5.ver. cùm autem.

Maximè q̃nq; dr̃ cõparatiuè. Aliq̃n pro tm̃, de fil.presb. c.ad abolendam.Aliqui le gunt maximè pro magis, & ſic tenetur ꝓpriè ẜm Ber.ibidem. Item maxima ſupponit idẽ in alio caſu, ſed maiorem eſſe rationẽ in expreſſo. C.vnde lib.l.fi. Aliq̃n ſubauditur, vt l.verum.in princ.ff.pro ſocio. Ad primũ facit ff.de prob. l.cũ deinde, in princ.& ibi maximè, de pœn.& remiſ. c.officij,in fi.de ſpon.c.ſpõ ſam,de hoc not.c.præalle. ad abolendam.in add.gl.j. & per Io.And.ſuper ea,etiã not.de hoc in c. cũ contin gat. de foro comp. in gl.j. de elec.cum inter, & c.q̃m frequenter.§.porrò, vt lite nõ conte. & propriè impli cat idẽ in contrario ſenſu.

M ante E.

MOecchia põt dici omnis fornicario.22.q.4. omnis mœchia, & ibi plenè.

Medianum idem, quod medium verbum eſt architectonicum,quo frequenter vtitur Vitr. habetur hoc verbum,& in l.ſi vero,ff.de ijs,qui deie.vel effud.

Mediaſtinus ſeruus eſt ex abiectoribus ita dictis, quia do meſtica,quæque vtiliſſima miniſteria obire in domo cogebatur, vt ligna congerere,domũ purgare,& alia hmõi.Hoc aũt nomine inde vtitur,quia in media do mus parte ad omniũ aliorũ iuſſus prẹſto eſſe debet, de quo meminit Iuriſcon. in l.item apud Labeonem. §.prætor ait, ff.de iniur. & in l.j. ff.nau.cau.ſtab.

Medici qui dicantur, docet Iuriſconſ.in l.j.de var.& extraord.cogn.

Medium dicitur hæc vita.23. q.4. hæc autem vita.& no. Ioan. And. in proœm.cle.

Medogrammatæi, in l. fin. C.de tab. & ſcrin. & logogra. lib.10. ſunt quos ſcribæ conſulebant.

Melinum,de quo in l.q̃ſitum, de leg.3.ſpecies eſt coloris.

Meloproximus,vna dictio,eſt nomen dignitatis, vt not. in l.peculari. C.de prox.ſacro ſcrin.lib.12.

Membrana ſpecies chartẹ,in qua deſcribunt̃ inſtrumenta,& alia,quẹ conſeruatio-

ne

ne indigent, & ideo dicitur, quia de membris animalium eripitur. vt inſt. de re. di. in gl. §. literæ.

Mendacium, require ſupra, dolus: vnde Aug. dicit mēdaciū eſt falſa vocis ſignificatio cum intentione fallendi, qđ ſic debet intelligi cū intētione fallendi, quæ tunc ibi eſt, vel poſtea aduenit. Quandoq; enim aliquis aliquid promittit, nō tñ voluntatē fallendi actū habet, ſed poſtea acquirit.

Mendicantes dicuntur, quos in publicum quæſtum intuta mendicitas vocauit, & illi reficiebātur publicis annonis. Validi autem, & robuſti non debent mendicare, ne miſeris, & debilib. panem auferant. C. de mendic. vali. l. vnica. lib. 11. & in auth. de q. col. 6.

Mœnia dñr propriè ædificia murorū ciuitatis, ſic dicta, quia muniunt ciuitatem. Et interdum dicuntur mœnia abuſiuè oīa ædificia.

Mœniana dicta ſunt podia, & eiuſmodi exterius porrecta ædificia, originem huius dictionis pulcherrimè exponit Alcia. in l. malum, de verb. ſign.

Mœnium, vel mœniariū idem eſt, quod veſtibulum a mœnibus ſeptum. Et dicitur ideo, quia mœnibus adhæret ſecundum Hugo. Alij ponunt manerium.

Menſa ſæpe in iure accipitur pro tabula, qua vtuntur argentarij. Inde menſarij, & menſularij dicti.

Menſor eſt, qui mettit agros columnas, vel ſigna, vel homines, vel frumentum, vel mœnia iuxta caſtrum, vel hoſpitia, vel etiam omnia officia aſſignat, ſm Accur. C. de menſ. in rub. lib. 12.

Mera donatio. Require ſup. Donatio.

Mercatores qui verè, & propriè appellādi ſint, vide Alcia. in l. mercis, de verb. ſig.

Mercis nomen ad mobilia tantum pertinet, ff. de ver. ſign. l. mercis.

Meretrix dicitur, quę multorum libidine, patet 34. diſ. vidua, vel cuius turpitudo publicè venalis, eſt 32. q. 4. meretrices, & in gl. 2. c. inter opera, de ſpon.

Meritoria dicunt̄ diuerſoria.

Merum imperium eſt hr̄e gladij ptātem ad puniendum facinoroſos. Vnde merum imperiū dr̄ quædā ſumma poteſtas, per quam ea, quæ ſunt iuriſdictionis maximæ

mæ explican̄t. Et merū dr̄,
quia ſeparatū a cognitio-
ne pecuniaria eo, qđ inde
nullū ſequit̄ commodū pe
cuniarium, vt inſt.de pub.
iud.in princ. Hæc aūt ſunt
meri imperij, facinoroſos
punire, delinquentes incar
cerare, membra mutilare,
pęnā capitalem imponere,
& hæc pœna eſt triplex, vt
dicit Hoſt. de iureiur.c.ve-
niens, ſ.mors, exilium, & re
legatio. ff.de pub.iud.l.2.
Alia de mero imperio; vi-
de in ver. mixtū imperiū.

Meſonauta eſt infimæ condi-
tionis ſeruus in naui, ſicut
mediaſtinus domi, de quo
ſupra, nam meſonauta ex
eo dictus vr̄, ꝙ in media
naui ſedens oīb. præſto ſit.

Metallū & ęs ſunt noīa gene
ralia mineras ſignificātia.
Et differūt metallū & opus
metalli, vnde illa dānat̄ in
metallū, qui ligatur cū fer
ro, & onere, & labore gra-
uatur, vt nō liceat ei facile
abire. Sed ille dānantur in
opus metallicū, qui ibidē
libertas hēt habenas, & alijs
metallum fodiētibus mini
ſtrat, & illius leuior eſt pœ-
na, alterius aūt grauior, de
quo gl.not.inſt.q.b.mo.ius
pat.po.ſol.& pœnæ ſeruus.

Metallari sūt, q̄ affluētiā exer
citij metallorū hn̄t, vt C.de
met.& metallis, & ꝑc.met.
ſm Acc. ſuper rub. lib.11.

Metallarij verius dicuntur,
qui metalla è terræ viſceri-
bus effodiunt.

Metallic⁹, idē q̄ metallarius.

Metaſſi al's dn̄r methari pur-
purei. C.q̄ res vend.n̄ pn̄t.
l.j. Vel eſt color quidam.

Metatores, vt ex Vegetio tra-
dit Bu. ſunt, q dometiūtur
loca, vbi milites figant ten
toria, vel qui hoſpitia in ci
uitatibus præſtāt. Nos Ita-
licè forerios appellamus.

Metaxa, ſericum, vnde meta-
xarij, negotiatores, qui ſeri
cum emunt, venduntve.

Meteci, Latinè incolæ dicun-
tur, l.pupillus, de verb.ſig.

Metreta, genus menſuræ tres
vrnas continens.

Metrocomia eſt villæ menſu-
ra, quæ dat̄. translatis iuſſu
principis, vt C.de iu. fiſc.l.
certa, vnde metros Græcè,
mēſura Latinè dr̄, & come
villa, inde metrocomia qua
ſi menſura villæ, ſm Acc.
C.non li.hab.met.loca ſua
ad ext. transfer. ſuper rub.
lib.11. Etiam metrocomiæ
ſunt parochiæ, vel diœceſes.

Metropolitani a mēſura ciui
tatum dn̄r, quia 10. vel 11.

debēt ſub ſe hēre ciuitates. 6.q.3.c.j. Vel dī a meter, i. mr̄, quia metropolis eſt mr̄ aliarū eccleſiarum, ſm gl. ibi. Etiā metropolitani ſingulis prouincijs p̄eminēt, quarum auctoritati, & doctrinę cęteri ſacerdotes ſubiecti ſunt, ſine quib. reliquis epiſcopis nihil agere licet de his, quę ſpectāt ad totā, ſecundum gl. 21. diſt. cleros. §. metropolitani.

Metus eſt inſtantis, vel futuri periculi cā mentis trepidatio, vt ff eo. tit. l. j. Et no. qđ licet nō ſit neceſſarium periculū eſſe præſens, tñ exigit metū eſſe pręſentē, ſaltē ꝓ futuro periculo. ff eo. tit. l. metū. 2. nā per metum nō quemlibet timorē accipimus, ſed maioris mali, vt in l. metū. præall. Et dī metus, quia mētē tenet, vel terret, ſeu impedit. Qui enim timet, nō ſemp gerit in corde, qđ hēt in ore, de hoc vide gl. 2. c. ad audientiā. de his, quæ vi met. cā fi. Inde meticuloſus, metu plenus, ſ. qui metuit timēda, & nō timenda. Et diſtingue metus, q̄a alius eſt probabilis, qui cadit in cōſtantē, & virū, & animoſum, & hic excuſat, vt eſt metus pœnæ mortis, & cruciatus corporis, metus ſtupri, & ſeruitutis. Alius eſt nō ꝓbabilis, ſ. qui nō cadit niſi in hominē puſillanimum, & formidoloſū, & hic nō excuſat, vt in c. cum dilecto, eo. tit.

Meum eſt, qđ vēdicari poteſt, l. Quintus, ff. de au. & arg. leg. quin etiam actiones meorum verbo continentur. l. meorum, de verb. ſig.

M ante I.

Miles eſt, qui iurat ſe non recuſaturū mortē ꝑ reipublicę ſalutem, vel qui iurauit a ſignis non recedere. ff. quib. ex cau. ma. l. pe. & ſcriptus in matricula, vbi alij milites ſcripti ſunt. ff. eo. tit. l. j. per totū. Etiam dī a malo, qđ ſuſtinet pro alijs, vel a mille, quia ex numero mille hoīum eligit, vt ff. de mil. teſta. l. j. §. miles. Vnde ſm Az. miles dī a militia, i. duritia, vl̄ a mille, q̄a de mille forte ſolū vnus eligebat ī militē, & ſic dī quaſi millexim⁹. Et no. ad hoc, ꝙ q̄s dicat verus miles, ſex ſunt neceſſaria. Primò, vt nō ſit negotiator. C. ne mil. neg. l. j. lib. 12. Secūdò, vt examinet. C. qui mil. non poſ. l. j. lib. 12. Tertiò, ꝙ ei enſis

ſis cingatur.ff.de teſt.mili.
l. 3. Quartò, ſtigma.i.not. publica debet ſuo brachio inſcribi, vel imponi. C. de fabr.l.3.lib. 11. Quintò, in numero aliorum debet poni, & ſcribi. ff. de teſt. mili. l.ex eo. Sextò, quòd talis habeat priuilegium legis cõceſſæ militibus, unde. Stigma, mucro ſcriptũ genus, examen. ſacramentum.
Hæc ſex quæ dici poſſunt in milite quæri.
Vt no. inſtitu. de teſt. mi. in prin. circa glo.

Miliariũ ſimplici l. vas ē quo paniciſi de milio coquit̃, vt ſcribit Accur. in l.& ſi. de aur.& arg. le. milliariũ verò duplici l. dñr mille paſſ.

Mimi sũt ioculatores, & alienæ pſonæ imitatores effictoreſque, veluti hiſtriones & alij id genus geſticulat.

Miniculatoris noĩe vſus eſt Vlp. in l. ſi iuſiurãdi. de ope. lib. ꝓ eo q̃ capitales literas manu ſcriptis codicib. minio, aut rub. p̃figit.

Minima cã eſt, cã duorum aureorũ, quia pro ea nõ dat̃ actio de dolo, vel decẽ aureorũ, aliàs decẽ ſolidorum vel, quæ ad ſumptus iudiciales non ſufficit. 2.q.6. anteriorum. §. illud. de hoc

eſt glo. vltra in cap. de appellatio. titulo de appel.

Miniſteriarij (alias miniſteriani) dicebantur fortè e miniſtrando, quia præerãt caſtris principium. C. de caſtren. & miniſter. lib. 12.

Miniſterium aliquando ſignificat miniſtrum. l. in eadem. ff. ex quib. cau. ma. & l. 2. de ſer. fu.

Minor eſt, qui nondum impleuit viceſimũquintũ annum, aliàs minor ſumitur generaliter pro quolibet inferiori.

Minus, hæc dictio qñq; vim nõ hẽt comparatiui, unde minus ſoluiſſe intelligit̃, & qui nihil ſoluit. leg. minus de verb. ſign. Interdum refert̃ ad tẽpus, quo fit, vt minus ſoluere dicamus, qui ſeruius, quàm debebat ſoluit. l. ſi cui. de verſi. ſig.

Miopes latinè ſonat quaſi minus vidẽtes, icas, teſte Alc. in l. ĩter ſtuprũ, de ver. ſig.

Miraculum dr̃ propriè illud, qđ contingit contra naturã, nam ſi naturaliter aliquid poſſet contingere, nõ eſſet miraculũ, & quæ ſint neceſſaria ad eſſe miracul. vide gloſ. Spec. circa finem in c. 1. de relig. & vene. ſanc. lib. 6. & qualiter probetur,

 vi-

vide Gem. in c.j.num.3. & ibi in apoſtil. in verbo dire cta probatione. de conf. lib.6. Bal.in l.ſolum.col.fi. C. de teſti.& hæc in cap.ve nerabili.eo.ti. Alex.conſ.3. volum.3.

Mytobrecharij, qui vnguēta vendunt, hoc nomine tñ propriè appellantur, qui delibutos capillos gerunt. Alc. in tres poſteriores libros Cod. tit.de excuſ.art.

Miſerabiles dñr oēs illi, quib. nos ex natura mouemur ad miſerādum propter for tium iniuriam, puta ſenes decrepiti, debiles diuturno morbo fatigati, & ſi ſic ſunt diuites viduæ. Etiam religioſi inter perſonas mi ſerabiles cōputantur, not. per Az.in ſum. quando Im perator inter pupil. & viduas, in fi. & vide latè Alb. in ſuo Dictionario, in verbo, miſerabiles perſonæ.

Miſcere, & confundere differunt, vt no.gl.inſt. de re. diui. §.quòd ſi frumētum.

Miſſa ſolemnis eſt illa, quæ dr etiam non pulſatis campa nis, nec alta voce, Abbas in c.permittimus. de ſent.ex-com. quod eſt intelligendum, niſi communis vſus loquendi aliter ſe haberet, ſecundum Fel. in d. c.permittimus.

Miſſilia (aliàs miſſalia) dicuntur donaria, vel quædam præſtationes, quas nouus prætor creatus mittebat in vulgus, vt quod quiſq; apprehenderet, eius fieret, & in coronatione Papæ, vel Imperatoris fieri ſolet, vt per hoc preſſura minuatur, de quo gl.in §.hoc amplius. inſt.de re.diui.

Miſſionum, i. dimiſſionū in re militari multa ſunt genera, quæ clare explicat Iuriſc.in l.2.de ijs, q̄ no.infa.

Myſterium dr illud, quod ſecretam, & reconditam habet diſpēſationem, hoc eſt occultam, & inuiſibilem virtutem, & gratiā a Deo diſpenſatam, & collatam. j.q.j.multi, vbi datur differentia inter myſterium ſacrum, & ſacramentum.

Mitras enumerat Vlp. inter veſtimenta, quib. mulieres tegēdi capitis cauſa vtunt. l.veſtis, de auro, & arg.leg.

Mittere in poſſeſſionē eſt poſſeſſionē facere, aut in poſſeſſionē ducere, vt rē cuſto diat. v.g. contendiſti mecū fundum caſtellanum eſſe tuū, & probaſti, iudex per executorē mittit te in poſ-

ſeſſionem, i. facit te poſſeſſorē. Item volui agere cum Titio, qui citatus noluit venire ad iudiciū, iudex me mittere dēt in poſſeſſionē fundi, quē petebā, non vt poſſideam, ſed vt cuſtodiā rem, & maneā in fundo, vt ipſe. Titium tādem tædio affectus veniat, & litem ſuſcipiat donec probauero illam rem eſſe meam, vide gl. fi. in c. cōtingit. de do. & contu. quid operatur miſſio in poſſeſſionē in actione reali, & perſonali ex primo & ſecundo decreto.

Mittere in poſſeſſionē nomine vētris, eſt mittere in poſſeſſionē nomine eius, q eſt in ventre, vt cū mulier prægnās mittiē in poſſeſſionē noīe filij, vel filiæ hæredis, quē vel quam habet in ventro ex marito præmortuo.

Mixtum imperiū eſt ptās media, per quā ea, quę ſunt iuriſdictione media explicātur. Et dr̄ mixtū quaſi ex iuriſdictione, & mero imperio, eo ꝙ hēt cōmodum pecuniariū, & pertinet ad ipſum bonorū poſſeſſionē dare, in poſſeſſionē mittere, iubere, cauere, pupillo tutores dare, & oēs alię pęnæ graues præter pœnam capitalē & mutilationem, vt eſt relegatio, fuſtigatio, vel grauis correctio, ff. de iuriſd. omn. iud. l. j. in gl. & in tex. Aliter diſtinguitur, pro vt recitari ſolet circa c. qđ ſedē. in gl. j. de off. ord. Merum imperiū eſt quę iā ſumma ptās, & alta ex publico inducta, vt gladij poteſtas ad animaduertendū in facinoroſos, & eſt apud principes principaliter, ſ. Papam, & Imperatorem. Et in ſpiritualib. merū imperiū eſt, vt depoſitio, trāſlatio ſediū epiſcopalium, & diuiſio duarū eccleſiarū cathedralium, vel diuiſio vnius in duas, vt in c. quod tranſlationē. de off. leg. vbi vide plura in gl. Sed in ſęcularib. merū imperiū eſt, pęna capitis (vt ſuprà) quæ principaliter eſt apud principes ſęculares, ſ. reges, duces, marchiones, comites, &c. Et ēt apud archiepiſcopos, patriarchas, & epos, tāquam apud miſſos, vt in c. ſolitæ. §. ſubditi. de maior. & obed. cum ſuis concord.

Mixtum vero imperiū eſt quædā baſſa, vel media poteſtas ex publico inducta, partē capiens ex mero imperio, & partem a iuriſdi-

tione, vt eſt in ſpiritualib. dedicare eccleſias, vel altaria conſecrare, & virgines velare. Et talia poſſunt cõmitti nõ habẽti iuriſditionẽ, vt in glo. præal. & ea, q̃ ſunt meri imperij expediũtur iudicis officio nobili, & principaliter tendunt ad bonum publicum.

Mixti imperij, quæ ſunt, etiã expediunt iudices ex officio nobili, ſ.d principaliter tẽdunt ad bonũ priuatũ. Sed ea, q̃ ſunt ſimplicis iuriſdictionis expediuntur iudicis officio mercenario, & tẽdunt ẽt ad bonum cõe. Venit ergo ab impio imperiolum, i. paruulũ imperium, qđ hñt iudices inferiores, de hoc not. in c. ſi diligenti. de fo. competen.

M *ante* O.

MObilia, licet hoc verbũ paſſiuã reſpiciat ſigñationẽ, & verbum mouẽtia actiua, tñ ꝓ eodẽ accipiũtur, niſi aliter de mente ea proferẽtis conſter. l. mouẽtium de verbo. ſig. vbi Alc.

Moderatio importat diminutionẽ. Et ſic no. pro ſtatutis, q̃ dñt de moderatione pœnę ad arbitrium p̃tãtis, q̃a moderatio importat diminutionem, ita Fel. in ca. ex literis, verſi. fallit ſecundò, & in verſi. tertia declaratio. col. 13. de conſtit.

Modica ſumma in iure uariè intelliguntur, de quo vide in l. hæc adiectio. de verborum ſignifi.

Modius eſt mẽſura ſexdecim ſextariorum: continet aũt ſextarius vncias quinas denas ſic dictus, ꝙ ſexta ſit pars congij. Alcia. in l. vinaria. de verb. ſig.

Modiolus poculi genus. l. Seię. de Au. & arg. leg.

Modus eſt moderamẽ diſpoſitionis per appoſitionẽ oneris tanq̃ cãæ finalis, ut patet ex l. gib. de ipſo loquentib. Et dr̃ moderatio, ad differentiam conditionis, quę eſt non moderatio, ſed ſuſpenſio. Dicitur tanquam cauſæ finalis verbi gratia promitto vel lego, vt illud facias. Nam ſi dico promitto, & illud facias, tunc non eſſet illud per modũ cauſę, ſed alterius diſpoſitionis, vt hoc capiẽdo modum ſpecialiter, ſed generaliter eſt omnis diſpoſitio, vel qualitas adiecta diſpoſitioni. l. obligationum §. modus. ff. de action.

& oblig. Fit aũt modus per illas dictiones, vt dummodo, ne, i. vt nõ, &c. Sed quia facit cauſam, etſi, conditionem, vt ſupra de cõd. Nam modus ſignificatũ per oẽm dictionem, vel orationem ex ſuo proprio ſignificatu, vel aliàs moderationẽ importantem, v.g. dono, vel lego equũ, vt des illi equũ. C. de his, quæ ſub mo. leg. relin. l. 2. & l. cum ab eod. ff. de contrah. emp. ibi, veluti, ſi emptor hoc modo, vbi dr̃, ꝙ ſi emendo fundũ pignori obligatũ a te hoc modo dicã, vt liberes, tunc liberare teneris. Et ſic modus fit per dictionem, vt, Etiam, in dictione dummodo, eadem eſt ſignificatio, vt d. l. cum ab eo. Itẽ in aduerbio, ne, vt dicẽdo, Titium hęredem inſtituo, ne fideicõmiſſa ex teſtõ Sempronij retineat, quia dictio ne, expronit̃ pro vt non, & ſenſus eſt, vt non retineat, l. cùm pater. §. Titio, verſic. planè. ff. de leg. 2. Idẽ in prępoſitione ad, vt dicendo, Lego illi mille ad monumentum meũ ædificandũ quia ſenſus eſt, vt ædificet monumentũ. l. quib. dieb. §. fi. ff. de cond. & demonſt. Idem in dictione pro, vt lego decẽ pro cura corporis mei ſuſtinenda. l. Lucius. §. fi. ff. de leg. 2. Idem in præpoſitione in, vt dicendo in cura corporis mei in monumento faciendo, &c. ſi diceretur, lego vxori meæ in tempus liberorum, tũc faceret conditionẽ. Idem in dictione nomine, vt dicendo, nomine dotis puellarũ pauperum, vel redemptioni captiuorũ lego, &c. Vbi non ſignificatur cõditio, ſed modus. l. nulli. C. de epiſc. & cler. Ratio, quia captiui ſemper ſunt capti, & puellæ ſemper ſunt pauperes. Secus ſi relinqueret̃ nomine dotis certæ perſonæ, vel redẽptionis certæ perſonæ, quia tũc faceret cõditionem. Et idem dic in omni alia parte orationis, quæ ad hoc ſignificatum poteſt adaptari ex ſe, vel ſubiecta materia.

Moduli dicũtur quædam formulæ, & menſuræ cementariorum, per quas modi, & quantitates lapidũ comprehenduntur.

Molæ non ſupellectilis, ſed inſtrũ appellatione continẽtur. l. dolia. de fun. inſtr.

Moles videtur accepiſſe Vlp.

in l.j.de impen.in rub.dot. fa.pro ſtructuris ad arcendum aquas paratis.

Moliri eſt conari. c. quia ex eo.de pac.lib.6. Aliqñ ponit pro facere,vnde demoliri pro deſtruere.l.j.§,nunciamus.de ope.noui nunc.

Momentanea poſſeſſio, quæ & cur dicta, vide ſupra in verbo interdictum momẽtaneę poſſeſſionis.

Monachi, inde dicti ſunt qua ſi ſolitarij. Eugenius vero Papa vr deducere a voce Græca monos, quæ vnum ſignificat,& achos,i.triſtis, quia monachus debeat ſtare ſolus & triſtis, vt 16.q.j. c. placuit.2. & qui propriè appellentur monachi, & quomodo differant a fratribus docet Abb.in c.cauſam,quæ, de iud.

Monazonium, locus in eremo, in quo monachi congregantur monazontes vero dicuntur ſolitariè viuentes; l.quidam magnauiæ. C. de decur.

Moneta adulterina,ideſt falſa. C.de falſ. mon. l.ſicut, & ſcientia non vera dicitur adulterina, vt in procemio digeſtorum.§.hæc autem.

Monetales triũ viri dicti ſunt æris, argenti atq; auri flatores.l.2.de orig.iur.

Monetarij,qui monetam cudunt.Alias ſecundum Alc. in rub. C.de gynocia. pro quodam textrini officio accipiuntur.

Monialis eſt,quæ profeſſa eſt ſe velle viuere ſecundum regulam beati Benedicti, Baſilij,vel Auguſtini,c.perniciofam,18.q.2.

Monogamus, eſt vir vnius vxoris, ſicut bigamis duarum vxorum.

Monomachia, Require ſupra, Duellum.

Monopolium eſt alicuius negotiationis, aut officij ſuperioris vnica exercitatio cum prærogatiua,& ſingulari inito, v.g.cauſa negotiationis aliqui inter ſe pacifcuntur, ne poſſeſſio aliqua pretio minori vendat, quàm ipſi inter ſe cõſtituerunt,vel venditores panis, vel cuiuſcunque negotiationes inter ſe pacti ſunt, vt rem aliquam venalem vtilẽ,& neceſſariam reipublicæ non dent pro minori pretio, quẽ cõuenerunt vendere,vel ne aliquos inſtruat in arte ſua,niſi filios vel nepotes, vt ipſi ſolum commodũ artis, vel negotiatio-

tiationi faciāt, & habeant. Iſti.n.dñr monopoliū exercere, & grauiſſimè puniēdi ſunt, quia directē huiuſmodi cōuentiones ſunt cōtra principem. Et dr̄ ſm Azo. a monos, quod eſt vnum, & polis, i. ciuitas, quaſi vna negotiatio in ciuitate, vel ſocietas, vna ex pacto. Et inde dr̄ monopolia pluraliter, & monopolus, & eſt, qui vult eſſe ſolus in ciuitate venditor, ſ. is, qui impetrat, ꝙ ſibi ſoli liceat in ciuitate aliqua ſpecialia vendere, emere, vel facere. Vel monopolæ ſunt, qui impetrant, ꝙ ipſis ſolis liceat hmōi facere, & in vendēdis reb. certū pretium ſtatuere, contra qđ nemini liceat vēdere. Vel dr̄ monopoliū a monos, & puleo, i. vendo, quaſi vno modo faciendà venditio, & talia commercia ſunt prohibita. C. de mo. & illi contu. neg. l. vnica. Eodem modo binopolium dicitur a binopolis. & binopola quaſi bino modo facienda emptio.

Mons dicitur a mouēdo per contrarium, quia non mouetur, ex figura antipraſi, ſicut bellum, locus, & ſimilia, ſecundum Bar. in tract, Tyberiadis. j. 2. 3. charta. verſ. eſt autem mons.

Monſtrum appellatur, quod eſt contra naturam, vt Minotaurus.

Monumentum eſt illud repoſitorium, in quo mortui reponūtur, ſ. ſepulchrum ſine corpore. Et dr̄ a moneo, quia extat ad memoriam defuncti. l. monumentum, ff. de relig. & ſump. fune.

Mora fieri, quando dicatur, tractat diffuſiſſime Iuriſc. in l. mora fieri. de vſur.

Moratoria cautio dicitur, quę datur ad hoc, vt quis differat, & expectet.

Morbus eſt habitus cuiuſcunque corporis cōtra naturā, q vſum eius ad illud facit deteriorem, cuius cā nobis natura ſanitatē dedit, ſiue in toto corpore, vt febris, ſiue in parte, vt cęcitas, ff. de ędi. edi. l. j. §. ſed ſciendū.

Morbus ſonticus eſt, qui cuique rei nocet, ff. de ver. ſig. l. morbus, & dicit gl. ibi cuique rei agendę, vt ff. de ędi. edi. l. fin. §. fin. ff. de re iud. l. quæſitum.

Mors ciuilis ęquiparatr̄ naturali ĩ caſib. a iure expreſſis, gl. mag. in c. ſuſceptum, de reſc. in 6. & gl. in c. placuit. 16. q. j. Vide tñ an & quādo

æqui-

æquiparantur per Bart. in l.ex parte. §.in inſulam. ff. de verb.oblig. Inn. & Ant. de But.in c.licet,de off.de· leg.& Fel.ibi.in j.col.& Pa- nor.in cap.cum ſis, de con uer.coniug.

Mortetenus, i. ad mortem, 23.q.5.notificaſti te mor- tetenus infirmatum.

Mortis cauſa capitur,qđ pro pter mortem alicuius no- bis obuenit, dummodo ta lis acquiſitio ſpeciale no· men non habeat,l.qui pre tio, & l.mortis cauſa capi- tur,de don.cau.mor.

Mortis cauſa donatio.Requi- re ſupra,donatio.

Mortis tempore fuiſſe vide- tur, q in vtero relictus eſt. l.intelligēdus, de verb.ſig.

Mortuarium dr̄,quod quis re linquit in morte,vt not.in c.conquerente. de off.ord.

Mortuus eſt rebus humanis exemptus. de offic. deleg. quamuis,& c.ſi delegatus, eo.tit.lib.6. Dicitur autem quis mortuus ſex modis, Primò ſpiritualiter, & ſic dupliciter, ſ. benè & malè. Benè dupliciter.Per baptiſ mum, & pœnitentiam, de conſecrat.diſt.4.vt oſtende retur,de pœn.diſt.j.multi- plex. Malè tripliciter. Pri- mò, baptizatus ab eccleſię tamen vnitate diuiſus, de conſecrat.diſt.2.Chriſtus. Secundò,baptizatus in ec, cleſiæ vnitate conſiſtens, tamen criminoſus. 3.q.4. hi qui capit.canonica, ea. cau.quæſt.5. Tertiò baptizatus,& æter- naliter dānatus,de conſec. diſt.4.filius,Secundò,ciui- liter, vt ab hoſtib. captus. ſeruus effectus, libertus in ſeruitutem ob ingratitudi nem reuocatus. Et dicitur econtra viuere,qui imma- niter occiſus eſt pp fidem Chriſti,quare mors ſancto- rum frequenter dicitur ab eccleſia natalis eorū, qua- ſi tunc ad vitam nati ſint. Tertiò ſęculariter, vt mo- nachus,16.q.j.placuit.j. Quartò,affectualr̄, vt Pau- lus mortuus fuit, vt ait: Mi hi mūdus crucifixus eſt, & ego mundo.37.q.j. q̄ Chri ſto. Quintò carnaliter, & ſextò corporaliter,qui duo modi poni poſſunt pro eo dē, & ſic Lazarus mortuus erat, 24.q.j. ſi quem fortè. Et differunt mortuus,occi ſus,l.proinde,ff.ad l.Aqui. nam quilibet mortuus nō eſt occiſus, ſed econuer- ſo, & ita hæc duo ſe ha- bent,

bent, vt genus, & ſpecies, vt creditũ,& mutuũ,l.2.§. appell.ff. ſi cert.pet. Et qui mortui naſcuntur, neq; nati, neq; procreati videnť, l. 2.C.de poſthu.hær.inſtit.

Mos eſt longęua cõſuetudo, de morib. tractatur in cap. mos autem. diſt. 1. vel ſm Iſi. mos eſt conſuetudo vetuſtate pſcripta, & de hac dictione not.in l.pen. & in authen.& cõſequẽter, C.de ſen. & interlocut. oĩ.iudic.

Mos ſm Feſtum de verb. ſig. eſt inſtitutum patriũ, pertinens ad religiones cerimoniaſque maiorum. Ex quibus verbis apparet morem obſeruationem quandam eſſe non lege, ſed iudicio, & opinione confirmatam, uide Budæum in annot.ad pandectas, ff. de iuſti.& iur.in l.ius ciuile.

Motu proprio gratia fieri cẽſetur, quando hoc expreſſe cautum eſt in eadem, nec ſufficit ſi probatur, qđ Papa motu proprio fecerit, niſi cõtineať in literis, capit. ſi motu ꝓprio, de pb. li.6.& ibi concor. in gl.fin.

Mouentia, vide mobilia.

Moueri controuerſia dicitur non ſolum agendo, ſed ẽt reſiſtendo, l. non ſolum, §. ſi ſtatus, & ibidem gloſſ. ff. de procur. & per Dyn. in §. omnium.inſtitut. de action.

Mox qualiter capiatur, eſt gl. in c.quia propter de elect. ſuper verbo mox. & in l. 1. ff.ſi certum petatur.

M ante V.

MVcor eſt vitium panis, vnde dicitur, Panis mucescit, vel mucidus fit.

Mucro eſt enſis, de hoc vide Arch.in c. fin. de exceptio. lib. 6. Et ſumitur quãdoq; pro excommunicatione, vt 16.q. 1.cap.viſis. 44.q.3. corripiantur.

Mulcere eſt lenire, placare, vel blandiri.

Mulcta eſt animaduerſio, vel pœna pecuniaria arbitrio iudicis inflicta ad correctionem malorum morũ. Pœna autem eſt certa impoſita à lege, quàm quiſq; euitare poteſt, ut no.in l. q cunque, in glo. ſuper uerbo, vel tertio. C. de ſer. fugit.in l. mulcta, ff. de condition. & demon. Dicitur autem mulcta illa pœna, quæ non eſt à lege ſtatuta vel expreſſa, nam iudices in pluribus caſibus legibus

bus nõ ſcriptis ſic mulctare poſſunt litigãtes. Et hoc paret differentia inter mulctã, & pęnã. Nam gñaliter ſumit tàm pro pœna pecuniária, q̃ pro pœna corporali, ſeu capitali, ſed mulcta pro pena pecuniaria, & per ſententiã a iudice irrogata, vnde bene appellat a mulcta, non aũt a pęna. l. ſi qua pęna. ff. de verb. ſign. Item mulcta nõ inducitur, niſi a maiorib. magiſtratibus, ſed pœna a quolibet iudice.

Mulctare eſt punire in pecunia, & aliquando ponitur pro abbreuiare. C. de modo mulct. l. j.

Mulier dr̃ a mollitie mentis, & ideo varium, & mutabile teſtimoniũ profert, facit gl. in c. forus, de verb. ſign.

Mulieris appellatio, licet propriè referat ad corruptam, l. alioquin. de contr. empt. & l. quæritur. de ædil. edic. non impropriè tñ quis appellauerit mulierem, ẽt virginẽ viripotentem, l. mulieris, de verb. ſign. & latiore ſignificatione mulieris dicuntur oẽs, quæ fœminei ſexus ſunt. l. argumento, §. muliebri. de au. & arg. leg.

Mulio eſt cuſtos mulorũ: Vñ, Mulio agit mulos, ſed agaſo ducit aſellos, l. idem iuris, ff. ad leg. Aquil.

Mulſum, potio quædam ex vino, & melle. §. ſi duorum. Inſt. de re. diui.

Oenomeli, Græcis, mulſum eſt Latinis. Sed Vlp. vti diuerſa poſuit in l. ſi quis vinum. in prin. de vi. leg. qui mulſum nõ contineri vini app. ait, cuius contrariũ ſubijcit in œnomeli, interpretaturq; ꝑ vino dulciſſimo.

O *ante* F.

OFfenſam eſſe, quicquid aliũ ad turbationẽ iniuſtè adducit. Bart. diffinit in l. quidã, de hær. inſt. quæ aũt dicaĩ offenſa in perſonã, docet idẽ Bar. in l. licitatio. §. quod illicite. de pub.

Offerre ſe liti dicĩ, qui ſine mandato iudicium ſubit pro reo. l. ſi ſede, de re iud.

Officiũ dr̃ multis modis. Primò, miniſterium. Secũdò, obſequiũ. Tertiò, actus perſonæ corrigẽtis, 36. q. j. monachus. Quartò, plebania. de ſtatu mon. qđ Dei. Item aliqñ ſumiĩ pro dignitate, vel perſonam, de præb. ad hæc, de cler. nõ reſid. qa, de conceſ. præb. c. 2. §. j. Aliqñ pro litigio. 16. q. j. de præſentium, in fi. vbi litigãtes dicũtur officium exercere. Item is, cui commiſſa eſt diſpenſatio habet officium. Item qui habet ptãtem ſęcularẽ in tabellionatum. Item dicitur præpoſitura. Sed propriè eſt aliud a dignitate, & a perſonatu. Et dr̃ ſimplex officium, qñ quis habet adminiſtrationem aliquarum rerũ, ſine aliqua prærogatiua in choro, vel vltra alios ſui ordinis ratione huius officij. Et ſic hẽt onus annexũ ſine honore, vel prærogatiua honoris, vt ſyndici, procuratores, & gaſtaldi. j. q. 3. Saluator. ver. in nomine. Item vice dñs, qui hẽt epiſcopatũ diſponere dicitur habere officium. 90. diſt. officium. j. q. j. ſi quis epiſcopus. j. reſp. Hæc & plura vide per Arch. de conſu. c. j. in gloſ. Et hoc erat contra iura, vbi tractat de dignitate perſonali, & off. vt hic dictum eſt. Item ſm̃ Card. eſt poteſtas exiſtẽs in iu-

iudice exercēdi oīa ea,quę pertinent ad eius iuriſdictionē, & capiť hic iuriſdictio gñaliter, vt includat oīa pertinētia ad merum, & mixtū imperiū.Et loquitur de off.iudicis,cuius iuriſdictio mater eſt, ſicut obligatio actionis. Nec eſt vera opinio Pet.de Bellap. ꝙ officiū iudicis ſit exercitiū,vel executio iudicij,qa Magis ſtat in habitu, q̃ in actu. Nec ſm opi.Mart.appellari dēt actio,cum differant ſurrogatū, & cui ſurrogať, Inſt.de act.in princ. gloſ.4. Item officium propriè dicitur, qđ homo debet homini ex natura, vt in c.cū in officijs,de teſta.

Officiū, & artificiū qūo differant, not.in l.leg.de leg.3.

Officium iudicis,ſm Goff.eſt ptās iudicis a iure ſumpta, & hēt locū tā in ſuis, quæ ante iudiciū fiūt,quam in his, q̃ in iudicio occurrūt facienda. Et imploratur loco principalis actionis, cū alia ordinaria actio deficit,vt in c.fin.de off.iud.

Officium iudicis eſt duplex,ſ. nobile, & mercenarium. Nobile iō appellať, quia a ſeipſo interponiť, nec iure actionis,ſiue obligationis, vt puta,ſi minor petit ſe reſtitui in integrū, hoc non còpetit iure obligationis, quia iudex nō fuit obligatus, nec iure actionis, ſed iudicis officiū miſericorditer implorat,&c. Mercenarium iudicis officiū eſt,ſeu ſic appellať, quia deſeruit actioni intētatę,puta peto a te 20. actio. qa cōdēnat te,vt reſtituas mihi viginti.

Officiales iudices, require ſupra, Aſſeſſor.

Officialis foraneus appellatur, qui in certa parte diœceſis ad tempus vices gerit Epi. gl.in cle.2.de reſcr.

Officiales operæ ſunt, q̃ reſpiciūt perſonā patroni,vt illum comitari cantu,& ſaltatione obiectare, & ſiſes.

Officioſa dñr,quæ continent pietatē,quæ nulli obſunt, & alicui proſunt, ſicut a contrario teſtō dicitur inofficioſum, quod contra officium pietatis, diſt.9. ſi ad ſcripturas,in gl.1.

Officina eſt quaſi tuguriū, vľ tegmen, qñ, videlicet paleæ, i. ſtramina ponuntur ſuper arbores, vt paſtorales ſubtus exiſtentes,ab imbribus protegantur. Sed propriè dicitur vbi opera ipſa,& merces venduntur.

O *ante* L.

OLfacere eſt naſum ad cu lũ ponere, ita exponit gl.in ver. olfacit, in l. agaſo.ff.ſi quadrup.pau.fe.di. Alias gñaliter olfacere, eſt odorẽ odorare, & olfatus odoratus. Et ab oratorib. ponit̃ pro ſcire, vt dicẽdo: Tãta sũt in mutua bñficia, vt quo pacto correſpõdeã, nec vtiq; olfacere poſſim.

Olim aduerbiũ tpis,& ꝓpriè reſpicit tp̃s præteritũ.ff.de cõt.emp.l.nec empti.aliqñ exponitur,i.dudum retrac. in authen.vt iud.ſine quo. ſuffr.§.j.de excu.tu.l.ſed & §.quęſitũ.Item adde quot tpa ſignificet dictio olim. Bar.in l.j.in princ.vbi Ale. & alij, ff.de no. ope.nunc.

Oloberus eſt veſtis totaliter deaurata, & dr̃ ab olon,i. totũ, & beris, qđ eſt aurũ, & differt a veſtib. deauratis, qa hæc de optimo auro, qđ in vulgari foliatũ,in legib.obriziatũ dr̃, ſed illa de quolibet auro, vel hæc de optimo auro tota erat veſtis, illa deaurata ſiſr in totũ. Eſt,& alia veſtis,quæ habet aurum tm̃ in paragãdis, vt C.de veſt.holob. & aura.lib.11. in rub. ſm Acc. Vide de hoc ẽt ſupra in ver. holob. veſtes, nam ita ſcribendum eſſe Græca eius etymologia poſtulat.

O *ante* M.

OMnia cõprehẽdit ſingula.Nã ſi ep̃s dicat,Do,ti bi talẽ villã,& oĩa iura,quę habeo ibi,ſingula iura cõprehendunt̃, ſed nõ intelligit dare decimas,& alia iura, q̃ ſunt merè ſpũalia,qa dictio, oĩa, licet ſe extẽdat ad ſingula,nõ tñ ad ea,quę sũt penit⁹ naturę alterius & iuris, q̃uis ad ea,q̃ principaliter trãſeunt. Sed qñ dat̃ aliqd,qđ hẽt tpalia, & ſpũalia iura cũ oĩb.ptinẽtijs ſuis, vt p̃bẽda hñs poſſeſſiones, & decimas tunc oĩa transferunt̃ ſimul, ſm Hoſt.in c.literas,de iu.pat.

Omnifariã, i.omnib. modis, C de arb. l.ne in arbitris. §.j. de contrahen. & com. ſtip.l.optimam.

Omnino tãgit Arch.de p̃b.c. ſi bñficia.li.9. & plenius in c.licet can. de elec. & gl.in cle.i.de vi.& hon.cler.& ẽt gl.in c.& ſi Xp̃s. de iureiu.

Omnis, hæc dictio quando ſtet collectiuè, & quando diſtributiuè,docet Bart.in l.hoc articulo,de hær.inſt.

Omologare,eſt idẽ,qđ confirmare, ſiue ratificare, & ſic di-

dicit, qđ arbitriũ ſit omologatũ. Alij dicunt omologare idẽ, qđ cõſecrare: hoc tñ verbum omnino aſpirationẽ in principio reqrit.

O *ante* P.

OPera eſt diurnũ officiũ, ſ. qđ quis exhibet alicui per diẽ artificialem, & non naturalẽ, ſicut dr̃ Gen. 1. c. Veſpere, & mane dies vnus. Aliqñ ponitur pro breui tpis obſequio, vel eſt idem, qđ obſequiũ. Dr̃ ergo opera officiũ tpe limitatum, vt l. 1. ff. de ope. lib. Limitatio aũt ſtat in diſponentiũ volũtate, quia per cõtrahẽtes põt limitari, vel minori tpe, puta, ꝙ dies capiat̃ ad integrũ, vel ad mediam noctem, vel ad veſperam tm̃, quia diſponãt contrahentes, & erit lex. Idem in teſtatore. Et qñ aliud non apparet, de artificiali intelligit̃, quia ad hunc cõiter fit relatio. Sed impropriè opera accipitur pro reuerentia, vel obſequio, vt not. in §. liber. l. ſi non ſortem, ff. de cond. indeb. & ſic de alijs.

Operarum aliæ ſunt officiales, aliæ artificiales, de quibus require verſ. artificiales, & officiales.

Operis appellatione de eo intelligitur, quod formam habet veri, & iuſti operis, quæ quidem forma non niſi ex cõſumatione, & perfectione contingit, l. rei appellatio, vbi Alc. de ver. ſig.

Opinio ſm Spe. eſt dubia particularis arbitratio, quæ a Doctoribus alicuius ſcientiæ auctoritatem habet. Sed ſecundũ Goff. eſt probabilis arbitratio Doct. nõ niſi ob inſtructionẽ ſtudẽtium in ſcriptis redigẽda.

Opinio cõis eſt aliud quàm fama. Nã opinio cõis facit ius, C. de re iud. l. 1. Fama verò nõ facit ius. Item opinio cõis probat, fama vero non. Item opinio cõis differt a notorio, quia opinio cõis eſt de longe preteritis, quæ ꝓbari nõ poſſunt de facili, ſ. per teſtimoniũ viſus, &c. Sed notoriũ eſt de præſentib. vel proximè p̃teritis, quæ de facili probari poſſunt per teſtes diuiſim.

Opinio communis illa dicit̃, quamplures grauiores q́ue amplectuntur, vt dicit Panor. in c. prudentiam, in princ. in v. col. de off. deleg.

Opinatores sũt militaris ãnonæ exactores, l. miſſi. C. de exact. trib. Sed Codex No-

uember genſis ibi habet optiones, non opinatores.

Opiſtographum, i. tabula li-nea, ĩ qua ſcriptę sũt opes. l. chartæ, & ibi gl. ff. de bo. poſ. 2. tab. Alc. vero accipit pro tumultarijs tabulis, quæ vulgo memoriales Latinè aduerſaria dicuntur.

Oportet, aliqñ dicit neceſſitatẽ. 3. q 9. nõ oportet. Aliqñ honeſtatem. Item oportebit ſignificat tam præſens, quàm futurum, de verb. ſig. l. verbum, & not. gl. 25. q. 1. & gl. c. 1. de præſcr. li. 6. ſuper ver. oportet.

Oppidum dicitur terra murata nõ habens epiſcopum, in l. pupillus, §. oppidum, ff. de verb. ſign.

Opprobrium, eſt qđ probrũ, l. probrum. de verb. ſign.

Optimates ſunt quaſi meliores, & ditiores de populo, ab opibus dicti.

Optio eſt vnũ genus exactionis. C. de iure fiſci. l. pen. ſuper ver. optionem, lib. 10. Alias capit̃ pro electione, vt §. optionis. Inſtit. de leg. Sed in re militari dr̃ miles, qui ægros antecedit, tanquam eorum vicẽ ſi vſus venerit geſturus, vt ex Non. & Vegetio tradit Alc. in d. l. pen. de iure fiſ.

Opulenta hæreditas interprete. Acc. in l. ſi quis mihi, de acq. hæred. eſt, quæ affert opes ſine vexatione.

Opus nouum. Require ſupra, nouum opus.

Opus ſtructile dicitur, quod ex lapide quadrato, aut laterculis, calceq́ue conſtructum eſt, l. in ruris, de verb. ſign. vbi Alc.

O *ante* R.

ORa ſine aſpiratione ſignificat finem, vel extremitatem rerum præcipuè regionum, vel veſtium, ſecundùm Io. And. in cle. 1. de vita, & hon. cler.

Oraculum, i. reſponſum, quia precando, ſeu orando impetratur, c. per tuas, de maior. & obed.

Orbus dicitur, qui liberis primatus eſt.

Orcinus, i. directè manu miſſus, l. ergo, §. hi, qui. ff. de fideicommiſ. lib. & §. penult. Inſtit. de ſing. re. per fideicom. reli. Et dicitur ab orco, i. manumiſſus ab eo, qui tendit ad orcum, ideſt infernum, vel ab orchos, quod eſt rectum, quaſi directè manumiſſus.

Ordinarius eſt, q ſuo iure, vel prin-

principis beneficio vſr iuriſdictioné exercere poteſt vbilibet. Itē eſt is, cui vniuerſitas cauſarum cōmiſſa eſt, vnde ſecundum Spec. Officiales epōrum ordinarij vocantur. Item ſm Gof. ordinarius iudex eſt, qui a collegio eligitur, & a ſuperiore confirmat̄, vt electus in rectorem, qui per cōfirmationem ſortitur iuriſdictionem, ſicut & eps in omnibus præterea, quæ maiorem diſcuſſionem exigūt. Item ſm Speculū ordinarius eſt legatus in prouincia ſuper decretū. Et ſunt duplices. Quidam habent adminiſtrationem, vt epi habētes epiſcopatus, quos actu regunt, & iſti habent reſtituere in integrū. Alij ſunt ordinarij non habentes adminiſtrationem, ſed tm̄ facultatem iudicandi, vt ſm iura ciuilia, qui honorem tm̄, & dignitaté habét ratione cuius iudicare poſſunt, ſi qui in eos cōſenſerint, l. j. ff. de iu. Secundū iura canonica ſunt epi renunciantes loco epali nō dignitati, retinentes honorem ſine adminiſtratione, de renunc. niſi cū pridem. de ord. ab epis, qui re, epiſc, cap. Item epiſcopus cuius epiſcopatus omnino destructus eſſet, qui eſſet epiſcopus, nullus tamen epiſcopatus, ſecundùm Goff. in ſum. de in integ. reſtit.

Ordinarij locorum ſunt non tantum epiſcopi, ſed etiam quicunque inferiores, qui habent inſtitutionem, & deſtitutio. capit. cum ab eccle. de offic. ord. & c. 3. §. in conferendis, eod. tit. lib. 6.

Ordinarius ſeruus qui, vide in ver. ſeruus ordinarius.

Ordinaria onera sūt illa, quę ex cōſtitutione, vel conſuetudine præſtantur, vt quilibet talis fundus, vel domus quodlibet anno tm̄ debeat præſtare dño ſuo, vel principi. Sed extraordinaria onera ſunt, quæ extra curſum, & morem ex inopinato euentu, vel caſu, ſeu neceſſitate emergenti indicuntur, vt ſi dominus velit maritare filiā ſuā, vel guerræ immineāt, & ideo a ſuis ſubditis exigat aliquid.

Ordo ſm magiſt. ſent. & Tho. in 4. diſt. 24. eſt quoddam ſignaculum, in quo ſpiritualis poteſtas traditur ordinato ad offic. in ſuma. conf. l. 3. in tit. 22.

Originarius, re q̄re ſupra, Colonus.

lonus. Nã originarius colonus, & aſcriptitius idem ſunt in re eiuſdẽ conditionis homo, ſed ratione differunt. Nã aſcriptitius dr̃, q̄a ſic aſcriptus eſt terris colẽdis, qđ non pōt a cultura recedere ſine voluntate domini ſui. Sed colonus, q̄a tenetur colere terrã, & originarius, quia ex origine ſua adhæret, glebæ, vt ſup.

Oriundus de ciuitate, vel loco, &c. dr̃ is, qui, vel ibi, vel in vico ciuitatis illius ortus eſt, ff. ad mu. l. q. ex vico. Vel ſi pr̃ eius inde ducit originẽ. ff. eod. tit. l. aſſumptio. §. filius. & C. de mun. & orig. l. j. & l. filios, lib. 10. Et no. in c. vſurarũ. de vſu. in ver. alienigenas, lib. 6.

Ornamẽtorum nomine, nec veſtis, nec annulus ſignatorius continenť, l. ornamentorum, de auro, & arg. leg. & l. ſignatorius, de ver. ſig.

Orphanotrophus, eſt orphanorũ, & pupillorũ tutor, & adoleſcẽtiũ curator, q̄ eos facultatib. & parẽtib. quaſi deſtitutos ſuſcipit alẽdos.

Orphanotrophiũ eſt locus, in quo talib. alimenta adminiſtrantur. 23. q. 7. tributũ, §. quãuis, & l. orphanotrophos. C. de epiſc. & cle.

Orthodoxus, i. catholicus, extra de ſumma Trin. c. 1. libro 6. & dicitur ab orthos, ideſt rectum, & doxa, ideſt gloria, vt C. de ſumma Trin. & fide cath. l. 2. in fi. & ibi gl.

Ortus eſt locus ſine reditu, factus ad amœnitatem, & dicitur prædium vrbanum, ita tenet Fel. in c. Rod. in ver. ortus autem eſt, col. 16. aliàs 14. de reſcr.

Ortus olearius eſt ortus, in quo olus creſcit.

O *ante* S.

Osanna, i. ſalua obſecro. Matth. 21. de conſecr. diſt. 4. c. multi. per Arch.

Oſſaria, locus in quo reponuntur oſſa defunctorum, l. 2. de ſepul. viol.

Oſtendere, ideſt moſtrare, vel probare, ff. de act. tributo. l. ſed & ſi ſeruus, & de accuſ. l. fin.

Oſtentum dr̃ oẽ contra naturam cuiuſq; rei genitum factumque. Oſtentorum duo ſunt genera, de quib. in l. oſtentum, de verb. ſig.

Oſus, nomina terminata in oſu, ſignificat plenitudinem, not. in cap. quanto, de iureiur.

O *ante* V.

OVes dñr animalia minuta, l. oues, & ibi Bart. ff. de abigeis, & appellatione ouiũ nõ veniunt agni, niſi eſſet de cõſuetudine, Bar. in l. legatis, §. ouibus, ff. de leg. 3. hinc ouilio ouiũ cuſtos, l. fundi, de fun. inſt. le.

P *ante* A.

PActum, vel pactio dr̃ a verbo paciſcor, & ſic deſcribitur. Eſt cõſenſus duorũ, vel plurium in idem placitũ, ſ. ad dandum, vel faciendũ ad aliquid alteri ab altero eorũ, ff. de pact. l. j. §. j. Et dr̃ quaſi de pace factũ, vel pacis actũ. Et ponit̃ ibi, in idẽ placitum. Nam non fit in eodẽ vero, vel falſo, quia ſi duo, vel plures conſentiãt in hoc vero. Titius eſt homo, vel in hoc falſo, Titius eſt aſinus, non erit pactum, quia nõ eſſet obligatoriũ, talis conſenſus neutrum obligat alteri. Item ẜm quoſdã pactũ eſt cõtractus, quia paciſcẽdo, diuerſa in idẽ cõtrahimus volũtates. Et capitur qñq; latè pro eo, qđ nõ trãſit in contractũ nominatũ, vel ditio, &c. Et ſi omne pactũ põt dici contractus innominatus, vt tranſactio do, vt des, &c. Qñq; ſtrictè pro ſimplici pacto gratis facto, vt promitto tibi decẽ, &c. Et a trãſactione, & pollicitatione differt, qa pollicitatio eſt ſolius offerentis. Et aſſignatur dr̃ia inter pactũ, & trãſactionem, quia pactum eſt de re certa, & non litigioſa, & gratuita. Trãſactio vero de re incerta, & litigioſa, & nõ gratuita. Et quid ſit pactũ, habes ẽt, de verb. ſig. c. pactũ, vbi dr̃ pactũ eſt inter partes ex pace cõueniens ſcriptura legib. ac morib. cõprobata. Nam ſæpe ad probationẽ pacti ſcriptura interponitur, ſecundum gl. ibidem.

Pactorum diuerſa ſunt genera: Nam pactũ cõuẽtũ dr̃, qđ ſub certis verbis, & forma factũ, & expreſſe redactũ eſt, v.g. nã clarũ eſt pactũ in verbis, quia ſi verba ſunt obligatoria. pactũ eſt obligatoriũ, ſi ſint liberatoria, eſt liberatoriũ, ſi exceptionis inductiua, tunc eſt exceptionis inductiuũ.

Pactum tacitũ dicitur, quod in veritate, nõ eſt expreſſe factum, ſed ex aliqua lege ſpe-

ſpeciali, ac ſi fieret, haberi iubet̃, v.g. conduxi domũ a Seio, & res meas in titulo, in hoc caſu res meę illatę pro mercede domus debent̃ Seio, iure hoc ſtatuente, vel iubente lege pignori ita eſſe obligatas, ac ſi ſpecialiter, & expreſſe inter nos concordatum eſſet, & conuẽtum, dato tñ, ꝙ non cõuenerimus, nec ſup hoc quid dixerimus. Vnde ſic.

Pactum tacitũ dr̃, qđ non eſt factum expreſſe: vt cũ conduxi domum non tangendo de pretio dando, tñ ſecũdũ leges adhuc venit pretium dandũ, ac ſi paciſcẽdo ita fuiſſet expreſſum.

Pactum addictionis in diẽ tale eſt: vt vendo tibi domũ, & ſi potero habere maius pretiũ vſq; ad mẽſem, ego repetam ipſam domum.

Pactum legis cõmiſſoriæ eſt, vt vendo tibi domum, & ſi nõ ſolueris infra mẽſem volo, ꝙ ſit inepta: vt C. de pact. inter emp. & vend.

Pactum perſonale eſt, qđ nõ gñaliter fit, ſed tm̃ pro vna perſona, vel duabus. Et dr̃ pro vna tm̃ perſona, quia fit perſonę ſoli, ſic quod tali, & nõ alteri prodeſſe poſſit, vt ſi paciſcor pecuniam a te mihi debitam non petiturum me a te, ſed a tuo hærede, tunc illud pactum tantũ perſonam tuam tuetur, & nõ hæredem tuum.

Pactum reale, vel in rem eſt generale, & non continet ſpecialiter vnam, duas, vel plures perſonas, ſed generaliter complectitur oẽs, ad quas illa res pertinet, vel pertinere poteſt: vt cũ debitum meum omnino remitto tàm tibi, quàm hę redib. tuis, & ita vt omnes liberemini tu, & hæredes, & fideiuſſores, & nullus mihi reſeruetur regreſſus ad pecuniam, vel ad rem petẽdam. Item pactorũ aliud nudum, aliud veſtitum. Et qui plenè vellet hoc examinare, traheret magnam cauſam, & controuerſiam inter Doc. Hęc tamẽ cum paucis ſufficiant.

Pactum nudũ dici poteſt, qđ ab omnibus iuris ſolẽnitatib. deſtitutũ eſt, i. tam ſolẽnitate verborum, quæ ſolent cõcipi, & attendi in ſtipulationibus, quam ẽt per cõceptionem literarum, ſ. quando chirographũ non interuenit, nec aliud inſtrumentũ ſuper hoc cõfectum, quo nudum pactum con-

confirmaretur. Et dicitur nudum a cã, quæ ſufficere poteſt ad perfectã obligationẽ, vt do vt facias, facio vt des, &c. cuiuſmodi conuentiones dñr contractus in nominati. Item dicitur nudum a foro negotij, vt qñ negotium non incidit in certũ nomen cõtractus, vt in nomen emptionis, vẽditionis, locationis, & ſimilium, Item nudum dicitur a rei interuentu: vt talis non intercedat res q̃ poſſit ſuo interuẽtu perfectè reddere cauſam obligationis, ſicut in mutui datione. Itẽ dr̃ nudũ à cohærentia, qm̃ ſi incontinenti poſt contractum adiiciatur pactũ ex præcedenti obligatione vires contrahit, vt videat̃ ineſſe contractui, & cauſam veſtire, vt ſi pactum ſemel factum eſt, & poſt traditionẽ intercedit res, ſic veſtitu interuentu rei. Item pluribus, aliis modis veſtitur, ſecundum diuerſas opinione Doctor.

Pactum veſtitum dr̃ ſex modis, ẽm qđ ſex modis veſtitur, ſ. re, verbis, literis, conſenſu, cõtractus cohærentia, & rei interuẽtu: vt ẽm glo. inſt. quib. mod. re. con obl. in prin. Et dicit Goffr. quod pactum ĩ rem eſt, qñ general'r paciſcor ne petã & in perſonam, ne à perſona petam, ff. eod. ti. l. idem. §. perſonale. & non minus ex uerbis, quam ex mente, contrahentium eſt æſtimãdum, an pactum in re vel in perſonam ſit, plerunq;, enim in perſonam pactũ infertur, non vt perſonale ſit pactum. ſed vt demonſtretur cum quo ſit pactũ, ff. eo. ti. l. Iuris gentium. §. pactorum.

Pactorũ aliud vtile, aliud inutile. ſ. ratione perſonarum, vt furioſorum, qui nec tacitè nec expreſsè conſentire poſſunt, quare matrimonium contrahere non poſſunt, nec ad religionem ſe obligare, & hoc de continuo ſecus ſi habent lucida interualla, vt 7. q. 1. quãuis. Item pupillus, qui nõdum eſt doli capax, vbi vult obligari, ſec' ſi vellet aliũ obligare qđ põt. Item in ꝓdigo. Itẽ monachi & regulares profeſſi & conuerſi niſi pro cõtemplatione monaſterij paciſcantur, cui per tales acquiritur. Itẽ viri, & vxores, qui ſibi donare nõ poſſunt, ſed vendere. Item ratio-

ratione poteſtatis. Itẽ in legatis dũ legatione funguntur. Item inter patrem, & filium, niſi in Caſtrenſi peculio, vel quaſi. Itẽ ſi res in pactũ deducta nõ ſit in rerum natura, niſi mora præceſſerit. Itẽ ſi homo res ſacras, vel religioſas deducat in pactũ. Itẽ ceſſat pactum in collatione rerum ſpiritualiũ. 1. q. 2. quã pro. & in reb. prohibitis, etiã ſi iurm fuerit appoſitũ, vt in animæ detrimẽtum vergẽtib. Item pactum turpe, aut rei turpis, aut impoſſibilis de iure, vel de facto, nullam obligationẽ inducit, c. vlt. eod. titu. ſm Goff. in ſum. Dr autem pactũ a pactione, ff. eod. tit. l. 2. pactio vero a pace, & actu, nam qui paciſcuntur ex diuerſis, & cõtrarijs moribus animorũ poſt multa variaq; certamina in vnam cõſonantemq; ſententiã conuenire dñr, ff. eo. tit. l. j. §. cõuentionis. Et hoc pactum generale eſt ad oĩa, quæ contrahuntur, vel agunt inter partes cauſa cõtrahendæ, vel tollendæ obligationis, ſed nomen conuentionis generaliſſimũ eſt: nã ſcholares in ſcholis, clerici in c. populus, in foro conueniri dñr: vt in §. pall. conuentionis. Vel dicitur pactum a percuſſione palmarum. Veteres enim cum ſe obligabant, palmas percutiebant in ſignum inuiolandæ fidei: vnde dicitur pactum, quaſi palmæ ictus.

Pactum per donationem: Require infra, tranſactio.

Pacem rumpere non dicitur ille, qui facit furtum ei cum quo pax eſt. Bart. in l. verum eſt, ff. de fur.

Padus eſt flumen publicum tranſiens per Lombardiã, de quo fit mentio Inſt. de re. diui. §. j. in gl.

Pægma, cuius meminit l. quę ſitum, §. ſpecularia, de fun. inſtr. Nebriſſen. interpretatur machinam in ſublime tendentem, in qua erant puerorũ cantantium nidi.

Pagani dñr in iure quandoque increduli, ſeu hęretici. Item quandoq; dicuntur priuati homines, vt villani, & omnes qui neq; milites, neq; magiſtri ſunt, a pagos Græcè, ꝙ eſt villa Latinè, vt Inſtit. de mil. teſta. §. illis autem temporibus, in fi. vbi gl.

Paganicum, aduentitium eſt peculiũ, quod, ex proſpera

for-

fortuna aduenit, veluti ex teſta.cognatorũ, vel etiam agnatorum.

Palam facere quis dicitur, qđ coram pluribus facit. l.palam de verb.ſig.palàm nũcupatus hęres intelligitur, ſi teſtes exaudiet. l. hæredes,de teſt.palam quęſtum facere mulierem dicimus, quę paſſim, & ſine delectu ſtuprari ſe ſinit.l.palam,de ritu nupt.

Platini aliter dicuntur vicarij,quia quodammodo gerunt vicem principis. ſm Acc in rubr.C.de pala.ſacr. lar. lib. 12. Sed communiter dicuntur omnes habitantes in palatio.

Palatinus comes dr̄, qui curā gerebat pręcipuam,vt miſſis notorijs ſuis negligentiam iudicum argueret.C. de off.recto.l.nullum.Req. ſupra, Comes.

Palla dr̄ veſtis,qua altare coo perit, videlicet lineus pannus conſecratus,qui ſuper altare ponitur, ſuper quē extenditur corporale. Sumitur etiam qn̄q; pro cortina vel panno ſerico. Vnde Letitiæ cauſa cibus eſt non ſerica palla.

Palliū eſt inſigne ornamentū Archiepiſcopi, vel Epiſcopi, quod ex priuilegio ſibi conceditur,ſumptū de corpore beati Petri in ſignum plenitudinis Pontificialis officij,vt de electio.ſignificaſti, & de auctoritate, & vſu pallij,præalleg.c.2.Vnde ante pallij receptionem eccleſia dicitur viduata, vt d.cap.quoniam.in Papa verò deſignat plenitudinem poteſtatis.

Palmarium præmium, quod victoriæ cauſa datur,l.j. de var.& extraor.cog.

Palmati equi, in l.j. C.de gre. dom. ijdem ferē ſunt quos vulgos baios vocamus.Poſſumus ēt intelligere equos palmatos, quibus vtebantur aurigæ in circo, a palma.Hæc Alcia.in præal.l.j.

Pancrariū eſt colluctatio cū fruſtibus, vel locus lignis circundatus, in quo certo ordine ſtant pugnantes, vt in pugillib.videmus, gl.eſt in l.qua actione.§.ſi quis in colluctatione,ff.ad l.Aqui. Req.ſupra,colluctatio.

Pancrarium genus certaminis eſt,quod aduocatis omnibus corporis viribus,omniumq; neruorum contentione tranſigitur, Budæus in l.qua actione, ff. ad legem Aquil.

Pandectæ, require ſupra, in ver. Digeſtum.

Panicularia ſunt ea, quæ in cuſtodiam receptus ſecũ contulit ſpolia, quibus indutus eſt, qui ad ſuppliciũ ducit̃, l. diuus, de bo. dam.

Panthera numero plurali poſuit Vlp. pro auium captura, l. emptorẽ. §. vlt. de act. emp. vt ibi interpretat̃ Bu.

Pantomini dicebantur omnium imitatores, effictoresque Græca eſt vox, qua vſus eſt Iuriſc. in l. ſi libertus autem. de op. li.

Papa idem eſt, quod admirabilis. Et dicitur a Pape, interiectione admirantis, quia vices Dei gerit in terris. Vel dicitur Papa quaſi pater patrum, ſecundum Io. And. ſuper verbo, Papa, in proœmio clementina. Alij deriuant a voce Græca pappos, quod Latinis eſt pater, quæ etymologia probabilior videtur.

Parabolani ſunt medici, qui ad curandum ægra membra, vel corpora debilium deputantur, dicti parabolani a parabola, quia plura promittunt hominibus quã faciunt, & quia ſępius parabolis vtuntur, vt C. de epiſc. & cler. l. parabolani.

Parabolani, ſm Alc. lib. 4. diſpo. erãt humiles quidam, & viles homines, famulitio, vel eccleſiarum, vel hoſpidalium deputati, & quaſi aſcriptitij glebæ.

Paraſidicus componitur a para, vel parum, & fidus, i. fidelis, & icos cuſtos, quaſi parum fidelis ad cuſtodiẽdum, vel obſeruãdum, quę obſeruare debet, vt colligitur, C. de cur. pub.

Paragaudes, genus veſtimẽtis virilis, vt plurimũ linei, qđ ſub alia veſte gerebatur. Alc. l. j. C. de veſti. holoba.

Paragraphus dr̃ quaſi diuiſio afares, i. diuiſio, & graphia, i. ſcriptura, inde paragraphus, i. ſcripturæ diuiſio, prout Iſid. notat in princ. Decretorum.

Vide de paragrapho Alc. lib. diſpun. 3. cap. 16. delyrat. n. hic auctor.

Parangaria, hanc vocẽ trãſpoſuit auctor explicandam, in ver. perangaria. vide ibi.

Paranymphus, vel paranympha dicitur parans, vel procurans ſponſalia. Require infra, proxeneta.

Paraphernalia bona, vł res paraphernа. dñr res, quas mulieres iuxta dotẽ inferũt in domũ viri a para, i. iuxta, & pher-

pherna, qđ eſt dos, vel donatio, inde paraphernale dicit̃ quicquid mulier hẽt vltra dotem vndecunque.

Paratitla Græca dictio eſt, qua vtitur Iuſtinianus in l.j. §. pen. C. de vet. iure enucl. apud quẽ tũ piratitla men dosè legitur: paratitla autem in eo loco Iuſtiniani apud nos ſummæ rerum interpretari poterunt, quales ſcripſerunt Azo, & alij, qui titulos, & admonitoria quædam, ſiue prǽludia collegerunt, ꝙ ab Imperatore ibi permiſſum eſt.

Parauerедæ indeclinabile dicitur a para, i. iuxta, & uere dæ, equo ducente rhedam, a veho, his, here, & rhedã, ſecundum Hugonem, & ſic bubulci, & aurigæ parauerедæ dicuntur ſecũdum Accurſ. C. de curſu pu. l. 2. libro 14.

Tu dic ſecũdum Bud. in pan. ꝙ parauerеdi dicebantur, qui veredo vno ſupernumerum diplomate comprehenſum vtebantur.

Parentes vulgo dñr oẽs, qui nobis cognatione ſunt iũcti, per cuiuſcunque etiam lineam ſexus hoc fiat, ſecũdum etiam interpretationem iuris dicuntur omnes aſcendẽtes per paternam, ſiue maternam cognationem, ſed propriè dicuntur parẽtes vſq; ad tritauum, & vltra dicuntur maiores, l. 4. de in ius voc. vbi gl.

Pares curiæ dicuntur vaſalli, qui habent conſimilia feuda a domino illius feudi, de quo agitur prout no. in c. cæterum, de iud.

Paria feciſſe dicitur, qui pecuniam, quam acceperat, numerauit, & quod debebat reddidit.

Pariter, ideſt ſimul, extra de tempo. ordin. cap. 1. libro ſexto, & hoc aduerbio vide etiam per Bartolum in l. ſi fundus, §. ſi duo, ff. de pign.

Paripus dicitur a patuum, & purpuris, quod eſt cuſtodia, quaſi parum cuſtodiẽs mandata, vt l. paripum. C. eod. tit. & lib. præalleg.

Neſcio, an parephippium exprimere voluerit, de qua dictione vide Alc. in lib. 12. C. de cur. pu. l. parephippium. Nam paripum vox eſt mihi incognita.

Parochia eſt locus, in quo degit populus alicui eccleſiæ deputatus, ſecundum Goffredum, in ſum. eo. ti. Et parochiarum diuiſio incœ-

pita Dionyſio. 13. q.j. c.1. Conſiſtit, aut ius parochia le in hoc ſm Goſt. in ſum. eo.tit. quod oēs parochiani in dieb. Dominicis, & feſtiuis miſſam audiant in eccleſijs, in quarũ parochijs habitant, vt in c.eod.tit.de conſecr.diſt.j.ſi quis, etiam conſiſtit in decimis perſonalib. quæ eccleſiæ parochiali debentur. 16. q.1. ſi quis laicus, & oblationib. quæ dandæ ſunt ſacerdoti parochiali, qui pro populo orare debet, 10. q.j. quia ſacerdos.

Patricida propriè eſt, qui patrem occidit, & extenditur ad aſcendentes, & deſcendentes, & multas alias perſonas coniunctas, l.j. 2. & 3.ff.de parricid. & eod. tit. C.per tot. tit.

Pars, & totum differunt, ff.de cui.l. 1.& vide quod no. Archi.di.75.quod a patribus. Item adde quid veniat appellatione partis. Bart.in l. ſi plures, ff.de dam. infec.

Pars ēt interdũ ſumitur pro ſpecie, l.rectè, de verb.ſign.

Partharij, in l.negotiantes.C. de excu.artifi.accipiēdi sũt particharũ pollium negotiatore, vt atteſtat̄. vbi Alci.

Particiarij coloni, qui vide Coloni partiari.

Participatio cũ excõicato duplex eſt, quædã inducit maiorẽ excõicationẽ, ſ.quæ fit in crimine, de ſent.excom. c.ſi concubinæ, & c.nuper. Alia inducit minorẽ, ſ.quæ fit in locutione oſculo, ſalutatione mẽſa, thoro, & ſimilib. ipſo iure. 11.q.3.c.cũ excõicato, &c. qui cõicauerit, & a quib. repellant̄ hæ excõicationes, habes 3.q.4. engeltrudã, & de excep.c.a nobis, & de cler.exc.mi.c.ſi celebrat. Sunt aũt quędam perſonæ exceptæ, quæ ſine hac pęna excõicato. participãt, ſ. vxor, filius, ſeruus, colonus, &c. 11.q.3.qm̄ multos, de ſent.excom. quod in dubijs, & ca.inter alia. ſm Spec. & Garſiam, mittendũ nuntiũ vel literam excõicato incurrit minorẽ, quia loqui videtur, ff.de conſt. pec. & l.licet, & eſt glo.in c. ſtatuimus, & c.conſtitutionem, de ſenten.excom. l.6.

Participium ſignificat, prout tempus eius, vt aliud medium ſignificare declarat, de quo per Bar.in l.prima, de cond. & demonſtr. & in l.is, qui. §.quod ait, ff.quod vi aut clam.

Partus antequam edatur, eſt

pars viſcerũ matris.l.j.§.ex hoc reſcripto, ff.ventre.inſpi. & cõtinetur appellatione redditus, nõ autem fructus, l.deducta.§.hæreditatẽ,ff.ad Trebel.& l.paulus, ff.ad l. Falcid.

Paſcua loca ſunt, vbi beſtiæ paſcũtur, l.diuortio,ff.ſol. mat. & C.de paſc.pu.quaſi per totum tit. lib. 11.

Paſcua ſylua, vide in ver. Sylua paſſim,indifferenter,de appel. cum ſit Romana, & c.paſtoralis,de off.deleg.in glo.3.in c.in pertractandi, de iur.calum.

Paſſiuum verbũ aliqñ reſoluitur in ĩfinitiuũ ſui paſſiui, & aliud verbum,vt reponatur, i. reponi ſinatur, ff.de acq. plu.arc.l.in ſum.§.itẽ Varus. Item paſſiuũ verbũ cũ ablatiuo qñq; importat actiuã ſignificationẽ,vt petiť a me.i. aliqs a me petit, ff.de dã.ĩf.l. a quo fundus.

Paſſum vinum, quod ex vuis paſſis conficitur, Nebriſſ.

Paſtinare propriè, eſt paſtino quod ferramentum eſt bifurcum fodere,Alc.in l.im, penſæ.de verb. ſign.

Pater eſt ille,quẽ nuptiæ deſignãt,i.pſumũt eſſe,vt dicit Az.in ſum.C.de in ius voc.

Patris noĩe auus quoq; continetur.l.iuſta, de verb.ſign.

Paterfamilias dr̃ is,qui eſt ſui iuris,& ptãtis ꝓpriè cuiuſcunq; ſit ętatis,ſed filiusfa. econuerſo.Req.loco ſuo.

Patres etiam dicti ſunt, quos plebs ſibi creauit, vt ipſi plebem excederent.

Patres conſcripti dicebantur, quorum nomina in tabulis aureis ſcribebantur.

Patres cõſcripti dicti ſũt ſenatores, poſteaquã primis illis a Romulo creatis,q̃ centũ fuerant,cõplures alij eũ in ordinem aſcripti ſunt.

Patria ptãs ſm Az. in ſum. C. eo.tit. eſt ius qđ dã,qđ hñt hi, q̃ ſunt de imperio R. in liberos naturales, & legitimos,qđ ius alij nõ hẽnt,vt inſt.de par.pot. per totum.

Patricida eſt,qui patrem occidit aliàs in iure ciuili ponitur patricida. C.de his, qui pa.vel li.occul.l.vnica.

Patricidium,aliàs parricidiũ, eſt homicidium nephandum, quod cõmittitur in parentes,in liberos, in proximos,collaterales, & affines.Requi.ſupra,ad legem Pompeiam.

Patricij dñr ideo,quia prætorię poteſtati præſunt ſecundum Iſido.lib.9.cap.3. Etiã patritius eſt is,quem Impe-

ratot ſibi elegit in patrem, vt Inſt. quib. mo. ius pa. po. ſol. §. filiusfamilias, & C. de cõſo. eiuſdem lit. l. fin. Item in alia ſignificatione edicti ſunt patricij quidã nobiles de ciuitate, & olim diceban tur patres principum, ſ. ad conſilia præſtanda.

Dicit Iſid. lib. 9. Etim. c. 3. patricij inde vocati pro eo, q̃ ſicut patres filijs, ita prouideant reipublicæ, vnde dignitas patritiatus dicta eſt, erat enim patritius quaſi principis pater.

Patricij propriè dicti ſunt nobiles Romani, qui a primis Senatoribus quos, ſ. Romulus inſtituerat, originem habuerunt.

Patrinus, vel patrina dr̃ filius, vel filia ſpiritualis compatrũ, vel cõmatrum matris, vel patri, quem vel quam quis de fonte baptiſmalis leuauit, vel ad ſacramentũ confirmationis tenuit.

Patronus, ſm̃ Canones dr̃ ille, qui habet ius præſentandi aliquẽ ad beneficium eccleſiaſticum, ſed ſecũdum leges eſt, qui manumiſit ſeruum ſuũ ſponte, q ſeruus dr̃ libertus eius, a quo ſic manumiſſus eſt. Etiã patronus q̃hq; ẽt aduocatus, vel ecõuerſo aduocatus patronus cauſarũ, quia patrocinium præſtet, vel patrocinatur, & in primo ſignificatu tria faciunt patronũ. Vnde patronum faciunt dos, ędificatio, fundus. Require ſup. ius patronatus.

Patrueles dicti ſunt, quorum patres inter ſe germani, vel fratres fuerunt.

Patrueles ſororũ ſunt duorum fratrum filiæ.

Patruus dicitur frater patris, quaſi pater alius.

Patruus magnus ẽ frater aui.

Pauci quot dicantur, vide gl. in c. latores, de cle. excom.

Paulatim hr̃ in auth. de reſti. & ea quæ pa. in prin. & inſti. de re. diui. §. præterea.

Publiciana actio. Requi. actio. Fauiana.

Pauper dr̃, q nõ hẽt quinquaginta aureos in bonis. Bar. in l. q accuſare, ff. de accu.

Pauperies eſt damnũ, ſiue iniuria facientis ipſum dãnũ vt ab aĩali, qđ ſenſu caret factũ, vt ſi equus tuus ſegetem meam pauit, vel aliter dãnum mihi dedit. Non. n. poteſt dici iniuriam feciſſe, cum ſenſu careat. inſtitutione, ſi qua. pau. fe. dic. §. pauperies. Differunt autem damnũ, maleficium,

& pauperies. Nam damnũ fit cum animo iniuriandi, vel ab habẽte animum iniuriandi, licet non vtatur. Alia patent in locis ſuis. De pauperie actione req̃re ſuprà, actio de pauperie.

Pax ſm Gof. eſt diſcordiæ finis, vt c. j. de treuga, & pace, in gl. j. Item pax eſt vinculum charitatis, vt in c. nouit. §. ſed forſan. de iud. Et ſunt ſex cauſæ, ꝑꝑ quas nõ eſt pax inter homines, de quibus per gl. not. de re iud. lib. 6. ad apoſtolicæ.

P ante E.

PEcoris nomine continentur boues.

Pecoris appellatione nõ ſolũ boues, ſed & aliæ quadrupedes gregatim paſcentes cõtinent̃, l. legat̃, de leg. 3.

Pecoris ad aquã apulſus eſt ius adducendi, vel appellandi pecus ad aquam fontis alieni, iure ſeruitutis.

Pecudis nomen generale eſt ad animalia, quæ gregatim paſcuntur ſicut, & nõmẽ pecoris, l. ſeruis, vbi gl. de leg. 3. & l. 2. ad l. Aquil.

Peculatus, vide ſupra in verſ. Lex Iulia peculatus, & in ver. Crimen peculatus.

Peculiũ eſt puſilla ſubſtãtia, vel pecunia ſeparata a reb. & ratiocinijs pr̃is, vel dñi, data vel permiſſa filio, vel ſeruo, ff. de pec. l. depoſiti, §. peculiũ. Et eſt multiplex, ſ. caſtrẽſe, vel quaſi caſtrenſe, profectitiũ, aduẽtitium paganicũ non paganicũ. C. de bo. quæ lib. l. cũ oportet, l. cũ multa, & l. cũ non. Itẽ peculium dr̃ res paraphernalis, ff. de iu. dot. l. ſi ego, §. dotis. Itẽ peculiũ ponit̃ ꝓ hęreditate, vel patrimonio, ff. ad Treb. l. cogi.

Peculium capitur etiam pro pecunia, qua quis repoſitam ad caſus repentinos habet, l. ſi chorus. de leg. 3.

Peculiũ caſtrẽſe eſt, quod miles acquirit dũ militat in caſtris, & illud eſt filij pleno iure, tã quo ad ꝓprietatẽ, q̃ quo ad vſumfructũ.

Peculiũ palatinorum dr̃ etiã caſtrẽſe, ſ. militum palatij, qui principẽ ſequũtur, ſm Acc. C. eo. tit. lib. 12. in rub.

Peculium quaſi caſtrenſe, dr̃ illud, qđ aduocatus acquirit præſtãdo clientulis ſuis patrocinium in cauſis, vel qđ magiſter grammaticus, logicus, vel rhetoricus in ſcholis ſuis lucratur exercitio, in l. fi. C. de inoff. teſta.

Peculium aduentitiũ eſt, qđ filio aduenit ab auo paterno, vel materno, vel ab altero, vt ex proſpera fortuna, & ex teſtõ agnatorum, vel cognatorum, & quod filio aduenit ipſius, ex quo ad proprietatem, patris verò quo ad vſumfructum. Et dicitur alio nomine paganicum aduentitiũ. Item aduentitium ſi ab Imperatore vel auguſto datum fuerit, cõparatur caſtrenſi peculio, in l. cum multa C. de bon. quæ liber.

Peculium profectitium dicit illud, quod de rebus paternis vel dominicis ꝓficiſcitur, & filio vel ſeruo datur vt in eo negotietur, & illud eſt patris quo ad proprietatem, ſed filij vel ſerui quo ad vſumfructum. Et etiam aliàs dicitur paganicum profectitium.

Peculium clericorum eſt patrimoniũ clericorũ. Nam peculium patrimoniũ appellatur, ff. ad Trebel. l. cogi. vnde illud quod a clerico velut propriũ poſſidet, peculium dr. Secundò modo tamen, & vſualiter peculium dici ſolet filiorum, & ſeruorum patrimonium, quod eis a domino vel patre dat, vt ff. eo. tit. p totũ.

Peculiũ clericorũ profectitiũ eſt, qđ de bonis eccleſię procedit, vel quod eccleſiæ cõtemplatione acquiritur.

Peculiũ aduentitium eorundẽ eſt, quod acquiritur ex opera eorũ, vel alias prouenit ex intuitu perſonæ. Et hoc no. Goff. in ſum. eo. tit.

Peculiaris mercis appellatio pertinet ad oẽs negotiationes, quę in reb. moblib. peculiarib. ẽt hoĩb. exercẽtur, l. 1. de trib. actio. vbi gl.

Peculiariter, i. ſpecialiter, C. de comi. rei mili. l. 2. lib. 10, & ff. de trib. act. l. 2.

Pecunia appellatur totũ, qđ hoĩes hñt, & dr a pecorib. quia quicquid antiqui habebant, totũ in pecorib. cõſiſtebat, vt 1. q. 3. totũ, & ſic ſumitur cõiter. Qñq; tñ capitur propriè, & ſtrictè ſolũ pro numerata pecunia, vt 14. q. 3. putant quidam, & ibi glo. Aliàs appellatione pecuniæ omnes res continentur. C. de cõſt. pecu. l. 2. Etiam proculus ait pecuniæ appellatione rem ſignificari, ff. de verbo. ſign. l. pecuniæ, v.g. hæres factus hæreditate adita vendit ea, & emptori ſtipulationem promittit, quanta pecunia

ex hǽditate ad ipſum peruenit,&c. Appellatione pecuniæ oẽs res ſignificant, quia ſenſus eſt oẽs res, quæ ex hæreditate ad me peruenerint, & capit ſignificatũ ea diſpoſitione præcedenti, ſ. vendõne hæreditatis, q̃ oẽs res ſignificat. Itẽ ibi latè ſignificat dicendo, hæres mi, volo te reſtituere Titio pecuniã meã, i. hæreditatem meam. Vnde perin de eſt ac ſi dicat hæreditatem, bona vel res meas, vt l. nã quod. §. fi. ad Treb. Sed ibi ſignificat ſtrictiſſimè, dum filiofamilias prohibetur mutuari pecunia, ſignificat pecuniam numeratã l. 1. ff. ad ſena. mace. iuncta l. ſed & §. mutui. eo. tit. Ratio vtriuſq;, quia in priori caſus ſubiectus fuit ex fauo re, ergo ampliãdus, ſed hic caſus ſubiectus eſt ex odio ergo reſtringendus, vt in re gula odia, de reg. iur. lib. 6.

Pedagia dicuntur, quę dantur à tranſeuntib. in locum cõſtitutũ a principe. Sed guidagia req. ſupra.

Pedagogus eſt ille, qui ab initio inſtruit pueros, & dicit à pæs pędos. i. puer, & a go, gos ductor, quaſi ductor ſiue gubernator puerorũ inſti. q. ex cau. ma. nõ licet. §. ea. l. Aelia ſentia. vbi gloſ.

Pedamenta dicuntur ſuſtentamenta pedum vinearum, & dicuntur gallicè paxilli.

Pedanei iudices, req. ſup. iudices pedanei.

Pedetentim, vide in gloſ. 1. in clemen.

Pediculi dicuntur quædã argentea ſuſtentacula, quib. vaſa vel res quælibet velut pedibus ſuſtentatur, ita ponitur in l. pedibus argénteis. ff, de auro, & arg. lega.

Pedicones gladio puniuntur teſte Iuſtin. inſt. de pub. iu. §. itẽ lex Iulia, quamuis quidã apud Imp. in eo. loco in alio capite legis Iuliæ hanc pœnam conſtituant, & propterea textum nitidum deprauantes, non peccatorib. ſed dedicatorib. legendum contendunt, tamen quia hæc eorum lectio minueret pęnam, non puto ab antiqua lectione recedẽdum cum alioquin tales vita priuari debeant, vt ſancitum eſt in auth. vt non luxu. cõtra nat. circa fi. & in l. cum vir. C. ad l. Iul. de adult. ſẽm intel. Bal,

Pegma vide in ver. pegma.

Peius not. Pau. in Commento, in literis, de re. ſpol.

Pellex eſt, quę miſcet̃ habenti vxorẽ, alij dicũt, ꝙ eſt vxoris loco ſine nuptijs in domo, vt concubina, vel amica. l. Maſurius. ff. de ver. ſig. vel eſt illa, quam quis habet ad tempus ſaturandæ libidinis cauſa. tex. & gl. in c. laici. iuncta gl. 33. diſt.

Pœna eſt delictorum debita coerctio, vel ſatisfactio, q̃ a lege, vel a miniſtris legis imponit̃, not. p Az. in ſum. de pę. & l. ſi pęna. ff. de pę. Et ſunt octo pœnæ iuris ciuilis, damnũ, vincula, verbera, talio, ignominia, exiliũ, ſeruitus, & mors. Pœnæ aũt iuris canonici ſunt, ſuſpenſio, excõicatio, depoſitio, intruſio, incarceratio, & verberatio, ſm Arch. qui hoc not. in c. j. 24. q. 5.

Pœna, & ſupplicium differunt, vt not. Arch. 11. q. 3. nemo, per totum.

Pœna quoque differt a mulcta, vt dictum eſt ſupra in ver. mulcta.

Pœnam committi eſt pęnam deberi.

Pendere, i. ſoluere, l. j. ſi ager vectig. vel emphy. pet.

Penè, i. quaſi, & no. 3. q. 7. cap. qui ſine.

Penes, not. plenè Io. Cald. in com. decr. poſtulaſti, de cõceſ. præb. Et eſt dr̃ia inter penes, & apud, vide per Io. Linc. in l. ſi quis in tãtam. C. vnde vi. vbi dicit, ꝙ illud eſt penes aliquẽ cuius poſſeſſionẽ habet, ſed illud eſt, apud aliquem cuius ſolam detentionem habet, vt depoſitarius, & commodatarius, & dicit, ꝙ in d. l. apud, ſumitur impropriè, vt d. l. penè. ff. de verb. ſign.

Peniculus, inſtr̃m, quo vtitur pictor ad pingendum, l. pictoris, de fun. inſtr.

Pœnitentia ſm Ambroſ. eſt præterita peccata plangere, & plangenda iterũ non cõmittere, vel ſic ſm Aug. eſt quædam dolens, vindicta, puniens in ſe, quod commiſiſſe dolet, de quo plura vide in tract. de pęn. diſt. 3. & 4.

Penitus, no. Ioan. And. in c. 1. de ſuppl. negl. præl.

Penſio idem eſt, quod cenſus, vel tributum. In quo differant penſio, & cenſus, vide gl. in cle. 1. de ſuppl. negl. præl. in ver. penſiones.

Penſitationes publicę ſm Az. in ſum. C. ſi pp pub. pen. ven. dicuntur annuæ exactiones tributorum, vel veſtiũ auri, vel argenti, quę a certis perſonis præſtabant̃ fiſco.

fiſco. Sed & penſitationes publicæ dñr,quæ ad viarũ, vel pontiũ refectionẽ præſtandæ ſunt a poſſidẽtib. vt fiat omnium datorũ quædã cohatio, & ſi penſitatio eſt quaſi penſionis ſolutio.

Pentaprotia, Latinè quinque primatus numus erat in municipijs,vnde Pentaptori dicti,qui eo munere fungebantur, qui Latinè quinque primi appellari poſſunt,l.2.C.de priuil.eo.qui in ſac.pal.mil.lib.12.

Pentateuchum eſt volumen continens quinque libros Moyſi, a pente,i.quinque, & teuchum mandatũ,quaſi, &c. vt in c.j. de decimis.

Penula eſt quædã veſtis, qua nõ vtebantur niſi ciues Romani,q̃ fuit data patri Sauli,quia ſocietatem contraxerat cum Romanis,c.ſi in adiutorium.diſt.10.vbi gl.

Penus,quæ dicatur, diffuſius traditur in tit.de pele.quã, vt hic paucis declarandum ſit, vide ibi Iuriſc. inde penarium, pro loco, in quo penus obſeruatur.

Per,not:Arch.13.q.2.c.ebron. & Pau.de Lea.plenè in cle. j.de ſum.Trin.& fide cath, & Io. And.de cle. dudum. in ſi.ff.de ver.ſig.l.vrbana.

§. pernoctare, vbi dictio per,denotat perfectionem.

Peragenda eſt veſtis de auro vulgari, quod in gaudis veſtimentorum, vel chlamidum poni ſolet, vel veſtis, quæ habet aurum tantum in ſuperficie, require ſup. Oloberus, & C.de ve.ol. & deau.l.j.lib.11.

Pegendum eſt paragaudia, quam vocem expoſuimus ſup.in ver.paragaudes.

Peragit,qui obtinet, vnde per egiſſe rerũ dicitur,qui damnauit,vt tradit Alc.in l.trãſacta.de verb.ſign.habetur in l.2.de adul.

Perangaria eſt ſeruitus perſonarum, & rerum, & dicitur quaſi perfecta, & magna angaria. Eſt autem angaria ſeruitus perſonarũ, & non rerum. Item perangarię dicuntur exactiones, & præſtationes patrimoniorum,ſ.onera, quædam, quæ prædio incumbunt, vel imponuntur, & erant fortè exactiones equorum, vel vecturarum ad portandum annonam militibus, vt colligitur C. de curſu pu. & ang. & perangarijs. in rub.lib.12.

Legendum parangaria, non perangaria..

Per-

Perditū dr̄ aliquid ſi facta diligenti inquiſitione nō repetitur. Bart.in l.ſi quis ex argētarij. §.an. & ff.de eod.

Perduelles olim appellabant ij,quos nos hoſtes appellamus.l.quos.de verb.ſign.

Perduellione, req. ſup.Crimē læſæ maieſtatis.

Peregrinantes largè dn̄r illi,q̄ à loco ſui domicilij ꝓficiſcunt.C.de inco.l.ciues.li. 10.Proprie aūt dn̄r romipete apoſtolorū,& aliorū ſanctorū limina.& oratoria viſitātes,24,q.3. ſi quis romipetas,& c.paternarū,&c. illi qui. Etiam dicuntur illi, qui accedunt ad præſentiā Domini Papę, eo.tit. c.vnico,& 2.q.6.arguta.

Peregrini dn̄r oēs,qui nō sūt de epatu ordinantis, ſiue ſint clerici, ſiue laici ſecundū Goffr.in ſum.de cle.pereg.qa tales recipi nō dēnt ab epo alieno ad ordines vel dignitates,aut eccleſiaſtica ſacramenta, vt 78.diſ. per totum, & in tit. de cle. pereg. Vnde clericus peregrinus eſt, qui in alia prouincia ordinatur.

Peregrini quandoq; dicūtur deportati. l.ſed & ſi,§.ſolemus.de hæred. inſti.

Peremptio.i.in totū extenuatio.l. qui hominem . ff. de adimen.leg.

Peremptoriū dr̄ a perimēdo, eo qđ oīno perimat, vt terminus peremptorius, vltra quā nō dātur vlteriores dilationes. Sı Fr exceptio perēptoria dr̄, q̄ perimit actionē,Etiā dr̄ citatio perēptoria, qa oēs aliæ citationes dēnt fieri antequā aliqs tāq̄ cōtumax puniat. Iudex tn̄ perēptoriā citationē vel perēptoriū dictū extāte cā ſtatim mittere pōt, & idem operabitur, qđ aliæ tres citationes poſſunt operari.

Perequator eſt, qui hoīes & territoria perequat.i.valde æquat, vel qui ꝑdiū deſertū equa penſione, vt prius aſſignat nouo poſſeſſori,vt C. de cenſi. & cenſito, & peræquato. in rubr. lib.11. Sed ſecundum peritores peræquatores dicuntur exactores capitationis.eo ꝙ ęqualiter ab omnibus exigant.

Perfectū dr̄,qđ oīb.ſuis partibus cōſtat.l.j.ī pri.& ibi gl. ff.de orig.iu.vel dr̄ pfectū,ī quo adsūt, q̄ adeſſe dēnt.l. 1.& ibi not.C.de arbit. Aliqn̄ dr̄ perfectū ex ſola initiatione,vt l.ędificia. §.perfeciſſe.de verb.& re.ſig ff.

Perfectiſſimi ſm Aiciar. lib.3.

Diſp.dicti ſunt, quam cum nec ex ſenatorio, nec ex equæſtri ordine eſſent, ad dignitates aſſumebantur. De perfect-ſſima tu extat tit. pecul.lib.12. Codi.

Perfunctoriè,i.obſcurè vel deceptoriè, no.ff.quod vi aut clã.l.aut,qui aliter,vel i.negligenter 40.diſt. ante oĩa.

Perfuſoriè, i. ambiguè, ff. ſi cuic. l.qui libertatis. §. ſed, & ſi quis.

Pergula eſt tuguriũ, vel obũbratio frondoſe, ponitur in gloſ. §.contrahentes.c.j. de foro comp. lib.6.

Peripſima eſt neutri generis, ſcobem, quiſquilia,ac omnium rerum purgationem ſignificans.

Periſſichoregia, nomen magiſtratus fortaſſe, curator annonæ ſecundum Alci.l.vrbana familia. de verb.ſign.

Periuriũ ꝓpriè dr̃ qñ aliquis iurat,contra canonica ſtatuta vel temerariè. Et dicĩ multipliciter. Primò,falſa iuratio. Secundò, dicitur tranſgreſſio liciti iurĩ. Tertiò,dicitur indiſcretum iuramentum, & eſt veniale. 25.diſtinc.§.criminis.in fi. Quartò dicitur mẽdacium iuramento firmatũ, & ſem per hoc eſt mortale. 22. q. 2.quod autem ait.

Permitti dicitur aliquid trib. modis. Primò, ꝙ nullo iure prohibetur.Secundò qđ contra humanas conſtitutiones indulgetur. Tertiò, illicitum, vt magis illicitũ vitetur,vt eſt gl,cum exemplis, in c.omnis. diſt.3.

Permutatio ſm Goſ.eſt vnius rei pro alia vicaria p̃ſtatio, vel vicaria pręſtatione mutatio. Et contrahitur,ſicut pleriſq; placet,qñ inter aliquos conuenitur, vt certa ſpẽs pro certa det̃. C.eo.tit. qm̃.ſi.n.cõueniretur.vt certa ſpecies daretur ꝓ incerta,vel econuerſo, non eſſet ꝑmutatio, ſed cõtractus innominatus.ſ.do,vt des,&c.

Pernoctare extra vrbem dicitur, qui nulla parte noctis in vrbe moratur.l.vrbaná. de verb. ſign.

Perpenſus. i. perfectè penſatus,& deliberatus, de pact. c.vlt. circa medium. lib. 6. & ſic dicitur in proœmio clem.iuris ſanctio perpenſa,digeſta conſilio.

Perperã.i. malitioſè, iniuſtè, iniq.l.cũ quęrebat̃.ff.de re iud. & l. qui interrogat̃. ff. de interr.act.aliqñ.i.p errorẽ.l.ſi ancillã.§.fi. ff. ꝓ ſuo. Et qñ dicatur perperam in di-

dicatum, vide l. ſi ſeruus quem. ff.de lib.cau. Aliqñ dr̃ perperam quod calumnioſe, & ſine cauſa fit,l.ab executione,circa fi. C.quo. appel.non reci.

Perpetuum dicitur illud, qđ non habet certum finem. Nic. de Neapo. in lecturis. Bart.in l.iuriſperitos. ff.de excuſ.tut.

Perpetuum quandoq; idem eſt,quod generale, de elec. c.meſſana. & c.vt circa.eo. tit.lib.6. vt dicendo edicto perpetuo (ideſt generali) prohibemus.

Perpetuarius dicitur, qui in perpetuum aliquid conduxit, l.vlt. C.de loc. prę.ciui.

Perplexitas eſt cõſtringens, & ineuitabilis neceſſitas peccandi, quæ prouenit ex erronea voluntate, vt c.1.in ſumma diſ.13.vbi gl.bona. aliàs perplexum dicitur, quod eſt valde dubium.

Perſecutio eſt imploratio officij iudicis, quod vulgo nobile appellant, ſecundum Alc. in l.actionis verbo. de verb.ſign.

Perſequi propriè dicimur, qđ nondum cõſecuti ſumus. Vnde licet, quis ſatis acceperit,tñ adhuc dicitur perſequi; quia vere ei ſatisfactum non eſt,l.quibus,vbi Ale.de verb.ſign.

Perſonæ quædã dñr priuatæ impropriè,vt illę,quę ſunt exemptę a iure cõi, vt diſt. 3.priuilegia.vbi dr̃, ꝙ priuilegia ſunt leges priuatorũ. Quædam verò dñr ꝓpriè priuatæ, vt illi, qui non habẽt dignitatem, 24.q.j.qui contra.Vnde clerici nõ dñr priuatæ perſonę,cũ habeãt dignitatem, i.ordinem eccleſiaſticum, vt in c.præall. & diſt.4.denique, ſm Ioan. Item ſm Alanum quędam ſunt perſonæ publicæ,quæ ſunt in officio publico, vt tabellio,iudex,balius. Aliæ priuatæ, quæ non ſunt in officio publico.

Perſonalitas ſignificatur per has dictiones, tu mihi, ego tibi, cum alio ſignificatu, quod probabiliter concluditur, & ſi nullo modo cõcludatur,tunc eſt imperſonalitas.

Perſuadere eſt pluſquã compelli, & cogi ſibi patere, vt l.j. §. perſuadere. ff. de ſer. corrup.

Perſuaſor a mandatore, in quo differat. Bart.in l.non ſolum. §. ſi mandato meo. ff.de iniurijs.

Pertinacia in malo perſeuerã

tia

tia in virtute dicitur. Nam pertinax dicitur valde tenens, vel imprudenter durus, irreuocabilis, indocilis, & obſtinatus, ſm Ioan. And. in cle. j. de ſum. Trin.

Pertinere ad nos dicuntur, quæ ſpectant ad nos aliquo titulo, & quæ noſtra non ſunt, ſed eſſe poſſunt, l. verbum illud pertinere, ff. de verb. ſign.

Petitionis verbo in rem actiones ſignificantur, l. pecuniæ verbum, de verb. ſign.

Petitio hæreditatis oībus illis cōpetit, qui iure veteri cōpetit, q iure veteri, vel nouo hæredes ſunt, vel fiunt, cōtra poſſeſſores, vel q pro hȩrede poſſident, nec poſſunt dicere quare poſſident veteri iure, veluti 12. tabularum, vel ex teſtō nouo iure, vel, vt ex Senatuſcōſulto. Qui verò cū titulo poſſidēt hæreditatem, non tenent petitione hæreditatis, niſi in tribus caſib. vt ſi venditor non apparet, vel modico diſtraxit, vel de p̄tio non eſt factus locupletior quib. caſib. vtilis petitio hȩreditatis liberis competit contra teſtm̄ parentum, & parentibus contra teſtm̄ liberorum, & fratri contra teſtamētum fratris qui turpem perſonā inſtituit hæredem. Hæc autem de inofficioſo vtilis eſt, quia competit a tempore aditæ hæreditatis vſq; ad quinquennium exhæredato, non domino cōtra ſcriptum hæredem aditione iam factum dominum.

Petitio hæreditatis fideicommiſſaria competit ei, cui fideicommiſſaria hæreditas reſtituatur ex Senatuſconſ. Treb.

Prçter quandoq; capitur excluſiuè, qñque incluſiuè vide c. literas. in fi. de p̄ſump. etiam vide Innoc. in c. dudum, 1. de elec. & in clem. j. de ſum. Trin. & fi. cath. per gloſ. & Archid. in c. Ebron. 1 3. q. 2. Itē Bar. in l. j. in fi. ff. de pign. action. & per alios in l. actione. C. de tranſac. & in regula peccatum, de reg. iur. lib. 6. Stat. n. incluſiuè, augmentatiuè, quando cadit inter res penitus ſeparatas, vt dicendo, Lego tibi omnes vineas meas, præter domum. Sed ſtat excluſiue, qñ cadit inter dictiones ſignificãtes res ſub ſe inuicem contentas, vt lego tibi omnes libros meos præter Sali. ambos, Richar. & Bart. vide de hoc Alb. in alphabeto ſuo, & not. in l. medico, §. vxori, ff. de auro & arg. leg. Item excluſiue nō exceptiue ponitur pro fine, vt ibi præter ſpē, i. ſine ſpe, & ſic dr̄ dilatio, danda eſt illi qui præter ſpem trahitur ad alienum iudicem. l. ſi qñ. C. de dilat. ibi enim non ponitur exceptiue nec incluſiue, quia oratio illa nō patit̄, & ſic tm̄ ponitur excluſiue, & ſic de alijs.

Præterire eſt teſtatorē omittere aliquem, qui ſuus hæres eſt, eo non inſtituto, nec exhæredato. vt habuiſtis ſupra de hæred.

Præteritio dr̄ talis omiſſio, ſecundum Azo. in ſum. C. de præteri. vel exhære. inſt. de hære. quæ ab inteſt. defe. §. eadem, vt ſupra.

Prætexta eſt genus veſtis, qua nobiliores ciues R. vti ſolebant, §. iniuria. inſtit. de iniur. & vide l. 3. §. fi. & ibi gl. ff. de lib. exhib.

Prætor eſt, qui in vrbe Romana iudicio ſenatus ad diſceptādū dubios, actus, & cauſas ordinabat̄. Et erat eius officiū annū, q̄ a ſolo anno durabat. Et anteq̄ a populo Ro. ad principē translata fuiſſet ptās, vel antequā Ro. ptās ſub Impe. veniret, habuit ptātem plenā faciēdi ius, & ſtatuta, & edicta, cuius edicta, iuris honorarij noīe cēſentur, quia qui honores gerunt, i. magiſtratus, auctoritatem huic iuri dederunt, vt C. de off. præt. l. j. & inſtit. de iu. nat. gen. & ciui. §. prætorum edicta.

Prætor fideicommiſſarius dicebatur ille, qui de fideicōmiſſis relictis cognoſcebat & ius dicebat, & reddebat, dicens ius dabo. ff. de orig. iu. l. neceſſarium.

Prætor peregrinus dicebatur ille, qui inter peregrinos, q in ciuitate affluebāt vel cō fluebant, ius reddebat.

Prætor vrbanus dicebatur, q cum cōſules ad bella finitima vocarentur, ius neceſſarium in ciuitate reddebat. ff. de or. iu. l. 2. præal.

Prætoriū eſt locus, in quo ius ex more redditur, etiam dicitur locus, in quo quis p̄fecturam exercet cum ſuis officialib. & cauſam tractare ſolet. Itē eſt domus præſidi prouinciæ aſſignata, & locus deputatus iudicibus ad cognoſcendum, & depu tandum, vel ad ſententiandum de cauſis.

Prætorium quoque ſumitur ꝑ ornatione domus, ī qua paterfa. ruri habitat, l. vrbana p̄dia. de ver. ſig. vbi Alci.

Prætorium pignus dicitur illud quod alicui datur a iudice. vide ſupra Pignus.

Præuaricatores ſunt, qui vera crimina fraudulenter occultant, dr̄ autem præuaricator, a varia creatione, q a aduerſam partem adiuuat prodita ſua cauſa propria, dum huic inſtat corpore, ex vna parte, & illi mente, & corde ex altera parte, vt ff. de præua. per totum.

Primates proprie loquendo ſunt patriarchę. diſt. 99. c. j. & 2. Etiā ponit̄ primas pro archiepo. c. ſane. de fo. compe. Nam non eſt dr̄ia inter primatem, & archiepiſcopum, quantū ad effectum, vt in c. duo. de off. ord. nā ius canonicū non curat de nominib. ca. petitio. de ꝑc. diſ. 21. cleros, & c. pręce. vbi eſt diuiſio nominum cum dr̄ archiprimates, ſiue primates, ſiue patriarchæ.

Primates regulariter dicunt̄, qui primi ſunt in ciuitate.

Primates officiorū ſunt, qui officijs præſunt.

Primicerius dr̄ ille, qui primo loco ſcriptus eſt ī matricula notariorū, & primum locū obtinet, ſm leges, vt C. de prim. lib. 12. in rubr. Sed ſm canones ē nomē dignitatis, q̄ ſubeſt archidiacono, vt c. vnico. de of. pri. Dr̄ enim primus in cantu vel choro, q ī aliquib. eccleſijs dr̄ cantor, ſiue ſuccentor.

Permipelarij dicuntur primi adminiſtrantes, qui. ſ. primo

mo actionē ſui officii administrant. Vel ſm Hug. q primum pilum.i.telum, vel haſtam portant, & vtroque modo accipitur, ſecundum Accur.C. eod. ti.u.in rubr. lib. 12.

Verius eſt, perimipilum appellatum fuiſſe centurionem decimæ legionis, vt tradit T. Liuius li. 7. ab V. C. nā decima legio erat alijs nobilior, vt non mirū ſit, ſi primipilo quoque concederetur militaris annona, p capita militū diuidenda, qđ ex Græco iuris interprete Alc. noſter docuit.

Primitiæ ſunt primæ partes fructuum Deo offerendæ. Hinc eſt ꝙ Sacerdos primā maſſam cantās dř celebrare primitias.

Primogenitum vocat ſcriptura non quem fratres ſequūtur, ſed qui primò natus fuit, de verb. ſig. c. Ioſeph.

Princeps quis dicatur, habentur Iſa. 11. ibi, Deus fortis, pater futuri ſęculi, prīceps, pacis, interdum dř angelus Ioſue 9. Ego ſum princeps exercitus, &c. Interdū Papa. de cōſe. diſt. 1. corpora. Interdū epiſcopus de maio. & obe. ſi quis; vel alius iudex eccleſiaſticus. 17. q. 4. diffiniuit. in fi. Item dicitur Imperat. de re iudic. ad apoſtolicæ. in prin. lib. 6. Et appellatione principis intelligitur Rex. cle. vnica de baptiſmo. vbi bona glo. & in vſib. feu ſm Bal. Itē princeps dř diabolus: vt Lu. 11. c. in principe dæmoniorū eijcit dæmonia. ſimile. 32. q. 8. §. ecce. ver. ſed notandū. ibi, venit princeps. Ioā. 14 Itē dicitur quilibet ſæcularis dñs, vt 33. q. 5. princeps. Item dicitur principalis pars in quodlibet iudicio, vt ff. de for. compe. l. 1. §. in hoc iudicio. Etiā princeps dř quilibet Prælatus eccleſiæ, vt diſt. 35. cap. eccleſiæ principes, & c. corpora. præallег.

Principium rei dicitur à parte ſuperiori, inferior autem pats ad quam deſcēdit curſus aquæ dicitur finis. arg. l. j. in fi. ff. de aqua plu. arc. B. in l. 3. in fi. ff. de fu.

Principia appellat lex, & tabernacula principiū militię l. offīn. in fi. de re mil.

Priuati dñr propriè, qui non ſunt conſtituti in aliqua dignitate. 24. q. 1. qui contra. Item dñr omnes exēpti à iure cōmuni, ſiue ſit collegium, ſiue aliqua ſpecialis

perſona.7.q.1.petiſti, & di. 3.priuilegia.

Priuata delicta dñr,q̄ ciuiliter tractautur, vt ſi mihi furatus ſis x.& ego vt rehabeam ago, non vt corporaliter puniris,ſed publica delicta ſunt quorum proſecutio eſt permiſſa cuilibet de populo,quale eſt cri. læſ.mai. vel accuſatio de ſuſpecto tutore vel curatore, in quib. omnes accuſare poſſunt.

Priuata perſona eſt perſona carens functione publica, vide ſuprà,perſona.

Priuatū ius eſt illud,qđ principaliter ad ſingulorum vtilitatē pertinet, vt in pactis, & conuentionibus ſingularium perſonarum, qđ require ſuprà,Ius publicum.

Priuignus dicitur, qui ex marito mulieris natus eſt,antequam fuiſſet maritus eius. & econtra.

Priuigna dr̄ ꝓpriè filia vxoris ab alio viro priori genita, vel econuerſo, filia mariti ex alia vxore prædefuncta.

Priuilegium eſt principis beneficium contra ius cōe indultum. Non.n. eſt priuilegiū niſi aliquid indulgeat ſpeciale.c. Abbatem. de verbo. ſig.& c.in his.de priuile. dr̄ quaſi priuans legem, vel eſt lex priuata, ideſt vnius ante alios honor, vel dignitas,aut immunitas, quæ ſibi conuenit eorū, quæ alijs incumbunt,vel quę de iure cōi allegantur. Dñr ergo priuilegia priuatorū leges ideſt à iure cōi exceptorū, vt in cap. priuilegia. diſt.3. Et priuilegium eſt duplex, perſonale & reale.cap.mandata,de præſump. perſonale extinguitur cum perſona, imò quandoque ante perſonam extinguitur, vt cum eo malè abutitur, & ſequitur perſonam, & hoc verū de cōceſſo in determinatè:quia cum determinatione loci vel témporis conceſſum,non ſequitur perſonam extra locum,vt eſt priuilegium vſus pallii. capit. ex tuarum, de autho.& vſu pallii. Etiam extincta re extinguitur priuilegiū reale.16.quæſtio.7.& hoc diximus in capitulo Abbatem, in fi.de verbo.ſignifi. & gl. in regula, priuilegium, de reg.iur.lib.6. Itē priuilegiū perditur propter ſex, vt in gl.vnica,in fin.in cap.renouante. diſtiu. 22. & eſt duplex priuilegium, ſcilicet generale, & ſpeciale. Generale eſt quod commodi.

corporis vel collegio conceditur, vt in ca. cũ & plãtare. eo. ti. vel vniuerſitati, 17. q. 4. ſi qu s ſuadente. Et quod conceſſum eſt fratrib. & eccleſijs circa contractus vel quaſi & circa iudicia. Item, qđ conceſſum eſt mulierib. circa fideiuſſores. Speciale eſt, quod perſonæ conceditur, & illud extinguitur cũ perſona. 7. q. 1. petiſti, & regula priuilegia. &c.

Priuilegiarius dicitur, cui priuilegium indultum eſt. l. ſi ventri. de priui. cred.

Pro, & propter differunt, nam aliud eſt ſoluere pro debito rib. aliud propter debitores no. in l. dominus Sticho. ff. de pet. leg. item pro, ſignificat cauſam finalem, ꝓpter verò cauſam pulſiuam, ut d. l. dominus.

Proaſtia appellantur ſuburbana, quæ pulcherrimè conſita à dño, nõ tã vtilitatis, q̃ voluptatis cã hñt. Meminit huius dictionis Iuſtinia. in auth. de alie. & emphy. §. 1. licet corrupiè impreſſum ſit proauſtria proaſtia.

Proauus dicitur pater aui, vel auiæ, & proauia, mater aui vel auiæ. l. Iuriſconſ. §. tertio gradu. de grad. affi.

Probatę caſtitatis dicitur, qui non manifeſtè apparet incontinens. cap. à multis, de ætate, & qualitate.

Probatio, ẽm Azo. eſt rei dubiæ per argumenta oſtẽſio. ſed hæc diffinitio ẽm Goff. locum ſolum hẽt in his, q̃ probantur pro inſtantia diſputationis, non autẽ in iudicio, vbi probatio fit ꝑ teſtes, & inſtrumenta, plerũque per iudicia & præſumptiones. Vel ꝓbatio eſt rei dubiæ in iudicio legitimè facta declaratio. Et nota, ꝙ probatio fit multipliciter. Primò ꝑ aſpectũ, vt in notorio, qđ probatur per facti euidẽtiam. ca. euidentiã, de accu. c. propoſuiſti, de probatio. ff. de vent. inſpi. l. 1. in prin. 16. q. 3. inter memoratos. Itẽ in ætate, ut l. minor. ff. de mino. Secundò fit per teſtes plures, vel per unum cum aliis præſumptionib. vehementius. Tertiò per inſtrumenta. Quartò ꝑ confeſſionẽ. Et ibi quatuor modis ponuntur in capi. cum ad ſedem, de reſt. ſpo. Quintò fit per ſcripturam antiquorum librorum ca. cum cauſam eo. ti. Sextò ꝑ violentiam pręſumptionis. 32. q. 1. dixit dominus. Septimò per famã cum aliis pręſum-

ſumprionib. c.3. loco.eo.1. Octauò per iuramentū. Et no. ſoli ſacro creditur, qn̄ de cōſcientia alicuius quæritur ſiue dubitatur. de ſen. excō. ſi uero aliquis. Item probatio teſtib. & fide tabularum conſtat. cap. forus, de ver. ſignfi. vide Goff. eodem tit. §. ſpecies probationum.

Probatoria, vel ꝓbatoriè officiorum ſunt documēta ad probandum aliquem eſſe priuilegiatum ad efficium aliquod authoritate Imperiali, vt pōt colligi C. de diuer. of. l. probatorias, li. 12.

Proconſul dr̄ iudex ordinarius, & eſt à populo conſtitutus, non à principe delegatus nec ab alio, ſed ſm̄ Imperatoriā maieſtatem creatus, cuius officium erat in prouinciis dirigi, ſ. in regno tributariis, vt per eū ꝓuinciales ſua negotia expedirent. Hic vero plurib. non poteſt vti faſcib. quàm ſex, & in prouincia ad eum ꝑtinebat, vt ad quoſcunq; magiſtratus reſpiceret. ff. de of. proconſ. l. proconſules.

Proconſulis legatus eſt, cui ꝓconſul prouinciam ingreſſus mandat iuriſdictionē.

Procurator eſt, q aliena negotia mādato ſibi à dn̄o facto gerenda gratuitè ſuſcipit plura vel vnū. ff. de neg. geſ. l. 3. §. negotia. & ff. vī bono. rap. l. 2. §. qđ ait. Et dr̄ gratuitè, q: ſi interuenit merces, non eſt procurator, ſed locator operarū. Dr̄ mādato dn̄i, ad excludendū tutorē, curatorē, collagia, & prælatos eccleſiarū, qui ꝓcuratores conſtituere non poſſunt, ſed ſyndicū vel actorem. Et quæ ſit differentia inter procuratorem & ſyndicū, actorem, & vicedominum, notatur de ſyndi. c. 1. de off. ord. cum vos. Et conſtituitur de mandato generali vel ſpeciali. ff. e. ti. l. 1. & ff. mā. l. ſi remunerandi. §. 1. Vel ſic. Procurator dr̄ is, q in iudicio, vel extra mandato dn̄i negocia miniſtrat agendo vel defendendo. l. 1. §. j. ff. e. ti. inter quē & aduocatū hæc eſt dr̄a, quia procurator cauſā abſentis tractat, aduocatus uero cām ꝑſentis, vterq; tn̄ poſtulare dr̄, vel ſm cano. Oīs adminiſtrator ritè dr̄ ſeu vocatur procurator, vt 1 q. 3. ſaluator. Nam procurator eſt nomen generale ad quemlibet adminiſtratorem, perſequentia, quæ traduntur in cōſtitutione reſtringitur

gitur ad id, de quo agitur. Opportet ēt officiū procuratoris eſſe gratuitū, q̃ ſi qui recipit, facit contra bonos mores, & hoc intelligitur, q̃n paciſcitur, vt habeat certam partem eius, de quo eſt qō, ꝙ nō licet, poteſt tamen licitè recipere ſalariū pro labore ſuo. Et no. ꝙ duplex eſt procurator, ſ. ad iudicia, & ad negotia, qui differunt in trib. quia primò procurator ad iudicia non cōſtituit procuratorē aliū, niſi poſt lit. conteſt. cùm iā eſt dominus litis, & ante litis conte. alium procuratorem dare non poteſt nec tutorē, niſi ſit procurator in rem ſuam, qui ante & poſt lit. cont. conſtituere poteſt. Sed procurator ad negotia cōſtituere poteſt libere aliū procuratorem quemcunq; vult. c. 1. de procu. lib. 6. Secunda differentia habetur in ca. quid generaliter. in fi. ff. de proc, li. 6. quia primus non datur niſi maior 25. annis, ſecundus vero poſt 17. ann. Tertia habetur differētia, de reſc. c. ex parte decani. Et no. optimam rōnem primæ differentiæ iſtorum procuratorum, quia negotium extra iudicium ſumit originem à miniſtro, & poſtea tranſit dominium. l. q. cunq; gerimus. ff. de actio. & obli. ſed in iudicio negotium originaliter eſt in domino, & poſtea transfunditur in procuratorē. l. ſi procurator meus. ff. de neg. ge. Et dicit Lud. Ro. in ſing. ſuo 115 ꝙ procurator conſtitutus ad agendum cenſetur ēt conſtitutus ad defendendum, vt l. mutus. §. pœna. ff. de proc. Et hoc verum eſt in procuratore actoris, ſecus in procuratore rei, qui licet ſit conſtitutus ad defendendū non tamen ad agendum. Et dicit idem. ꝙ de hoc eſt caſus vnicus in c. conſtitutus, de proc. legiti. penitus incognitus, & etiam nonnullis canoniſtis, & dicit eſſe mirabilem tex. benè menti tenendum.

Procurator Cæſaris eſt, q̃ ex mandato Cæſaris cauſas, & negotia agit. Et quæcunq; acta aut geſta ſunt à procuratore Cæſaris, ſic à Cæſare comprobantur, atq; ſi ita à Cæſare geſta eſſent. Et ſicut ad procuratorem Cæſaris tantum rerum pertinet adminiſtratio, ita ad iuridicū Alexandriæ iuris tantū, & nō rerū ſpectat ſolicitudo, vt

vt ff. de offi. proc. Cæſ. l. 1.

Procuratorium, & mandatũ differunt, ſicut etiam eſt dñia inter literas procuratorias & literas de rato, de hoc vide de reli. do. c. cum dilectus, in gl. 1. de off. de. le. c. coram. Et no. procuratorium mandatũ debet fieri legaliter, ad quod quatuor exiguntur. Primũ vt dirigatur aduerſario, cui ẽt mandati reuocatio eſt inſinuanda, vel ſaltem iudici cui fides eſt faciẽda. Scd̃m vt contineat nomina inſtatuentis, & inſtituti. Tertiũ nomẽ iudicis, corã quo ꝓcurator dẽt experiri. Quartũ cãm in qua dũ corã iudice eodem plures cauſas habet inſtituens, quod à notarijs bene eſt notandum.

Prodigium quod eſt, notaẽ. ff. de ſta. ho. l. non ſunt liberi. C. de poſth. hęr. inſt. l. 3. & l. portentũ. ff. de verb. ſig.

Prodigiũ neutri generis eſt cibus, q̃ infra proximos dies prodigatur, ideſt conſumatur, & ipſis prodigis cũ intedicitur eis bonorum adminiſtratio, plerumque à fiſco præſtatur, vt ff. de offic. præſ. l. plebiſcito. Et Accur. in gloſ. 3. l. quæcunque ꝓ reliquis prodigorũ. C. de fid. inſtr. lib. 10.

Prodigus eſt, quinecque tempus, neque finem expenſarũ aduertit, neque modũ. ff. de cu. fu. l. 1. ſed bona ſua dilapidando, & diſſipando profundit, cui interdicitur bonorum adminiſtratio à iudice, per l. 12. tabu. vel aliàs à lege, vt quia in l. Iul. maieſt. commiſit, vt C. ad l. Iul. maieſt. l. fi.

Prodigus dr̃ ille, qui in ſe tantum prodigalitatẽ exercet, in ſe delinquit, ſm Bald. in ſing. in l. 1. §. exigitur, ff. de bo. poſ. cõt. tab. ex quo deprehenditur, ꝙ quis ſit ꝓdigus. Bar. in l. qui habet in prin. de tut. & in l. is qui §. 1. ff. de tut. & cur.

Prodigus famæ ſuæ dr̃ q̃s q̃n non curat de infamia, turpiter viuendo, & talis negligens famam ſuam crudelis eſt c. nolo. 12. q. 1. Pan. in c. Prælatorum. in 2. no. de accu.

Proditor eſt ille, qui ſecreta ſibi cõmiſſa reuelat. de pæ. diſt. 6. ſacerdos, & de pęni. & remiſſ. omnis vtriuſque. Et de multiplici ſpecie proditorum, no. in c. clericus, 46. diſtinct.

Profectitia dos, q̃ dicatur, explicat diffuſiſſimè Vlp. in l.

pro-

profectitia. de iur. dot.

Profectitium peculium, vide peculium profectitium.

Profiteri indicium, eſt vltro ſe conſortesque criminis deferre, auctor Bud. in l.1. ad l. Corn. de ſicar.

Progener eſt maritus neptis.

Prognatus eſt, qui vocatur ab nepos, quaſi procul a me natus, q.a ī quarto gradu. Iuſtinianus verò in §. 2. Inſt. de hære. quæ ab inteſt. vſus eſt prognatus, pro ſuo ſimplici, quod eſt natus, videturq; hoc verbum ad omnes deſcendentes exceptis filijs pertinere, quam porro, ſeu procul natos, ſicuti & verſa vice primogenitores pro, quibuſcunq; aſcendentibus accipiuntur.

Programma ſēm quoſdam dicitur præcedens ſcriptura, quæ per plures prouincias ſiue loca deſtinatur. Sed ſecundum Azo. in ſum. C. eo. tit. eſt ſcriptura publicè propoſita, vt ibi dicitur in §. mutationes.

Progrāma inquit Alc. li. præter. i. in hac ipſa dictione, græca vox eſt, ſignificatque in iure, quod latine appellat Vlp. proſcriptionē, ti. de inſt. act. Capitur, & pro edicto, vt in vita Auidij Caſſi Imperatoris legitur.

Prohæres eſt, qui putat ſe hæredem eſſe, cum non ſit. l. pro hærede. ff. de pet. hære.

Proiectum dr̄ quoddam genus ædificij, quod nulla columna ſuppoſita, ita ædib. appendet vel mœnib. vt terram nō tangat. Et alio modo dicitur appendix.

Proles propriè ea dr̄, quæ eſt ex iuſtis nuptijs. in auth. de nup. in prin. col. 4.

Proluſorium iudiciū ait Bud. appellari cauſam præiudicialem, qua. ſ. quaſi aditus ad aliud iudiciū aperitur, cuiuſmodi eſt actio ad exhibendū, & querela inoff. teſt. illa enim viam, vt ita dixerim, ſternit ad rei vendicationem, hęc verò ad petitionem hæreditatis.

Prolytæ appellabant olim diſcipuli. qui 5. ann. viri operam dediſſent in proœ. ff.

Promercale dicitur, quod præter vſus vendentis venale exponit, l. quod ſi. de imp. in reb. do. fac.

Promiſſio, & repromiſſio ſic differant, qui promittēdo negotium inchoamus, ſed repromittendo adimpletū conſolidamus. Et eſt ergo miſſio quaſi iterata ꝓmiſſio, vt res magis ſit ī ſecuro ſicut

ſicut fit in acto, vbi fideiuſſio īteruenit. Nā debitor ꝓmittit, & fideiuſor reꝓmittit, vel potius, & melius fideiuſſor ꝓmittit, ſed debitor viceuerſa q̄ plu. reꝓmittit.

Promiſſionē cōmitti dicimus qn̄ peruenit in eū caſum, vt ex ea aliquid peti poſſit, v. g. ꝓmiſi tibi equū, ſi nō darē eū eo die, promiſi me tibi daturum c. aureos, ſi modo eo die non darē tibi equū, cōmittit̄ promiſſio, vel ſtipulatio c. aureorum.

Promptuariū appellat̄ locus, in quē reponunt̄ edulia ad vſus quotidianos parata.

Promulgare legē eſt eā cōdere, & conditā recitare, proferre, ꝓnuntiare, patefacere, ꝓdere, vel manifeſtare.

Promulſidariū poculum mulſo bibendo aptum. l. & ſi. de au. & arg. leg.

Pronepos, eſt filius nepotis ſicut proneptis eſt filia nep.

Pronūtiare, propriè dicimur quod viua voce, & memoriter proferimus, Sed cum dr̄ iudicem pronuntiaſſe, la ram ab eo ſententiam eſſe oſtendimus pronuntiatum de verb. ſig. vbi Alc.

Pronurus dr̄ vxor nepotis.

Proęmiū eſt ſermo gn̄alis præambulans in principijs librorū oñdens in gn̄ali, quæ poſtea cōtinent̄ in ſp̄āli, interdū alia pleraq; complectēs, vt no. Io. And. in exordio cle. ſpper ver. quoniā.

Propatruus frater eſt proaui.

Properè ꝓpriè. i. nimis cito.

Propinquorū verbo, qui continéantur, docet Bar. in l. fi. C. de ver. ſig.

Propria cauſa quæ dicat̄. tradit Vlp. in l. j. §. in propria, quando app. ſit.

Proprietarius idē ē, ꝙ dn̄s ſ. q cuiuſq; rei proprietatē hēt.

Proreta q prorę nauis præeſt.

Prorogare eſt ꝓlungare, ꝓducere, vel primū tp̄s extēdere ff. de iu. l. 2. de of. d le. p. & g.

Prorogatio fit tpe ad tp̄s, ca. de cauſis, de of. del. & fit ēt de re ad rē. ff. de iu. l. de aqua re. §. 1. & c. cū olim. de of. dele. verſus fi. Itē de perſona ad perſonam ēt altera parte inuita c. j. de alie. iu. mu. cau. fac. Itē fit de iudice ad iudicē, ff. de iud. l. 1. vbi no. ꝙ fundamentū prorogationis eſt iuriſdō, ergo in iudicem non hn̄tē iuriſdōnē nō p̄t fieri ꝓrogatio, qa nō entis nō ſunt qualitates. l. eius, q in prouincia. ff. ſi cert. pe. & c. ad audientiā. 2. in fi. de eccl. æfi. aliud fundamentum eſt conſen-

ſus partiũ, nã ſi eſſet error, vel titubatio, non fieret ꝓrogatio.l. fi. de cond. inde. metus enim & error excludunt prorogationẽ.l. 1. ff. de iud. quia error excludit conſenſum, qui eſt cauſa prorogationis.

Proſcenium locus ante ſcenã ludicris exercẽdis paratus.

Proſcriptio ẽ aduerſus abſentẽ iudicialis pronuntiatio, vt in poſterũ ꝓcul agat.i. maneat ab imperio,& talis cõtra quẽ fit pronuntiatio talis,& eius bona palã,& apertè ſcribunt̃,dr̃ ꝓſcriptus & debent oĩa bona ſcribi, & de ipſis inuentarium fieri continẽs tam mobilium & ſe mouentium diuerſas ſpecies, & qualitates quàm immobilia, vt menſuram agrorum, & numerũ vinearum, quãtum ſit in vineis, oliuetis, arbuſtis,aratorijs, & paſcuis. Hãc proſcriptionem græco vocabulo dicimus pragmaticam quæſtionẽ licet aliqua ſignificatione,quæſtio tormentum dicatur, quia tormẽtis cõiter veritas inqr̃itur,quare tortores dñr quæſtionarij, vt infra de quæſtionibus.

Proſocer dicitur mariti auus.

Proſocrus eſt vxoris auia.

Proſpectus,& lumen quomodo differant vide,l. lumen. ff. de ſer. vrb.præd.

Proſtaſia, vel ꝓſtaſia genus eſt præfecturæ.l. nec. C. de mun. patr. vbi ſecundum Alc. ſumitur pro munere, & offi. eius magiſtratus, q̃ præerat ſacris.

Protecta, partes ſunt domus ꝓ minuente,qualia sũt podia penſilia, vnde aſpectus ẽ nobis in plateas, & vicos.

Protector eſt, q̃ ſtat armatus, cũ principe, vt Obius,& Biliſarius erant domeſtci, & protectores Iuſt. ſ̃m Acc. ĩ rub.C.de do.& protec. per totum lib. 12.

Proteruia ẽ crudelitas vel terribilitas, ſecundũ Io. And. in cle.vnica. de fo. cõp. vbi alleg. Græciſmum dicen. Improbus eſt aliquis verbis,factiſq; proteruus.

Proteſtatio nihil aliud ẽ, quã aĩ agẽtis expreſſio.c.cõſulti.extra de re. & l. ſi duo, §. cum inquilinus.ff.vti.poſſ. Quid ſit proteſtatio.quotuplex ſit, quid declaratoria, cui ſit facienda, quis poſſit proteſtari, qualiter, vbi, & qñ fieri dẽat,quis ſit eius effectus an requirat̃ cõſẽſus ꝓteſtati, & multa alia no. & bubitabilia in hac materia

ria plenius quã alibi, vide p Bar.in l.nõ ſolum.§.mor te.ff. de ope.no.nun. & in l.j.eo.tit.in quib.locis vide plene Ale. & alios Doct.

Prothyrum, & hypothyrum valuarium hiãs cauitas appellari põt,nã ipſa oſtiorũ latera antas dicimus, & in hac ſignatione accipitur.à Põp.in l.pe. ff.de ver. ſig. & ab Vlp.in l.q̃ſitũ.§. Papi.ff. de fun.inſtru.Vitruuius tñ ſcribit pthyra,pe.correpta eſſe veſtibula in domorum ianuis, nã græcis thyra ianuis, & p ante interpretat̃

Protocolum applellatur ſcriptura tabellionis, ĩqua breue annotat̃ actus geſti ſubſtantia,& deinde extẽdi. atque abſolui poſſit.

Pro tutore ſe gerere dr̃,q mu nimine tutoris fungitur de iure,ſiue putet ſe tutorem, ſiue ſciat ſe non eſſe, fingit tamen ſe eſſe.

Prouincia diuerſimodè conſiderat̃ & diſtinguit̃, nã ĩ materia præſcriptionum diuerſæ ciuitates, in q b.hñr, & exercentur diuerſæ iuriſdictiones ſeparatæ,dñr puinciæ, qñq; diuerſitas archiepiſcoporũ facit aliã puinciã:& ſic puinciæ qñq;mo dicũ diſtãt,vt Piſana,& Florentia, qñq; diſtinguuntur puinciæ medio freto, vt Gallia, Hiſpania, Sicilia, & ſic ſumitur diſtinctio p uinciarũ,3.q.3. §. ſpatium vbi dr̃,ꝙ ad producendũ teſtes de eadẽ prouincia,dantur tres menſes,de cõtigua ſex. & de tranſmarinis nouẽ mẽſes,de hoc in c. vltra tertiam de teſti.ẜm Inno. Hinc prouinciales,q in p uincia orti ſunt, vel domicilium habent,l.prouinciales vbi Alc.de verb.ſig.

Prouiſio, electio, poſtulatio differunt.de elec.c.1.lib.6. & prouiſio eſt latũ verbum qđ comprehendere põt no minationẽ,poſtulationẽ, p̃ſentationem, & collationẽ vt eſt gl.in clem.ſi.de elec. quæ alleg.iura concor.

Proxeneta eſt paranynphus, ideſt media pſona,p quam aliquis contractus celebrãdus,aut ineundus procurator, & talis procurator in ſponſalib.dr̃ paranymphus qui explorat voluntatẽ hominum,qui & cũ q b velint cõtrahere, & q̃ ſit facultas contrahentiũ,vł cõtrahere volentiũ,cuiꝰ remuneratio, vel merces dr̃ proxeneticũ. Et conſiſtit offm̃ eius circa amicitias cõplẽdas, & cir-

ca aſſeſſores cõquirẽdos ordinarijs iudicib. vide. ca. 2. de hoc ĩ gl. 2. de teſtib. li. 6.

Proximus eſt quem nemo p̃cedit. l. proximus, ff. de verbo. ſig. ẽt ſi ſolus ſit, vt l. proximi. eo. ti. Item proximi sũt non illi tantũ, quos nobis ſanguinis gradus iũgit, ſed oẽs homines naturę noſtrę participes. c. charitas. verſi. Item non illi. de pœ. di. 2.

Proximi ſacrorum ſcriniorũ, require ſupra in ver. præpoſiti ſacr. ſcrin.

Prudẽtia eſt carnalis concupiſcientia. 32. q. 1. non. u. Alibi appellatur malitia. de deſp. imp. c. de illis 2. ſic ẽt in delictis de delict. pue. c. pueris. de ſpon. imp. c. tuæ in glo. 3.

P *ante* V.

PVberes à pube, i. à pudendis corporis ſunt dicti. Et dr̃ eſſe pubes, qui iam compleuit. 14. annum, ſi eſt maſculus, & generare poteſt, & 12. ſi eſt fœmina. c. puberes. de deſp. imp.

Pubertas in maſculis incipit poſt 14. annum completũ in fœminis paſt 12. vt Inſtit. q̃b. mo. tut. fi. in prin. Sed cũ ſit mẽtio de pubertate plena, variis modis interpretari ſolet, prout materia de qua agitur ſuadet, vt notabiliter tradit glo. in §. minorem. Inſt. de adop.

Puqlica propriè dicũtur, quæ populi Rom. ſunt: nã bona ciuitatũ abuſiuè publica dicta ſunt. l. bona. de ver. ſig.

Publica iudicia ſunt quaſi popułica, q̃a cuilibet de populo p̃miſſa ẽ eorũ perſecutio vt ſupra priuata delicta.

Publicani dñr, qui publica vectigalia adminiſtrant, vnde eorũ nomen deſcendit ſiue ad hoc conſtituti, vt publica vectigalia exigãt ſiue tributa cõducant. ff. de pu. & vect. l. j, nã ẽt dñr vectigaliũ conductores fiſci, vel rerũ publicarũ, & qui lucra, vel publica negotia ſæculi ſectantur ibidẽ l. 3. Aliter publicani dñr, q̃ publicè peccant, vt in Euang. Luc. 18. cap. de Phar. & Public.

Publicaria dicuntur ea, q̃ ob aliquod delictum ſic enorme in publicum ærariũ deuoluunt̃, & inde dicitur publicatio bonorum.

Publicarij dñr, qui ob aliq̃d delictũ ſic enorme in publicum erariũ deuoluuntur.

Publicæ honeſtatis iuſtitia eſt ꝓpinquitas ex ſponſalibus pro-

prouenienſ,robur tahẽs ab eccleſiæ inſt. pp honeſtatẽ. Non enim eſt honeſtum, vt q̃s eam ducat quã ſuus cõſanguineus deſponſauit. c. ad audiẽtiã, & c. ſponſam de ſpon. vnde huiuſmodi ꝓhibitio non conſurgit ex cõſanguinitate, nec affinitate cõtracta ex nuptijs cõſumatis: ſed ex quodã publica æquitate inductum, eſt hoc ius prohibẽs matrimonium cõtrahi, & cõtractũ dirimens. Et no. ꝙ ideò dr̃ publicæ honeſtatis iuſtitia, q̃a in matrimonijs non ſolum, quod liceat, ſed qđ honeſtum eſt cõſideratur. ff. de ritu nup. l. ſemper, & oritur ẽt ex ſponſalib. q̃ de iure non ſortiũtur effectũ vt in c. ad audientiã, prę al. ſecus, in matrimonio, quia affinitas nõ cõtrahitur ex nuptijs ĩterdictis, vide Gof. in ſum. de ſpo. vbi dr̃, ꝙ ſm quoſdam in nullo caſu locum hẽt hodie publicæ honeſtatis iuſtitia, niſi in ſpõſa fratris, de qua in ueteri, & nouo teſtõ ꝓhibitũ eſſe vr̃, quã ſponſam fratris frater hr̃e non põt. d. c. ad audientiã. cũ conc. in gl. & rõ ne, dñr, q̃a ſublata eſt in eo caſu in quo de maiori ęqui tate locũ habuit. ſ. in ſobole ſuſcepta ex ſecundis nuptijs cognationi viri non copulãda prioris, vt de con ſang. & affini. non debet, ideo, & in aliis reuocata videtur, quia de ſimilibus idẽ eſt iudicium, vt ibi.

Publiciana actio. Req. ſup. actio publiciana.

Publicũ abſolute, q̃nq; capiẽ pro vectigali, vt tradit Bude. ĩ anno. ĩ Pand. vbi vide.

Publicum ius eſt, quod principaliter ſpectat ad publicã vtilitatem. Req. ſupra ius publicum.

Publicum munus quid ſit, explicat apertiſſime Pomp. in l pupillus. de verb. ſign.

Pueri dñr filij, nõ filiæ. Secundò dñr oẽs ſerui pueri, etiã ſexagenarij. Tertiò dñr omnes, q̃ ſunt in ætate puerili. ſ. mares à ſeptennio vſque ad 14. annũ, & puellę vſq; ad 12. annũ. ff. de ver. ſign. pueri. de æta. & qual. ex rõne in gl. Qũ tñ legãtur pueris alimẽta, pueri, & puellę dicunẽ vſq; ad 30. annũ. ff. de ciba. & alim. leg. l. Mela.

Puerpera eſt, quæ parit in annis puerilibus, vt inquit tex. in cap. puberes. de deſpon. imp.

Pugiles dicuntur qui pugnan

di arcem norunt.

Pugillares, i. tabulæ cereę, l. in cõmodato, §. ſicut autem, ver. ergo ſi pupillares, ff. commodati.

Pulſare differt a verberare, quia pulſamus ſine dolore, ſed verberamus cũ dolore.

Pupillus dr̃, qui cũ impubes eſt deſinit eſſe in ptãte patris aut morte patris, aut emãcipatione, & ſic pupillus dr̃ ẽt ſi habet patrem, l. pupillus, ff. de verb. ſign.

Pupilla ſiľr dr̃ infra annos pubertatis emancipata, vel morte patris deſinẽs eſſe ĩ ptãte eius, ſ. 12. annorũ ſicut pupillus inf. 14. annũ.

Pupillaris ſubſtõ dr̃, q̃ fit impuberi ĩ euẽtu mortis eius in ætate pupillari. vide infra, ĩ ver. ſubſtitutio pupil.

Pura ſtipulatio, vide infra, in ver. ſtipulatio pura.

Purus locus dicitur, qui neq; ſacer neq; ſanctus, neq; religioſus eſt, l. 2. ff. de relig. & ſump. fun.

Purgare, huius verbi ſignificatum, vide in l. j. §. purgandi, ff. de riuis.

Purgatio eſt de obiecto crimine innocentiæ oſtenſio. Et eſt duplex, ſ. canonica, quæ fit per iuramentum, & hæc approbať, & vulgaris, ſ. q̃ ſibi vulgus inuenit, & hęc fit per ferrũ cãdens, p duellũ p aquã frigidã ſiue bullientẽ, & hęc reprobatur, vt eo. ti. c. ex tuarũ, & p totũ, eo. ti. 2. q. 4. mennã. Forma autẽ purgationis hęc eſt, ꝙ ĩfamatus iurabit ſe immunẽ eſſe a crimine quo infamať, & cõpurgatores iurabũt illũ verũ ſe credere iuraſſe, c. quoties, & c. vlt. eo. ti. Aliter aũt deponere non dẽnt, ne ſubeãt anceps piuriũ, ff. de in lit. iur. l. videamus, & numerus cõpurgatorũ hř, 2. q. 4. oĩb. vobis, & c. p̃sbyter ſi a plebe. Hodie numerus cõpurgatorũ arbitrarius eſt, ĩſpecta pſonæ qualitate, & infamię quãtitate, c. cũ in iuuentute, eo. ti. Et hæc de forma purgationis canonicę. Sed de purgatione vulgari patet ĩ eo. tit. per totũ, & 2. q. 4. monomachiã. c. mẽnã, & c. cõſuluiſti. Et eſt triplex rõ quare hmõi purgatio ꝓhibeť. Primò, qa hęc facta sũt ĩuidia fabricãte, vt in c. mẽnã, p̃al. Secũda, qa Deus in eo tentari vř. vt in eo. tit. c. vlt. Tertia, qa vt plurimũ ĩnocẽs cõdẽnať, vt in c. ſignãntib. eo. tit. Deus aũt tentari nõ debet, 22. q. 2. quæritur,

Purpuræ appellationeq; con tineantur, declarat Iuriſc. in l.ſi cui lana.§.vlt.de le.3.

Purpurarij, qui purpuras capiunt, vel qui purpura tingunt aut negotiantur.

Puſtulatum aurum vel argentum, vide ſupra, in ver.argentum poſtulatum.

Puteal eſt illud quo puteus cooperitur.

P ante Y.

PYctacium eſt ſcriptura cõ tinens petitionem alicuius, cap. pyctacium.30.q.3. vel dicitur breuis ſcri. quæ in Tuſcia dicit apodiciũ. C.de ero.mil.an.l.actuarij. lib.12. & glo.in c.ſi quis Papa.79.diſt.

Pyrrhicharij ſiue purrhicharij dicuntur ſaltatores armati, vt author eſt Bud. in l. Athletas, de ijs qui not. inf.& in l.aut.de pęn.

Pytiocampæ ſunt ęrucę in pinu naſcentes, annumerantur a Iuriſconſulto inter venenata.l.3.de ſicar.

Q ante V.

QVa, pro quatenus.l.pretia, ad l.Falc.aliquãdo ſignificat idem quod per quam partẽ,l.j.de mor.inf.

Quadrans eſt quarta pars aſſis, qua perficiuntur tres vnciæ. Alia nomina require ſupra, as.

Quadratarij dicũtur marmorarij,q̃ marmora ad amuſſim quadrant, l.j. C.de excuſa.artif. vbi Alc.

Quadripendium eſt as quadriplicatus,l.48.

Quali, qui ſint. exponit Vlp. in l.ĩſtrumẽta,de fun.inſtr.

Qualiſqualis, pro qualiſcũq; l.reſcriptũ, de diſtr. pig. ſic qualiterqualiter pro qualitercunque,i. qui fundum, quem mad. ſer. amit.

Quàm citius, hoc tẽs eſt arbitrium boni viri, cũ lege vel canone non terminetur.

Quamdiu, hæc dictio quando inducat conditionem, vide Bart.in l.1.de condi.& demonſtr.

Quamuis, hæc dictio habet ampliare ad maiora expreſſis.clem.j.de re iud.

Quanti ea res erit, & quanti eam rem eſſe apparet, inter hæc verba nihil intereſt, & vtraque harum clauſularũ ad veram rei æſtimationẽ refertur, l.inter hæc verba, de verb.ſign. vbi Alc.

Quantominoris actio. Req.ſupra, Actio.

Quantominus, hęc verba quo modo intelligenda ſint, vide l. ſi ita à te, de verb. ſig.

Quartarum tres ſunt ſpecies, vna eſt debita iure naturæ, quæ dicitur bonorũ ſubſidium, quæ hodie eſt aucta ad trientem, & ſemiſſem ſecundum numerũ filiorum vnde. Quatuor aut infra dant natis iura trientem. Semiſſem verò dant natis quinque vel vltra. Alia eſt Trebellianica, tertia Falcidia, de quib. in ca. Raynutius, de teſta. in glo. ſup ver. quartã partẽ. & in c. ſi pater, eo d. ti. li. 6. Et differunt Trebellianica, & Falcidia in hoc, qa teſtator poteſt auferre Falcidiã, & grauare hæredẽ, ꝙ ipſam non detrahat, Trebellianicã verò nõ põt interdicere ſibi.

Quaſi, qñq; eſt expſſiuũ veritatis, vt Io. j. Quaſi vnigeniti à patre c. parochianos. de deci. vbi gl. & ff. ex q cau. maio. l. ait prætor §. itẽ ei.

Quaſi caſtrẽſe peculiũ vide ſupra, peculiũ quaſi caſtrẽſe.

Quaſi ſnĩa eſt, ſi qs in iudicio confiteat̃ ſe furem, ſecus ſi extra. & cùm quis pręmiſis actionib. quæ naſcuntur ex delicto, non eſt damnatus, ſed ipſe dedit, vel dare dẽt pecuniam, ne cõueniat̃ illis actionib. & præſumit̃, ꝙ illud facit ex cõſcientia delicti, excuſatur tñ ibi cum iuſſu prætoris cũ eo tranſigit̃.

Quaſi Seruiana, vide Actio quaſi Seruiana.

Quatenus facere poſſit, ſi qs iuxta hãc formulã cõdẽnet̃ non totũ qđ hẽt exorqndũ eſt, ſed hẽnda ẽ rõ ne egeat l. ĩ cõdẽnatione. de reg. iur.

Querela ẽ ius qđdã reſcindẽdi teſtm̃ vel donõnẽ, vel dotẽ ĩ totũ captã, & competit reo ex his, q̃ acta sũt, vel in parte. Nõ. n. eſt ꝓpriè actio, qa nõ agit̃, vt, qd deẽ vel pſtet̃, nec ꝓpriè accuſatio, qa nõ accuſat̃, qs vt puniat̃ in corpore, ſed obtinet mediã viã & aperit viã ſuccedẽti, ſm̃ Azo. in ſum. C. de inof. teſ.

Querela inofficioſæ donõnis inducit̃ ad inſtar inofficioſi teſtĩ, & cõpetit liberi. vel parentib. à debito bonorũ ſubſidio excluſis. Eſt. n. cã hui⁹ q̃relę, iniqua excluſio à debito bonorũ ſubſidio & dat̃ cõtra illos q̃b datũ eſt ĩ immẽſũ, ſm̃ Azo. C. eo. tit.

Querela inofficioſę dotis inducit̃ ad ĩſtar donõnis inofficioſæ, & cõpetit filiis cum matre, cũ oĩa vel pene oĩa ĩ filiorũ fraudẽ dedit ꝓſe vel

filia vel muliere alia, ſecũn dum Azo. eo. tit.

Querela inofficioſi teſtamenti datur omnib. qui tempore mortis imminentis ab in teſtato poſſunt ſuccedere exhæredatis vel præteritis contra ſcriptos hæredes vel fideicommiſſarios.

Qõ eſt inquiſitio veritatis per tormenta, ſm Azo. in ſumma, e. ti. vel eſt oratio interrogatiua. Alia ſignificatione idem eſt quod tormẽtũ veritas inquiritur, vt cũ ſeruus torquetur pro crimine fraudati cenſus, aut læſæ maieſtatis, vt de dño dicat, quæ nouit, ita capitur pro tortura. l. item, §. quæſtionem, de iniu. & l. 1. §. quæſtionẽ. ad Syll. inde qõnarii, & dicuntur tortores.

Qõ mergens dr̃ ea, quæ proponitur ex his, quæ emergunt in lite, vt ſi quæritur an iſte poſſit teſtari, vel an danda ſit dilatio, vel conſimilia. Qõ incidens dicitur illa, quæ ante litem cœptã competit reo ex his, quæ acta ſunt inter reum, & actorem, vt datum de non petẽdo rem iudicatam.

Qõ mota dr̃, qñ q̃s vocatus eſt per excep. vel ſupplicatum eſt, i. datus libellus: argu. l. ſi quis maior. C. de tranſac. vel fortè verius per litis cõteſt. l. amplius, ff. rẽ ra. ha.

Quæſtio poſſeſſionis eſt, in qua de ſola poſſeſſione cõtrouerſia vẽtilatur, extra, de ord. cog. c. ſup ſpoliatione.

Quæſtio ꝓprietatis eſt, in qua de ſola proprietate, hoc eſt de dñio vel quaſi dñio, eſt quæſtio. de cauſa poſſeſſi. & proprie. cum dilectus, & dico quaſi dominio, pp res incorporales, quæ non poſſidentur, vt in ſpiritualibus inſtit. de rebus corpo. & incorpo. § incorporales.

Quæſtio ſtatus mouetur cum quis vẽdicatur in ſeruum. C. de aſſer. toll. l. vnica. in prin. & 45. diſt. frequens.

Quæſtor, i. cancellarius. l. fi. C. de diuer. reſc. & in auth. de exhib. reis, §. quia uero. Et notat. qđ trib. modis dr̃ q̃ſtor. Primò ille, q̃ quærebat pecunias tributorũ p mundũ, & ſeruabat. Secundò ille, q̃ præerat capitalib. cauſis. Tertiò, q̃ ſtabat ut legeret libros, q̃ cãdidatus principis dicebatur. l. 1. de offic. q. quomodo in proœ. inſtit. ſumitur, & not. ꝙ ſm primũ modũ dictũ in iure variis nominibus nuncupat, ſcilicet ſuſceptor, & opinator,

tor, vt C.de ſuſc. & archi.l. niſi opina.lib.10.

Quæſtores illuſtres ſic dicti ſunt eo, q; pecuniæ publicæ quærendæ per mundũ, & conſeruandæ, ſiue congregandę curam,& ſollicitudinẽ haberent,& ad hoc creati erant.Et dicebantur quæſtores ærarij ab ære, i. pecunia dicti, ff.de inde.rebus,poſt prin.

Quæſtores patricidij dicũtur qui cauſis capitalib. præfecti vel præpoſiti erant,ff.de orig.iur. l.2. §.præal. Inde ex quæſtor. i.extra quæſturam poſitus.

Quęſtores ſacri Palatij dñr in Palatio principis,qui libris principalib. legendis vacabant, non dico ſententijs, quib. illuſtres tantum illas legebant. Vel dicebantur qui idem officium gerebãt in domo Imperatoris. Talis etiam candidatus principis dicebatur,& ſic capitur in proœm. Inſtit. & ff. de off.quæſto. & l.1.in fi. & ff.de origin.iur. & l.2.§.deinde. vide Accur. in gloſ.3. in §. cunque. inſtitutione vbi ſupra.

Quæſtus eſt qui ex opera ſolertia, vel diligentia alicuius prouenit, & ideo hæreditas,legatũ,& donatio nõ cõtinent appellatione quęſtus. l.coram, & l.quæſtus, ff.pro ſoc.& l.aditio,§.j. ff. de acquir.hæred.

Quia, vide in ver.Si.

Quilibet eſt diſtributiuum,vt not. ff. de duo. reis. l. duos reos.Et aliquando ponitur pro aliquis,vt in c.de homine,de celeb. miſſa.

Quincunx, eſt pars aſſis conſtans ex quinq; vncijs,inſt. de hæred.inſt.§. hæreditas.

Quirites ſunt Romani, ſic dicti a Quirino,i.Romulo eorum Rege ſic dicto, vel a quiris,i.haſta, quia magna haſta in bello vtebatur.

Quis vel qui reſtringit præcedentia, ẽt qñque declarat, vt no.in l.j.C.de ſum.Trin. & fide cath. Et refert aliqñ antecedens in genere,C.de iniu. l. dñm, ſicut, & alius, iuxta illud. Et alij duo nequam. Et qui eſt relatiuũ ſubſtantiæ, C. de ſum.Tri. & fi.cath.l.j. in gloſ.

Quiſquiliæ dicuntur ſordes domus mundatæ,quæ ſcopis eijciuntur,ſcilicet lapides,folia,ſtramenta, pulueres,oſſa.

Quò, eſt idẽ quod vt, vt C.de pœ.l.ſi quis in metallum.

Qđ iuſtu actio, Req.ſ. Actio.

Quod

Quod metus cauſa. Require ſupra, Actio.

Qđ vi aut clã. Quorũ bonorũ. Quorũ legatorũ. Require ſupra, de interdictis.

Quominus aliqñ eſt vna pars, & exponi?, i. in præſentia, l. ſi. C. de legi. aliqñ. i. in continenti. l. ſi quaſi, ff. de pig. ac. Aliqñ duæ partes, & exponitur, vt no. in l. quominus, ff. de flum. Aliqñ, i. nõ l. ſi ego, ff. ſi cer, petat. l. cum ipſe, de excuſa. tutor. & l. ſi dolo, ff. de donat. Aliquando exponitur, quo pro vt, & minus pro non, C. ne vxor. pro mari. l. 1. Aliquan do quominus, i. quam, l. liber homo, ff. de verb. oblig. & de hac dictione vide Docto. in l. continuus, in prin. ff. de verb. oblig.

Quondam poteſt ſignificare tria tempora, præſens, præteritum, & futurum, ut no. per gl. l. nec emptioni. §. ſi. ff. de contrahen. emption. & c. cum olim, in princ. de offic. delega. capit. ex parte, de foro compe. Bart. in l. 1. §. hoc autem, col. 1. ff. de no. ope. nunc.

Quoties intelligitur quandiu fieri poteſt id, de quo agiẽ niſi tẽpus fuerit appoſitũ, l. ſicut, ff. quemad. vſusfru. amit. & l. veluti, ff. de eden. & differunt quoties, & rurſus in reiteratione, ut no. in l. fideicõmiſſa. §. ſi qs decẽ, ff. de leg. 3. & per Cyn. in l. i legem, C. de indi. vid, tol.

R *ante* A.

Rabies eſt furor ſiue diſcurſus cum impetu, capitulo de viro, & ibi no. Arc. 12. q. 2.

Rancor, & iniuria differunt, quia licet, iniuriam non teneatur quis remittere, rancorem tñ tenetur remittere. Spec. in tit. de treuga. & pace. verſ. & no.

Rancor eſt vitium carnis, ſicut mucor panis, & acor ui ni. Vnde dicitur, caro ranceſcit, vel rancida eſt.

Rapere, & amouere ita differre Vlpian. ait, ut amoueri aliquid etiam ſine ui poſſit, rapi autem non, niſi cũ ui. l. 3. de incend. rui. naufr. Sed & qui ui adhibita aliquid ſcidit aut fregit alicui rapuiſſe dici poteſt. l. Marcellus, de uerborum ſignifi. vbi Alc.

Rapina eſt uiolẽta rerũ, ut in l. 1. C. vi bon. rapt. ſed raptus ꝓpriè eſt uiolenta receptio mulierum ẜm Goff.

Ra-

Raptor rerum dicitur ille, qui bona aliena vi rapit, & aper tè, ff. ne quis eũ, qui in ius, l. ſed eximendi, & ſic etiam eſt raptor hominum, & maximè mulierum.

Raptor, & fur ex animo dicuntur, inſt. vi bo. rap. in glo. in ver. cõprehendatur, & quo modo diſtinguunt, vide ibidem.

Raptus, tus, tui, dicuntur rerum, vt ff. de incẽdio ruin. naufra. per totum. Et hominũ, vt C. de rap. virgin. vel vidu. leg. vnica, licet quidã teneant contra primum. Et loquitur ſolum de mulieribus raptis à uiris, non de mulieribus rapientibus, viros.

Ratis dicitur nauigium in cõditum, & temere factum, vt trabes connexæ, & ſine fabrica compactæ, quæ nauigij vicem præbent. A rate ratiarius dicitur, vt nauicularius, non opifex, ſed q rationibus negotiatur, ſecundum Bud. in l. 1. de exer. actio.

Ratio ſm̃ Azo. de edendo, eſt ſcriptura cauſa negotiationis mutuæ edita de datis & acceptis, ſecus ſi ibi continetur de pignore tantum, vel de mandato tm̃, vel de conſtituta pecunia tm̃. Aliter accipitur ratio dum dr̃ rationem eſſe reddendam de omnibus, & aliter cùm dicimus, habenda eſt ratio ætatis, & ſimilia, vt in l. in condemnatione, de reg. iu. & l. 1. in prin. de poſtul. nã hr̃e rationem ætatis, eſt hr̃e reſpectum ætatis, i. in conſideratione. Et multum intereſt inter reddere rationem, & edere, nam edere, eſt rationes exhibere, & copiã deſcribendi facere, reddere autem eſt computare, & quod reliquum eſt reſtituere, l. boues, de verb. ſign. argumento extra, de reſcr. ſi quando in verſi. rationabilem cauſam, quia teſtis non valet niſi cauſam ſui dicti reddat, ſi quæratur ab eo. 2. q. 1. in primis. tunc enim ratio ſumitur ꝓ cauſa, ſimiliter ibi. Quod ratione caret, extirpare neceſſe eſt: vt 63. diſtinctione capitulo epiſcopi. Etiam prælatus debet eſſe paratus rationem reddere omni poſcenti. §. eccleſi. in fin. 36. diſtinct. & in l. ſi quis, §. ſed interdum, ff. de religio. & ſum. fu. & intelligitur illud dictum ſi poteſt, qa per impotentiam quandoque non

non eſt omniũ reddẽda rõ ff. de lega. non omnium, & præcipue in arbitrariis, vt qđ Spec. intitulat de teſte, in ſingulari, hoc Grego. 9. de teſtib. ẽm Io. And. ergo dr̃. Sic volo, ſic iubeo, ſic pro ratione uoluntas.

Ratiocinia ſunt rationũ redditiones, ad quas aliquis obligatur ex adminiſtratione rei pub. vel priuatæ, quã geſſit, vñ publica ſunt illa, q̃b. obligatur officialis curiæ ex adminiſtratione aliqua ad rẽ publ. pertinente, vt in l. officialis, C. de epiſc. & cler. Priuata aũt ſunt illa. q̃b. obligantur aliqui ex adminiſtratione rerũ ptinẽtiũ ad priuatos, vt tutores, curatores, vel procuratores gaſtaldiones, & balliui aliquorũ. Vñ obligatus ad ratiocinia, eſt ad rationẽ reddendam alicui aſtrictus.

Rationalis, idem qui logiſta, de quo ſup. ſuo loco.

Rationalis Cęſaris idem eſt, quod procurator Cęſaris, a rationibus gerẽdis dictus vide conſtitutionẽ Græcã. C. de rat. ope. pu.

Raucæ vocantur vermes, qui in radice quercus naſcunt̃, & tranſeunt, de quib. hr̃ in l. ex cõducto, §. j. ff. loca. licet glo. intellexit de ſpinis.

R ante E.

Reatus dr̃ ſtatus atq; habitus ipſe reorũ, antequã abſoluantur aut damnent̃ cũ ſquallidi, proliſſa barba, de ſalute litigant, & rerũ ſuarũ anxij ſatagũt. Iuſtin. tñ vſus eſt pro pęna, in auth. de incep. nup. vulgo, aũt accipit̃ pro crimine, eo modo quo abigeatum dicimus, abigeorum delictum.

Rebellis dr̃ inobediens principi circa concernentia proſperitatem Imperii, in extrauaganti, qui ſint rebelles, & ibi per Barto.

Rebellis, & cũtumax differũt vt no. Doc. in c. ſanè. de off. deleg. Et no. ꝙ rebellis officiali dñi Papæ, vel eccleſiæ vel Imperii dr̃ rebellis Papę, & Impera. l. hoſtes, & ibi Bart. ff. de capt. & poſtl. reuer. & uide ẽt Bart, in l. 1. de deſer. rubr. 14. C. de pœna rebellantis, vide Barto. in d. extrauaganti, in 12. col.

Receptatores dñr, qui aliquos receptãt, & vt frequẽtius ſonat ĩ malũ, ſunt. n. illi, q̃ fures, raptores, & cæteros maleſactores recipiunt, vt C. de his, q̃ latron. lege. 1. & ff.

de recepta, l. 1. ſine quibus latere non poſſunt, vt in c. ſicut ait, de hær. uel hæreti corũ receptatores anathematizatur, ſed receptores, ſm Inn. dñr aduocati, in c. ex parte, de poſt.

Recipere quandoque ſignificat excipere, vt in l. q fundum de uerbo. ſign. aliquã do eſt præſtaturum ſe promittere, interdum approbare, vnde illa locutio: More maiorum receptum eſt, & conſimilis.

Reciſus, i. deſt breuius, c. cum ſit Romana, de appel.

Recomendari reus à Doct. dicitur, quando quis eſt carceratus pp unum crimen, & alii implorant officium iudicis, vt detineatur, ẽt ꝑpter eorum intereſſe.

Recontrahitur obligatio traditione rei ab altera parte certo pacto. inſt. qui. mo. recontra. obl. per totum.

Reconuentio eſt mutua petitio, quæ fit a reo conuento contra actorem, ut ſi petas à me decem ex cauſa mutui, & ego reconueniam te ad alia decem mihi debita ex operis mihi præſtitis.

Recta linea aſcendentes ſunt pater, auus, proauus, ab auus, atauus, tritauus, ſicut in fœminis lienam dicimus matrem, auiam, proauiam, abauiam, &c.

Recta linea deſcendentes ſũt filius, filia, nepos, neptis, ꝓ nepos, proneptis, abnepos, ab neptis, &c.

Rectè denotat iuſtitiam ſicut ritè ſolemnitarẽ, ff. de inoffic. teſtam. l. 2. in glo. & ſic ſtat aliquid actum eſſe ritè, videlicet ſm ordinem & ſolemnitatem iuris, quod tamen non eſt actum rectè, ſcilicet ſm iuſtitiam, & æquitatem, ut no. Io. And. in cle. fin. de appel. & no. c. qm̃ contra, de proba. eſt glo. in l. iuſtè poſſidet. ff. de acqui. poſſoſ.

Recuſare dicitur, qui debitè requiſitus nec cauſa rationabili differt executionem, no. in auth. de exac. inſtan. dor. §. illud, col. 7.

Recuſatio ſm Spe. eod. tit. eſt iuriſdictionis, vel audientiæ cauſa ſuſpitionis propoſita declinatio, ut C. de iu. l. apertiſſimi, & dic ut not. ibi. & fit uſque ad 20. dies ſm leges, ut C. de lit. conte. auth. offeratur.

Rhæda eſt quoddam vehiculũ ad eundũ, vel redeundũ habile, & eſt quatuor rotarũ l. cũ in plures. §. fi. ff. loc.

Redactũ dicitur ēt quod non eſt exactum, ſed exigi poteſt, l.ſi poſſeſſor, §.redactę, ff.de pet. hær.

Reddere ꝓprie eſt retrodare, recipit tamen,& per ſe dandi ſignificationem, l.verbũ reddendi, de verb.ſig.

Reddere rationes, vide Ratio.

Redditus anni inter immobilia comparatur, in auth.vt hi.q̃ obli.ſe.ha. perhib. res min. §.licebit, auth.& l.iubemus nulli. §. 1. C. de ſacroſ.eccl.& ibi Bar. Et redditus appellatione oẽs prouentus continẽt,ſm Pau. de Eleaza.& Zaba.in clem. vnica,de exce.præl. & vide not. in c.paſtoralis, de dec. & dr̃ redditus quaſi retrodatus, Bart. in l.filio, in 2. not. ff.de lib. & poſth.& in rub.ff.ſol.mat.in 4.col.ver. idem dic de verbo reddẽdi. Vel melius reditus dñr a redeũdo quaſi ſi ſingulis annis redeuntes, & ideo ſcribẽdum ſimplici d,id quod & ratio ſyllabæ neceſſario expoſcit, & idẽ ſunt redditus,& fructus, l.fundi Trebatiani.& ibi Bar. in j.col. ff.de vſu,& vſufruc.leg.Sed Specu.facit drĩam in tit.de loc.& conditio, §.1. ver. illud. Quid ſint redditus, & fructus, eſt bona gloſ.in c. generali, in ver. redditus, de elect. in 6.

Redemptor pro conductore, l.Cæſar. de public.

Redhibere eſt aliquem facere rehabere iterum, quod prius habuit, vt ff.de ædil. edi. & de redhibit. actio. l. redhibere, in prin.

Redhibitoria actio, Req.ſup. actio redhibitoria.

Redimere interdum, ponitur pro conducere,& tunc plerunq; refertur ad eum,qui pacta mercede aliquid faciendũ ſuſceperit, l.plenũ, §.operas, de vſu. & hab.

Referendarij ſunt aduocati, qui referunt hoium negotia corã principe, in auth. de referenda, col. 3. & ibi glo.in curia R.ſunt ſpeciales officiales, qui referunt Papę ſupplicationes,c.ex literis,de in int.reſtit.vbi Innoc.& Hoſtien.

Referre quandoque idem eſt quod accuſare aliquem.

Reficere eſt,quod corruptum eſt in priſtinum ſtatum reſtaurare, l.1.§.primo, ff.de riuis, & vide ibidem notat, de hoc verbo, & in l. 3. §. pen. ff.de itin. actuq.prin. & ĩ l.j.§.j.ff.de via pu.Quæ requirantur in refectione,

ne, vide Bartol. in l.1. ff. de ritu nup.

Refragari eſt nocere vel impedire ſiue contradicere.

Regalia ſunt quædā iura imperij, vt portus, & flumina, & alia, ut notat, in vſib. fe. quæ ſint regalia, & per In. not. in c. generali, de elect. lib. 6. & ibi per Car.

Regula ſecundū Azo. eſt plurium rerum, compendioſa narratione facta traditio: vel eſt cōpendioſa diffinitio rerum vniuerſitatem complectens. Item rl'a qñque dicitur ſpecialis norma vel modus uiuendi monachorum, vel canonicorum, quia talis norma viuendi præbet. de ſta. mon. per totum, & inde dr̄ regularis. Item quandoq; regula dicitur cōſtitutio canonica. 11. diſt. hoc veſtræ indicimus charitati. Item regula ſm Goff. & legiſtas eſt, quæ rem br̄ enarrat, non ut ex ea ius ſumatur, ſed ex iure quod eſt regula fiat, ut ff. de reg. iu. l. regula. Nam ex regula non fit ius, ſed ex iure quod eſt regulare fit regula: Alias enim dici deberetur ius regularum, & non regula iuris. Et dicitur regula, ideo quia rectè ducit nec aliorſum trahit, quaſi à rego, eo quod rectè regat, & debet regula fieri ſigno vniuerſali vel indefinito. Aliter in grammatica. Regula eſt multorum ſimiliū collectio uel coniunctio. Quid ſit regula, uel poteſtas eius, quis effectus, quod officiū eius, & qualiter perdat officium ſuum, dic vt ff. de regu. iu. l. regula. eo. ti. in rub. libro 6.

Erat, & regula inſtrumentum, quo in factura olei veteres vtebantur, l. ſed addes, vbi Bud. ff. loc.

Regula Catoniana dicit, qđ legatum, quod fuerat inutile, ſi teſtator moritur, licet ex interuallo moriatur nō conualeſcit, vt ff. eod. tit. l. 1. in prin. & ff. de leg. 1. l. cætera. §. 1. Et non propriè dicitur regula, nec inter eas ponitur.

Regulam dñr propriè habere illi, qui profitētur tria ſubſtantialia cuiuslibet religionis approbatæ, videlicet paupertatem, caſtitatem, & obedientiam, vt in ca. cum ad monaſterium de ſtatu regula. Panor. in rubrica, de regula.

Regulares ſecundū Goff. ſunt qui ad viuendū regulariter

ſe

ſe aſtringunt, ſiue ſint monachi, q debēt vacare diuinis, ut C. de epi. & cle. generaliter, §. 1. ſiue ſint canonici ſtares: nam idem eſt iuditium de ambobus, vt in ca. ex parte, de poſtul. & c. non magnopere, ne cler. vel mona. & hoc eſt verum quo ad rem, non quo ad regulā latiorem, vl in titu. de ſtatu mo. Vnde monachus dr̄ à monos, i. unus, & icos cuſtos, vel a cos. i. triſtis, quia ſolus debet ſtare triſtis, ut no. C. de epiſ. & cler. in rub. 16. q. 2. ca. placuit. 2. vbi dr̄ qa mūdo mortuus eſt. Deo autem uiuit. Et interpretatur unus triſtis, ut ca. q. ſi cupis. Sed canonicus dicitur à canon, ideſt regula, & icos cuſtos, quia ſemper debet eſſe ſub regula, quare dicitur regularis. Nam regularis eſt, qui per profeſſionem imperio prælati ſe ſubiicit.

Rei vendicatio, ſm Azon. C. eod. titu. eſt actio quædam, quæ datur ſola ratione dominij, & poſſeſſionis vel quaſi. ut l. in rem, ff. de rei vendict. l. 1. & C. vbi in rem act. Et dicitur vel quaſi ꝑpter iuriſditionem, quæ ratione quaſi dominij datur, vt notat. inſtit. de actio.

Relatio ſecundum Spe. C. eo. titul. eſt iudicis dubitantis de iure, ad principem miſſa conſultatio. Et quomodo debeat fieri relatio, not. C. de rela. l. 1.

Relegare eſt aliquem in inſulā, vel in aliū locū mittere, vt ibi pp delictū aliquod qd̄ commiſit, moram ad tp̄s faciat, & eſt quaſi bannire, vt ff. de pęn. relega. in prin. & tacitè non adimuntur bona, niſi exprimat̄ ſententia, ff. de in int. & releg. l. relegatorū, §. ad tempus.

Relegatio eſt deportatio quāuis propriè capiendo differant, quia relegatio fit ad tempus, deportatio in perpetuū, vide de hoc. ff. de interdict. & relegat. l. relegatorum.

Relegata iugera, vide ſupra fundus relegatus.

Religio principaliter ordinata eſt ad opera uitæ contēplatiuæ, q̄ in orōne, & ſtudio conſiſtunt, & ſecundariò eſt annexum opus manuum, ſecundum Io. And. in c. ſanè, de regula. in nouella. Et q̄ religio ſit maior, ſubdit idem Ioā. Andr. dicens, Oportet principaliter maioritatem ordinum

attendi ex parte finis, ſecũdario autem pp exercitiũ nam finem quærimus pp ſe, & exercitium non pp ſe, ſed propter finẽ. Ex quo ſequitur illam religionem maiorem eſſe, quæ eſt ordinata ad finem abſolutè potiorem, uel quia illud eſt magis bonum ad quod ordinatur, vel quia ordinatur ad plura bona. Si verò vtriuſque religionis ſit idem finis, attenditur prẹminentia ſecundario non ſecundùm quantitatem exercitij, ſed ſecundùm proportionem eius ad finem intentum.

Religioſi ſunt qui vitã regularem profeſſi ſunt. Et largè dñr religioſi, qui in propriis domibus religioſè viuunt, quamuis non ſint profeſſi, vnde tria ſubſtantialia vitæ regularis profiteri debet religioſus, ſ. obediẽtiam, caſtitatem, & proprietatis abdicationem, vt 12. q. 1. non dicatis. 19. q. 3. quia ingredientibus, nec in his diſpenſandum eſt. in c. cum ad monaſteriũ, de ſta. mo. in fi. nã profeſſio eſt ſolemnis promiſſio religionis in qua p̄dicta tria cõcurrunt.

Religioſæ domus ſunt domus & monaſteria Chriſtianæ fidei, & alia ſimilia pia loca ad pios vſus religionis deputata quocunq; noĩe cenſeantur. Et ſm Gof. religioſæ domos dñr monaſteria, templa, hoſpitalia, & alia loca, ut ſup. & in c. de xenodochiis, eo. tit. & C. de epiſ. & cle. in l. orphanotrophos & omnia oratoria. Etiam illa quæ aliqui ex deuotione in propriis domibus epiſcopi autoritate conſtituunt, loca religioſa ſunt, vt 41. diſt. oratorium.

Religioſus locus eſt, in quo mortuus ſepultus eſt, vel ẽt caput eius, vt ff. de religioſ. & ſumpt. fune. p totũ. Vñ mortuo illato in p̄diũ ipſũ religioſum efficitur. C. quæ res pig. obl. poſſ. l. 3.

Relinquere verbũ propriè eſt in vltima uoluntate, ff. de tab. exhib. l. j. & C. de ſacroſ. eccleſi. l. 1. & l. iubemus, §. fin. in vltima. gloſ. Item adde de hoc verbo relinquo, Bar. in l. illa inſtitutio. ff. de hær. inſt.

Reliquari apud Iuriſconſultos dr, qui æs alienum integre nõ ſoluit, vnde reliquatores vectigalium, qui reliqua publico debent. Alc. leg. 4 de verb. ſign.

Reliquũ, ſeu reſiduum aliqñ

totum admittit, vt l.2. C. de hær.inſt. Aliqñ nihil addit, ſi nil reperiatẽ, ff.de her. inſti.l.item qđ ſabinus, §. ſed ſi.item adde qđ veniat reliquorum appellatione. Bar.ĩ l.Offidius, ff.de leg.3.

Remiſſio eſt cauſæ commiſſæ ad cõmittentem facta miſſio. Item qñq; ſignat idem qđ indulgentia ẽm Spe. & ſic ſumitẽ in tit.de pæ. & re,

Renuntiare eſt remittere, vel negare, vnde dicitur. Liberũ eſt vnicuiq; iuri ſuo renũtiare, i.remittere ius ſuũ & negare eo ſe velle vti.

Renuntiatio ꝓpriè eſt rei vel iuris ſpõtanea refutatio, & põt fieri ꝑ illũ, ad quẽ pertinet illud cui renũtiatẽ aliàs gñaliter renũtiatio põt fieri ꝑ quẽlibet de re ſua vel iure proprio, C.de pac.leg. ſi quis conſcribendo.

Rhenus flumen eſt per Bononiam ſeu Alemaniam currens ff.de euic.l.Lucius, & inſt.de re.diui.§.2.in gl.

Repedare ꝓ reuerti.l.ſi.qs ex grege.C,de cohorta.lib.12.

Repetere propriè eſt reſtituẽdum petere. Aliqñ tamen idem ſignificat quod iterare, vt in l.repe.de quæſtiõ. quandoq; ſignificat recordari, l.quidam de iure cod,

Reperita die promittere eſt cũ id agitur, vt promiſſio retrorſum trahatẽ, & prius facta intelligatur, quod vulgo dicunt ex nunc prout extunc, & econtrario.

Repetundarum, vide ſupra in ver. Lex.Iul. repetũdarum.

Repignorare eſt luere pignus l.ſi vt certo, §.nunc videndum.ff.commod.

Replicatio ſecundũ Spe. eo. ti.de exceptio.§.multũ, eſt exceptionis factæ excluſio, & ſic eſt quædam exceptio competens actori cõtra exceptionẽ rei, & iſtam ſemꝑ opponit actor, & contra replicationem actoris datur duplicatio reo, & iterum contra duplicationem rei datur actori triplicatio, & ſic in infinitum extendere licet inſtitutione eodem titulo, in plincipio, de replicatio. vide Ioannem Andr. per modum ſummæ in capitulo à nobis, de except.

Replumbare ſignificat plumbum eximere, l.cum aurũ, de au.& au.leg.

Repræſalia eſt ptãs pignorãdi contra quemlibet de terra debitoris data creditori ꝓ iniurijs, & damnis. De his repræſaliis dicitẽ de iniu.

non eſt in toto vel in parte tradita, & pretiū ī toto vel in parte nō ſolutum, licet contractus ſit factus, aliter etiā dr̄ res integra reſpectu iudicij, quando lis nondū ſuper tali re accepta eſt, videlicet ante lit.cōte. vt ī c. ex inſinuatione. de proc.

Res iudicata ẜm Az. eo.tit.dr̄ ſnīa, q̄ finē controuerſiarū pronūtiatione iudicis accipit, vt ff.eo.ti.l.1. Vel eſt ꝙ cōdemnatione vel abſolutione contingit. Et addunt qdā, ſi nullo iuris remedio ſnīa poſſit retractari, aut la pſis 10.dieb. poſſit reformari. Sed hoc nō placet Azo. Itē res iudicata eſt à iudice eius, qđ ī iudicio deductū eſt rōne p eū adiudicato, vt d.l.1.cum ibi not. Nā ibi notatur, quòd res iudicata nō eſt ſnīa, ſed id qđ ē deciſū pronūtiatione iudicis. Snīa vero eſt diſpoſitio vel pronuntiatio iudicis legaliter declarata, licet ibi gl. videat̄ hoc ignoraſſe. Ex quo ſequit̄, quòd īterlocutoria nō pōt appellari res iudicata, quia nō capit finē cōtrouerſiarum licet qñq; & interlocutoria cauſa diffiniatur. Nec ſnīę arbitrorum dñr res iudicatæ, q̄a nō imponunt finem. Nā per ſolutionē pœnæ poteſt reſiliri.

Res publicæ dicūtur, quæ sūt omnium populorū, & hominum tātum, vt ſunt flumina, & portus, & quæ sūt dedicata vſibus populi, vt forum, ſtadium.

Res religioſæ ſepulchra ſunt: in quib. homines ſepeliuntur, vt inſtitutio. de rerum diui.§.religioſum.

Res ſacræ dicuntur, quæ ritē Deo per pontifices conſecratæ ſunt, vt ædes ſacræ, & alia dona pia, quæ ad diuina myſteria conſeruāda, dedicata ſunt, vt cruces, & thuribula, quæ etiam alienari prohibentur, excepta cauſa redemptionis captiuorum, inſtitut. de re.diui. §.ſacræ res, & in glo.

Res ſanctæ dicuntur, quæ ab omni læſione munitæ sūt, vt muri, & portæ ciuitatis, quæ ideo ſanctæ dicuntur, quia pœna ſanguinis conſtituta eſt contra eos, ſeu aduerſus eos, qui aliquid in his delinquunt violando, vel aliud committēdo, vel tales res tranſcendendo ſcalis admotis, vel etiam aliquid in eorum læſionem auferendo, vel quaslibet alia ratione occupan-

do, vt inſt. de re. diui. §. ſanctæ. Nam ciues R. alia q̃ p portas egredi nõ decet, cũ iſtud hoſtile, & abominandũ eſt, nã, & Remus frater Romuli occiſus traditur ob id, ꝙ murum tranſcedere uoluit, vnde Lucanus. Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.

Res ſoli eſt res immobilis: vt Inſt. vi bon. rap. §. 1. verſicu. quod non ſolum.

Reſarcire eſt reſtaurare: unde dr̃, cõpelli debes mihi damnum reſarcire, i. reſtituere.

Reſcriptum ſm Gof. eſt mandatum principis, qđ ad inſtantiã alicuius, uel aliquorum, ſiue proprio motu, vel ex relationib. abſentium, vel ex ſuggeſtionibus præſentium, vel ad alicuius cõſultationem, facit, vel cum alicui vel aliquib. corpori, collegio, vniuerſitati, uel ciuitati aliquid mãdatur, vel indulgetur, talia enim ius faciũt, nõ generale, ſed ſpeciale in negotiis, & inter pſonas in quib. & inter quas promulgata ſunt, vt C. de legat. & conſtitution. l. 2. Et nota, ꝙ reſcriptum capitur tripliciter. Primò generaliter, & ſic quælibet ſcriptura continens aliquã diſpoſitionẽ ſuperioris, dr̃ reſcriptum, & ſic idẽ eſt quod ſcriptum, & ſm hoc ſi Papa reſpondeat etiam de iure dicitur reſcriptum. Secundò minus generaliter, vt concernit ti. de reſcrip. & ſic eſt ſcriptum ſuper negotio vel negotiis particularib. alicuius, vel aliquorum, ſiue ſingulorum, ſiue vniuerſitatis ſiue motu proprio, ſiue adinſtãtiam, ſiue cauſa cognita, ſiue non cognita, à ſuperiore emanans, ſiue aliquid iuris tribuat, ſiue tribuat ſolum exercitium iuris alicui competentis, & ita comprehẽdit reſcriptũ ad lites, de quo de reſcript. in cle. 1. & 2. Fit autem ſuper literis plerunque ſimilib. & dr̃ reſcriptum ad beneficia, de quo eo. ti. c. ſuper literis, & comprehendit etiam annotationem, & pragmaticam ſanctionem. Tertio capitur ſpecialiter, & ſtrictè pro ſcriptura continente diſpoſitionem per quã datur iudex, nec aliquid aliud conceditur, niſi ut coràm illo iudice ius tibi competens conſequaris, & hoc dicitur reſcriptum ad lites, quod datur alicui ad cõfirmationem ſui iuris, de quo

in c.ſuper literis,eo.tit.& ſic eſt ſpecies diſtincta à priuilegio(quod concedit aliqđ ius particulare contra ius cõe)& à reſcripto ad beneficia, quod magis propriè comparatur priuilegio.

Reſidere in eccleſia, ſm Goff. & in eccleſia deſeruire beneficio, & eccleſiæ curam habere,ca.conquerente, de cler.non reſid.parum enim eſt reſidere niſi reſidens curam habeat eccleſię,in qua beneficiū habet, vel perſonarum,vt in c.quia nõnulli.de cle.non reſi.Debet aūt reſidere per ſeipſum,non p vicarium, c.quia nonnulli præalleg.niſi,in caſibus, vt cum ex indulgentia,ſpeciali competit alicui non reſidere, uel cum conſuetudo excuſat non reſidentē, uel cum eccleſia dependet ex p̄benda, vel cū̃ perſona ſine culpa ſua incidit indebilitatem,deformitatē, vel morbum, vt per ſe deſeruire nõ poſſit, uel cum neceſſaria profectio imminet,uel etiā voluntaria utilis tñ, & honeſta, ut ſtudiorum,uel peregrinationis cauſa, cum licentia tñ prælati,vel conſenſu capituli,ut no.Goffr. in ſum.de off.vi, §.nunc videndum. Sunt ergo clerici non reſidentes,qui in eccleſijs in quib. intitulati ſunt non faciunt reſidentiā, & ſi perſonaliter reſident, nõ tñ deſeruiūt beneficio, nec eccleſiæ curam habent.

Reſponſa prudentum ſunt, q̄ jurisconſulti reſpondere dicuntur conſulentibus,§. cõſtat, & c.reſponſa,diſt.2.unde etiam reſponſa Pauli dicta ſunt. Fuerunt. n. quidā prudentes,& arbitrarii, ęq.tatis, qui inſtitutiones iuris ciuilis ediderunt quib. diffidentium lites, & contentiones ſopirentur,ſecundùm Iſi.li.6.etymo.c.14.

Reſtituere eſt retro ſtatuere hoc.eſt rem in eum ſtatum ducere,in quem fuiſſet, ſi nihil,aduerſus,quod faciēda eēt reſtitutio, eueniſſet, l.1.§.reſtituas, ne quid in loco publico, & l.reſtituere,de uerbo.ſig. Proprie tñ reſtituere dicimur quod acceptmus,ſecundum Alc.in d.l.reſtituere.

Reſtituere in integrum. Require ſupra,de I.

Reſtitutio, hoc uerbum plenam habet ſignificationē. l.cum Prætor, & l. plus, de verb.ſig.ubi Alc.

Reſtitutio in integrum. Re-

quire ſupra in integrum re ſtitutio, & datur tam eccleſiæ, q̃ minorib. ratione ætatis, quare prioris ſtatus vel iuris rei integratio, q a ſuccurritur per reſtõnis auxilium minoribus 25. annis, & ẽt eccleſijs, quæ minorũ iure cẽſentur, ſemper. n. eccleſia debet iure minoris illæſa ſeruari, vt in c. 1. eo. tit. & reſtituitur minor vel eccleſia ſiue læditur, ſiue decipiatur ipſe minor, ſiue tutor, ſiue procurator eius vel ſi p̃latus, ſyndicus, œconomus eccleſię decipiatur: nã delictum perſonæ non debet in detrimentum eccleſiæ redundare, in regula delictũ, de reg. iur. libr. 6. & ſi reſtitutio ſit iure minoris differt ab ea reſtitutione, quæ fit iure maioris, q a prima datur officio iudicis deficiente actione, ſecunda verò hẽt actionem ſuo iure, ſ vtilem officio iudicis accedente, vt in c. cum veniſſent, de in integ. reſtitu. in gl. verbi reſtituimus. Etiã reſtitutio q̃nq; petitur vbi nulla poſſeſſio poteſt eſſe, vt cum petitur reſtitutione conſanguinei, vt in c. cum veniſſent eo. tit. in gl. in ca. in literis, de reſti.

Retiarius poteſt dici ille, qui iecit retẽ ad piſces capiendos, ut patet in l. ſi iactũ. ff. de act. empt. Sic ẽt retiarius dictus eſt alter ex gladiatorib. qui fugientẽ vel fugam ſimulantẽ ſequeretur, ut retẽ immitteret, qđ gen uſpugnæ primò à Pithaco Mitileneo uno ex ſeptẽ ſapiẽtibus inſtitutum eſt, de quo Val. Max. in primo, & Feſtus Retiario (inquiens) pugnanti aduerſus Mirmilonẽ cantatur. Non te peto, piſcem peto, quid me fugis, galle? Interpretatio tñ illa eſt melior vt à rate ratiarũ deducamus, quemad modũ à naui nauicularius formatur, l. 1. ff. quod cuiuſque uniuerſi. nomin. piſcatores. n. communiter ratem habẽt, quod etiam innuit. Scęuo. in l. periculi p̃tium, ff. de nau. fœno.

Reuerentia eſt honor, qui exhibetur cum pauore. ca. 2. de officio delega. libr. 6. per Arch. in cap. decret. de immunita. eccleſi. & eſt exhibenda patri, & patrono tã viuo, quàm mortuo. l. apud Celſum, §. aduerſus, ff. de doli except.

Reuocare domũ eſt allegare, & dicere ſe nõ poſſe cõpelli

eo loco, quo cōuenitur ad litem ſuſcipiendam, ſed remittit ad locum, in quo domicilium habet inde dicitur, legatos, qui Romā mittuntur. non debere conueniri ipſis inuitis, ſed habere ius vocandi domum. De hoc vide c.fi. de foro cōpe.

Reus eſt, qui defendit, & propulſat actionem, vel accuſationem, non à reatu dictus, ſed à re, quæ petitur ab eo pſtanda, vel ſup qua ipſe impetitur, quia quamuis cōſcius ſceleris non ſit reus tamen dicitur quamdiu in iudicium pro re aliqua petitur, vt ca. forus, de verb. ſig. ad fi. 15. q. 3. c. vlt. 3. q. 11. c. nō eſt. Etiā qnque reus à reatu dr̄ ille, videlicet, qui conuincitur criminoſus. c. 1. de re iudi. lib. 6. vel ſic, Reus eſt ille, qui neceſſariò ſe habet defendere c. dilecti filii. de excep. & ſic dicitur à re, quam ipſe defendit. c. forus. præalleg.

Reus agitur, vel fit quicunq; accuſatur. l. vltim. C. de fide inſtru. Reus autem peragi dicitur cum condemnetur. l. 2. ff. de adulte.

Reus credendi eſt idem, qui creditor.

Reus debendi appellatur ipſe debitor.

Reus promittendi dicitur ille, a quo quis ſtipulatur, & dicitur à re, vel firmitate, quia firmiter, & omnino verum eſt eum obligatum nā reus ſignificat firmitatē vt dicit Virgi. uoti reus, & Azo. C. de duobus reis ſtipulan. in ſum.

Reus ſtipulādi dicitur ille, q̄ ſtipulatur, gl. inſti. de duobus reis.

Reus ſatiſdandi apud Vlpianum eſt, qui fideiuſſore dato obligatus eſt. Reus verò ſatis accipiendi, creditor, qui ob eius creditum fideiuſſores a debitore accepit. l. qui hominem. §. quidam. de ſolut.

Rex uel Imperator poteſt qui libet dici in domo ſua, ut in c. duo ſunt Io. And. in c. venerabilis, de elect.

R *ante* I.

Rigor iuris quandoq; ponitur pro ſolemnitate, & ordine iuris communis habitu reſpectu ad reſcriptū Papæ. c. ſuper literis, de reſcrip. Secundò ponitur pro auſteritate cōtraria diſpoſitioni, alias diſpenſationi, & miſericordiæ, & ad aliorum

rum terroré inducta. Tertiò pro ſtricto ordine iuris communis, & ſic ſumitur in c. ſi clericus, de foro cõpet.& not.gl.in c. vt conſtitueretur.50.diſt.

Ripa ꝑpriè eſt fluminis,ſicuti littus matris.§.1. Inſti.de re diui. Ripa aũt ita rectè diffinit, id qđ flumen continet naturalem rigorẽ curſus ſui tenens.l.1. ff. de flu.

Riparenſes in l.cõtra. C. de re mil. intelliguntur milites, qui in imperii limitib. excubabant aduerſus Barbaros,puta in ripis Danubii ad tuendas Pannonias aduerſus Sarmatas.

Ritè,req.ſuprà,in uer. Rectè.

Riuus dr̃ locus per longitudinẽ depreſſus., de quo aqua decurrit.l.1.§.1.ff. de riuis.

Riuales ſũt, qui ꝑ eundem riuum aquam deducunt. l. 1.§.ſi inter riuales. ff. de aqua quot.& æſtiua.& c.horrendus. 32.q.5.vbi not. qđ etiam riuales dicuntur, illi qui exquiſita libidine cum eadem muliere conſuetudinem habent.

Rixa ex litibus, & contentione naſcitur.l. ſeruus. ff. de act.& obl. & eſt inter duos. l.prætor ait cuius. §.1.ff.vi bono.rap.&l.ſi non conuitij.C.de iniu.

R ante O.

Robur,eſt debita proportio omnium ſuorũ mẽbrorum, ſecundùm Aegid. de regimine princ.ca.13.& hr̃ inſ.de dona.§.perficiuntur,& de tranſact.c.1.

Rhodos inſula eſt,in qua antiquitus vſus mercatorũ fuit & inde dñr leges Rhodiæ, vt not.ff.ad l.Rhod. de iac.

Rodius eſt genus piſcis,cuius ſanguis valet ad tingendũ veſtes,vt in C.de veſti.olob. & deau.lib.11.

Rogo capitur qñq; pro præcipio.11.q.3.rogo. quamuis qui exhortatur mandatoris operam non fungatur. ff. de his, qui notant.infamia.l.ob hæc verba.

Rogare interdum eſt interrogare.l.2.ff.de adopt.

Rogus,vide 23.q.8. cõuenior ſup uer.buſto.ubi gl.ꝙ buſtum dr̃, cũ res eſt exuſta, rogus eũ cõburit, pira eſt congeries lignorum ad cõburendum, vide ibi Arch.

Roma eſt communis patria.l. Roma.ff.ad munici.&in c. expoſuit,de dila,ſecundum Inn. & c.vlt. de foro comp. vbi dicit, Roma mater. & magi-

magiſtra omniũ eccleſiarũ c.baſilicas,de conſe. diſt.Et quod dr̃. Vbi Papa, ibi Ro. ſecundùm Inn.in ca.ego enim, de iureiu.dicit Ludo. Ro.pro hoc non eſſe in mũdo aliquem tex. licet multi multos alleggent.Et de prę eminentiis Papæ, vide per Bal.in l.reſcripta. C.de preci.impe.offe.

Roma in iure interdum accipitur pro Conſtantinopoli vt in l.1.§. Romam. C. de ve.iu.enu.

Roſtrum dicitur forus cauſarum,ubi cauſæ tenentur, vel tractantur.

R *ante* V.

RVbrica eſt qua legũ tituli & capita notant̃ à terra rubei coloris, & minio proxima. Quæ aliqñ generalior eſt nigro. inſti. de iuſtitia, & iure,in gl. rubricę.

Rudera ſunt ea, quæ eiiciunt̃ domibus diſcuſſis,vel à domo mundata cũ ſcopis, vel fragmenta lapidum, vel demolimenta cæmentorum, vel folia, fauillæ, pulueres.

Rumor ſecundum Spe.de notorio crimine,eſt particularis aſſertio, uel inſinuatio ex ſola ſuſpicionę ex incerto autore ꝓueniens, c.ſup eo.de eo q̃ cog. cõſang. vr. ſuę,& hic minus ꝓbat quã fama, q̃a fama eſt cõis aſſertio,rumor verò cũ pauci aliquid non tamen publice dicunt,& ideo non probat, ſed ſolam ſuſpicionem, & præſumptionem inducit.

Ruptum intelligitur, qđ quo quo modo corruptum eſt. Vnde non ſolum facta, ſed etiam uſta,ſciſſa,colliſſa,effuſa, & quouis modo percẽpta aut deteriora ſacta,hoc verbo continetur.§.Capite. Inſti.de l.Aquil.

Ruſtica prædia. Require ſup. Ruſtica.

Ruſticani ſunt iidem,quod ruſtici.C.de ruſt.lib.11.Et ruſticitas ſæpe in iure noſtro ſumitur pro ſimplicitate, & imperitia,ut l.2.ff.ſi quis in ius uoc.non ie.

Ruſtici, qui dicantur, docet pulcherrimè Bar.in l. conſiciuntur,de iure cod.

Rurſus,i.iterum uel quotieſcunque,& ſignificat prout ſignificatum propriũ, uel aliud mediũ ſignificare declarat, v.g. teſtator relinqt alicui decem, & ſi perdiderit rurſus ei reliquit, dicit tex. ꝙ non amplius quam ſemel poſtquã ꝑdiderit, eſt iuuan-

ſuuandus. Et ſic dictio rurſus aliqñ verificatur in vna vice. l. fideicōmiſſa. §. ſi quis ff. de leg. 3. Rō, quia niſi ſic ſignificaret, hæres grauaret̃ ſæpius nouã quãtitatẽ præſtãdo, quod nõ eſt veriſimile teſtatorem voluiſſe, &c.

Ruta cæſa ſunt quæ cedunt̃, vel eruunt̃. ff. de act. empt. l. fundi. §. ſi ruta.

S ante A.

SAccarius authore Budæo dicitur, qui ſaccis geſtandis victandi.

Saccularij dñr, qui vetitas artes exercẽtes ex ſacculo partem ſubducunt, & partem ſubtrahũt vel diſtrahũt, vt ff. de extra. cri. l. ſaccularij.

Sacra quæ ſint. Req. ſuprà, res ſacræ.

Sacra annotatio dr̃ reſcriptũ, qđ Imperator proprio mẽtis motu alicuj indulget cõſtituens ſecũdum preces illius aliquid fieri, vel nõ fieri. Vide ſup. reſcriptum.

Sacra ſcriptura cõtinet ſolum libros veteris, & noui Teſtamenti, & non alios, & ratio redditur in c. quis neſciat. 9. diſt.

Sacer locus dr̃, q̃ rite p Pontifices cõſecratus eſt. l. in tm̃. & l. ſacra loca. ff. de re. diu. & inſt. eo. ti. §. ſacræ. & differt locus ſacer à ſancto, vt colligitur in gl. l. 2. §. inter dicta. ff. de interd.

Sacrum oraculũ dr̃ reſcriptũ Imperatoris quod orando quis impetrauit, vel eſt idẽ qđ reſcriptũ, vt ſupra, de litera R, in verbo reſcriptũ.

Sacerdos, hoc nomine intelliguntur qñque inferiores, & nomine clericorũ ſuperiores, & cõponitur ex dictionib. Græca, dos. i. datio, & Latina, ſacer, vt 21. diſtin. cleros ſicut. n. Rex à regẽdo ſic ſacerdos à ſacrificando dictus eſt. Et ſacerdotes Gẽtiliũ dicebantur flamines, quaſi filamines, à filo quod gerebãt in capite in ſignũ ſacerdotij, & aliqui fuerũt protoflamines, vt in c. cleros. præal.

Sacerdotes ĩ diuinis eloquiis aliqñ Dij, aliqñ Angeli vocãtur, & a regib. ſunt honorandi, nõ iudicandi, dicente Conſtantino Imperatore, Dignũ nõ eſt, vt nos iudicemus, deos, 11. q. 1. ſacerdotib. Etiã ſumit̃ ſacerdos qñque in malo. C. de mal. & math. l. nullus aruſpex vbi ponit̃ pro incantatore.

Sacramentum eſt ſacrę rei ſignum.

gnum. Et qualiter differât ſacramentũ, ſignũ, ſacrificium,& myſteriũ probatur 1.q.1.multi, de cõſecr.diſt. 2.c.ſacrificium, & c.ſignũ.

Sacramenta eccleſiæ ſunt ſeptẽ duo voluntaria,& quinque neceſſaria, not.gloſſ.in c.veniens de tranſa.

Sacrariũ eſt locus, in quo ſacra reponuntur. l.ſacra loca.§.1.ff.de re.diuis. dic, ꝙ eſt illa pars quæ eſt prope altare, in ea ſunt clerici ad celebrãdum propter ſacra quæ ibi cõficiuntur,& quia in altari maiori (cũ ſoleat eſſe ſacrarium) includuntur reliquiæ de conſec. eccle.vel alta. per totũ Do.in c.j.in glo.2.de vi. & ho.cle.

Sacrificiũ dr̃ quaſi ſacrũ factũ q̃a p̃ce myſtica cõſecratur pro nobis in memoriã Dñicæ paſſionis.j.q.1. c.multi.

Sacrilegiũ de iure ciuili eſt cũ ſacrũ de ſacro tollitur. l.4. ff.ad l.Iul.pecu. & l.aut facta.§.locus. ff. de pœ.& C. de crim.ſacr.ꝑ totũ. De iure canonico q̃d ſit, vide ca. ſi q̃s cõtumax. §.ſacrilegiũ iũcto.c.ſeq.17.q.4. vide Albe.in ſuo dictionario, ĩ dictione ſacrilegiũ, & ſuprà in ver.crimen ſacrilegij.

Sacrilegiũ dr̃ quaſi ſacrũ legẽs, vel ſacrũ legẽs. i. furãs, de quo 17.q.4. ꝑ totum, & maxime in c.q̃ſq̃s. ad fi. Et eſt crimẽ mixtũ, vt ſuprà dictũ eſt de crimine, vide bonã.glo. in c.ſunt qui opes. 17.q.4.vbi dant̃ reſcriptiones ſacrilegij,& pœna committentis ipsũ,& melius in c.ſacrilegiũ.ea. q.in gloſ.j.

Sagmina sũt quędã herbæ, quas legati pop. Ro. portabãt ĩterlocutores pacis, q̃a nemo illas herbas portãtes lędebat,ſicut legati gręcorũ ſolebãt ea, q̃ vocant̃ cerycia ferre.ff.de rerũ diu.l.ſãctũ.

Sagũ, militare ac bellicũ geſtamentũ fuiſſe cõſtat eſt alioq̃n ſagõ genus ſtragulæ veſtis haud diſſimilis cilicio, ĩ qua ſignificatione frequenter vtuntur Trãq. Pli.& D. Hier. Vlp. verò nõ enumerat ſagũ inter veſtimẽta familiaria.l.veſtis,de au.& ar. leg. A ſago ſagarius deriuatur. vñ ſagaria negotiatio, in l.cum duobus pro ſocio.

Salariũ ẽ vectigal domiciliorũ dictũ quaſi ſalariũ à noĩe ſolũ,eo ꝙ reddit̃,& impeditur ꝙ ſolo noĩe pẽſiõis. Al's ponit̃ ꝑ p̃mio,vel ꝑ mercede laboris,& ꝑ remunerõne, vt ſalariũ aduocatorũ. l.ſalariũ,ff,mã.q̃nq; ꝑ ſola

tio.l.iubemus ꝑ hac. C. de erog.mil.anno.aliqñ ꝓ expenſis,l.ſi cum dotē. ff.ſol. matri. aliqñ pro honore ex parte eius cui debetur, l. ſi remunerandi.ff.mand.

Salganum,ſecundum Hugo. eſt idem quod culcitra, dictum à ſaluo vel ſalica, & gamos nuptiæ, vel gama mulier, quia maxime propter talia fiunt culcitræ. ſ. maxime propter mulieres, vt in rub.C.eo.ti.lib.12.

Salgami appellatione ſm Alcia,venit oleum, butyrum & eiuſmodi eſculenta ad cōdiendūm,& alia ad quotidianos vſus neceſſaria, eu iuſmodi ſunt ligna.

Salientes,autore Budæo,capita ſunt fiſtularum, atque etiam ipſæ tubulorum fiſtularumque ſcaturigines.

Salinaria dicuntur ea,quæ dātur pro ſale. Etiam dicuntur portoria. Require ſup. portorium.

Salinæ,locus vbi fit ſal.l.1. qđ fit cuiuſque uniuer. nomi.

Saltus,tus,tui, eſt dēſitas altarū arborum, & dr̄ nemus raras habens arbores, vbi feræ,canes, & peratores ſaliunt,vnde. Eſt nemus ſaltus,ſalientis dicit̄ actus. Et dicitur a ſalio ſalis, eo ꝙ exiliat in altum, & in ſublime conſurgat,ſm Iſi.li.14. c.6.& inde venit fundus ſaltuenſis.C.de fun.pa. & ſaltuen.lib.11. Etiā dicunt̄ talia loca viuaria & foreſtę,vt in cle.ne in agro, de ſtatu. mon.Eſt duplex ſaltus.ſ.hybernus,& æſtiuus.

Saltubrius,vide in verbo, Topiarius.

Saltuenſes dñr conductores prætorum, coloni uerò prędiorum.l.4.C. qui mil.non poſſunt.& l.3.& §. ſaltus.ff. de acq.poſſ.& l.creditor. ff. de act.empt.

Salubris dicitur quaſi ſalutis vber.ſm glo.in clem.dudū, de ſepul.

Saluianum interdictum req. ſuprà in uerſi. Interdictum Saluianum.

Saluo eſt dictio modificatiua, & reſeruatiua pręcedentiū, gl.ſing.in l. item Labeo.ff. famil. herciſcun.

Samaritanus, & Sarracenus differunt, vñ Sarraceni ſm Goff.dñr illi,qui nec vetus, nec nouum recipiunt Teſtamentum, qui non ab Agar ancilla Abraheę,de qua fuit eorum origo,uocari voluerūt Agareni, ſed potius à Sarra vxore eius libera Sarracenos vocant.Tamen

ſunt

ſunt quidam inter Sarrace nos Samaritani vocati à Samaria ciuitate, qui receperunt quinq; libros Moyſi ſed Prophetas reſpuerũt qa illos reſpuerũt, ideo dicitur, ꝙ coniunguntur Iudæi Samaritanis.

Sanctæ res. Requir. ſupra, Res ſanctę.

Sãctũ dr̃, qđ defenſum, & munitum eſt ab iniuria hominũ, vt ff. de rer. diu. l. ſanctũ vnde Iuſtinianus dictus eſt vir ſanctus. i. firmus & virtutibus munitus. Martianus aũt unus ex autoribus legum ait, ꝙ ſancti dñr a ſanguine quaſi immolãdo ſe ad effuſionem ſanguinis Deo. Alias a ſanguinibus ſanctus dr̃, qđ nomen herbas ſignificat, quas ſolebãt portare legati populi Ro. ne, quis eos uiolaret. ff. de rer. di. l. ſanctum. Sic ſancta dicuntur, quæ neq; ſacra, neque prophana ſunt. Sic leges dicuntur ſanctæ.

Sanctio dicuntur propriè illa conſtitutio, vel lex contra quã ſi facto fuerit pœna irrogatur, & imponitur, vt no. 3. diſt. in ſum. & capitur qñq; late, vt in proœ. clc. Io. And. in ver. ſanctio.

Sanctio quandoque dicitur quælibet Imperialis conſtitutio vel inſtitutio, quandoque dicitur totius iuris collectio. Et ſumitur etiam ſtrictè pro conſtitutione pœnali, vt not. 3. diſtinct. in ſumma.

Sanctio Imperatoris eſt cui pęna ſanguinis additur.

Sanctio pragmatica. Require ſupra p.

Sapa muſtum dicitur, vſq; ad tertiam partem, vel ut qui dam volunt, vſque ad dimidiam decoctum. l. quæſitũ eſt, in §. cellarium. ff. de fundo inſtru. vas (inquiens) æneum in quo ſapa conqueretur.

Sapientia eſt de diuinis, ſed ſcientia de mundanis.

Sarcinator, vel ſartor eſt ille, qui nouit artem ſarciendi, & ſuendi veſtimenta, & dicitur a ſarcio. Et differunt ſarcinator, & fullo. ut not. inſtit. de mandato. in fi. gl.

Sarcophagus eſt locus, vel tumba in quo ſepelitur defunctus, & dicitur a ſarx ſarcos, quod eſt caro, & phagein Græcè, ideſt comedere Latinè, quia ibi caro hominis comeditur a uermibus.

Sarculus eſt inſtrumentũ cũ quo ramus abſcinditur, vel ali-

aliquid aliud, & cardones, & herbę inutiles exciduntur, euelluntur, quę naſcuntur inter bonas. Eſa.c.7. Oēs montes in ſarculo ſarciuntur, & 1. Reg.13. in fi.ſm Ioā. An. in proę. cle. in uerſ. ſarculum.

Sartatecta dicuntur opera publica, quę locantur, vt integra præſtentur, vide Bu. in l. hactenus. ff. de vſu. in an. ad pan.

Satis accipere correlatiuū habet ſatisdare, vnde ſatis acceptio dr̄ ſtipulatio, quę ita obligat promittentē, ut ex promiſſores quoque ab eo accipiantur, i. qui idem promittant. l.5. de verb. oblig.

Satiſdare eſt ſecuritatē per fideiuſſores dare. ff. qui ſatiſ. cog. l.1. Vel ſecundū Azo. eſt alicuius implere voluntatem.

Satiſdatio eſt cautio fideiuſſoria, vel etiam iuratoria, ſi fideiuſſorem quis dare non poſſit req. ſupra Cautio.

Satisfacere quid ſit, patet in l. 1. præal. & ff. de pig. act. & l. ſi rem alienam. §. omnis. & ſatisfactum intelligitur qualitercunq; ſatisfiat. ff. quib. mod. pig. uel hypo. ſol. l. itē liberatur. in prin. & ff. de pig. l. ſi rem. præalle. §. ſi ſatisfactum.

Satyra lex, req. ſupra in verſi. lex ſatyra.

S ante C.

SCapha, eſt parua nauis. l. ſchapham. ff. de euic.

Schaphina, genus eſt cinguli, l. quintus. §. fi. ff. de au. & ar. legat.

Imò vero illic legitur ſcaphia in nu. plurali a ſingulari ſcaphiū, qđ ſignificat, uas mulierum ad alui excrementa ſuſcipiendum.

Scapula & cuculla veſtes ſunt monachales, in auth. de nu pt. §. ſancimus.

Scena ſm unā ſignationē eſt obumbratio, vel velatio in theatro, vel alio loco, in quo hiſtriones, mimi, vel ioculatores ſiue comœdi ludos ſuos exercent, & ſic vr̄ accipi. C. de ſpecta. ſcen. & leno. li.11. Idem verbū habes. ff. de his, qui no. infa. l. 2. §. ait prætor. & 33. diſtin. maritū, ibi exponit Archi.

Scenicæ mulieres. i. ꝓſtribulariæ uel meretrices. Et dn̄r ſcenicæ mulieres, q̄ in ſcena. i. loco turpi, vt ꝓſtribulo ſtant, à ſcena. i. theatrali inūbratione, vel ſpectaculo, circi, vbi cōſueuerūt tales proſtare. ff. de inf. l. 2.

Scæ.

Scæuæ dñr qui propriorem, & expeditorem hñt ſiniſtrã manum quam dexteram. l. qui clauum. §. item ſciendum, de ædi. edic.

Schedia græcè, latinè dr̄ ratis, de qua dictione dictum eſt ſuperius loco ſuo.

Schema. i. ordo iudiciorum in auth. de iud. ĩ prin. vel ſchema. i. ſnĩa, eo. ti. §. 1. aliquãdo ſchema. i. ermodicium, no. in auth. qua in prouin. C. ubi de cri. agi. oportet. Aliquãdo accipitur pro tit. pro ſoluto. in auth. de ecc. rerum alie. §. pen.

Schiſma, ſm Goffr. eſt illicita diſſentio, diuiſio, vel diſceſſio eorũ, inter quos unitas eſſe deberet. Vel ſic. Eſt illicitus ab unitate eccleſiæ, vel ab vniuerſitate diſceſſus. Et dr̄ à ſciſura, quia per ſchiſma fit ab vnitate ſciſſura. 24. q. 1. ſchiſma, & differt ab hæreſi, q̃a hęreſis in pri. ſui hēt peruerſum dogma, ſed ſchiſma in fine fingit aliquam hæreſim vt recte ab eccleſia uideatur receſſiſſe, ut dicit Hier. 24. q. 3. hr̄ſis. Et ſic ſchiſma & hęreſis differũt ſicut genus & ſpecies, quia oĩs hęreticus eſt ſchiſmaticus, & non econuerſo niſi durauerit.

Schola dr̄ ſocietas ſcholaſtiũ, vt locus in quo diſcunt aliqui, vt ſcholares, vt ſciant ſcientiam, & prudentiam, alii militia, vt tyrones, vt C. de pri. ſcho. li. 12. nã ſchola græcè eſt uacatio latina.

Scholaris eſt perſona vacans ab humanis negotiis ſcholaſticis dedita diſciplinis. Et dicitur a ſchola græcæ, i. uacatio latine, & ares uirtus, quaſi uirtutibus vacãs.

Scholares etiam appellantur militantes in ſacro palatio Imperatoris, & in hoc ſenſu accipiũtur ſcholares in tit. de priu. ſcho. libr. 12. C. nam & ſchola militum dicitur, autore Vegetio.

Scientia triplex eſt, eminens mediocris, & ſufficiens. Eminens dicitur illa, per quam q̃s ſcit difficillimas quæſtiones explicare, & diffinire in promptu ſine reuolutione librorum. Mediocris uerò per quã quæſtiones difficiles decidit cũ reuolutione librorũ. Sufficiẽs autem eſt legitima requiſita ſecundum qualitatem officii ſeu beneficij ſm Inno. & Abb. in c. cum in cunctis, nu. 4. de elec.

Scĩa quadriuales sũt, vt muſica, aſtronomia, geom. &c.

inſt.vt ſupra.

Sciſſere idem eſt quód ſtatuere ſeu decernere, ꝓpriè autē plebs ſciſſere dicebatur, populus verò iubere. Hinc plebiſcita, i. plebis decreta.

Sciſſarij, truncarij, & oratorij idem ſunt.

Scita ſunt ea quę plebs tantū conſtituit, & vocantur ſcita, eo quòd plebs ea ſcit, & ſcitatur ſeu rogat, vt fiāt. ſecundùm Iſid. lib. 6.

Scoparij ſerui qui domum ſcopis verrūt, ac purgāt. l. inſtrumenta. de fun. inſt.

Scribæ cēſuales ſunt qui ſcribunt cenſum, C. de tab. in rub. lib. 12.

Scribæ logographi ſecūdum Acc. dicuntur qui publicis rationibus ſcribēdis deputati ſunt nam logos græcè rōnes publicas dicimus, latinè graphos ſcriptura. Hi etiā innumerarij, appellātur, vt C. de ſuſcep. præpo. arca. l. duos. lib. x.

Scribæ tabularij ſm quoſdā olim creabant ad tps triennij ad ſcribēdū publica ratiocinia prouinciarum ſeu ciuitatū ſm Acc. C. eo. tit. in rubr. libr. 10. Et propriè ſunt illi, qui ſcribunt noīa eós ad munera, & honores & tributa ſoluta, & dñr tabularij, q̄a publicis inſtrumentis præſunt in ſingulis ciuitatib. & hi appellanī librarij, vt ff. de reg. iur. l. ſi librarius, & tabelliones, & vt in auth. de tabellio. col. 2. & ſic poteſt accipi. C. de bo. lib. l. ſi quis. §. j. licet, & aliter ibi exponatur. Alias ſcribę dñr, qui circa principes, vel alios magnos iudices ſunt deputati pro actis & geſtis cōficiendis. Hi quoque vocātur ſcriptores notari libellenſes, pragmaticales, epiſtolares, exqueſtores vt C. de app. l. præcipimus. & in l. offerendis.

Scriniarij, & ſcriniorū memoriales idē ſunt, & magiſtri ſcriniorum etiam ſcriniarij appellātur tabelliones, vt in c. ad audientiam, de præſcriptio. in glo.

Scrupuloſitas. i. nimia ſubtilitas. l. poſthumus. in prin. ff. de iniuſto teſtam. Aliqñ, i. damnum, no. in glo. §. quia verò lenonis. in authen. de nō alie. & in l. fin. C. de neceſ. ſe. hære. inſt.

Scrupulus eſt 24. pars vnciæ tres ſcrupuli faciunt drachmam, octo drachmæ faciunt vnciam. l. 1. C. de metal. & metall. lib. 11. & vide ibi Bar.

Scrupulus etiam quandoque accipitur pro ſolicitudine, & dubitatione.l.3.C.de interd.matri.ducta metaphorica ſignificatione à ſcrupulis, i. minutis lapillis, qui inſiliẽtes in caldeos pedes magna cum moleſtia prẽmere ſolent.

S ante E.

SEceſſus, locus à turba & tumultu ſeparatus.l. ſi cum dies.de recep.arbi.

Secretarium in l.2. C. de proxi.ſac.ſcri.pro aula, in quã iudices conueniunt ad ius reddendum.

Secundæ nuptiæ dñr, cum aliquis cũ aliqua ſecũdò nubit, & ſunt oẽs nuptiæ quæ ſequunt̃ primas nuptias, ſiue ſint tertiæ, ſiue quartæ, & ſic de aliis, de hoc. C. de ſecundis nup.in rub.

Secundicerius olim dicebat̃, qui ſecundum locum obtinens, ſcriptus erat ſecũdo loco in matricula notariorum, vt C.de primice. & ſecundice.l.1.& 2.li.12.

Secũdus hæres appellatur hæres ſubſtitutus. l. precibus. C.de imp.& alijs ſubſti.

Securus dr̃, q ſine vlla cura ẽ quẽ alioqn Iuriſc. uocare ſolent ſupinũ.i.ſocordem, & deſidẽ.l.plurimũ. de iur. & fac.ign. Securum etiam dicimus, cui vel pignore vel fideiuſſione cautum eſt l.habere.§.cautum. vbi Al. de uerb.ſign.

Sed, qñq; capitur aduerſatiuè & aduerſatur in iure. Quãdoq; autem adiuncta copula aduerſatur ẽt in facto.ff. de pet.hæred.l. ſed, & ſi.in prin.cũ gl.impropriatur tamen, ut in l.2.in fi. ff. ſi qs cau.ubi qñ cum copula ponitur, vt dicendo, ſed & i. aduerſatur ad factum. i.nõ aſt ius, imò ſignat identitatem iuris, & ſumitur illud ſignificatũ ex copula, quæ copulat nomina, & non factum ſequens cum præcedenti, qa non põt, cũ ſit factum diuerſum, copulat ergo quo ad ius. Qñ aũt ſine copula ponitur cum conditione ſi, vel ſine ea tũc ſimpliciter ſignificat aduerſatiuè quo ad factum, & quo ad ius, vt in l. ſed & ſi.præalle.ſimiliter in l. 2. in glo. ſuper uerbo fortius. ff. ne quis eum, qui in ius vo. vi. exi. Sigñat ergo dictio ſed, aduerſatiuè ſimpliciter vel tantum ad factum, prout ſignificatum ſuum vel aliud declarat vel cõcludit.

Seditio dr̃ quaſi ſeorsũ itio,

quia ĩ diuerſũ vadũt alioſque trahunt, vel a ſedo ſedas, ꝑ cõtrariũ, vt dicit glo. in rub. C. de ſeditioſis. Et dr̃ ſeditio quietis publicę turbatio. C. eod. tit. l. j. & 2. de hoc not. 45. diſt. ſeditionarios, & ibi ꝑ Arch. & Io. An. de immu. eccl. c. decet. li. 6. Et tales cõcitantes ſeditionẽ puniũtur pęna capitis, vt no. in l. denunciamus. C. de his, qui ad eccle. confug.

Sedularium, quę vox habetur in l. 4. de ſupellecti. leg. quidam interpretãtur ſellam ſeu lecticam.

Sella, idẽ quod ſedes. Pau. in l. qui ſella. de ruſti. pręd. accepiſſe videt̃ ꝑ ſede, in qua ſedet qui vehitur lectica.

Semeſtre eſt tempus ſex menſium, & duo ſemeſtria faciunt annum, vide inſti. de exc. tut. §. item diuus, in gl.

Seminariũ locus ẽ ſubactus, in quo ſemina. i. ſurculi, vel vitium vel aliarũ arborum pangũtur. vt cum ad certã quantitatem excreuerint, vt vinetum pomarium, arbuſtũ vel tranſplantentũr.

Semis colligitur ex ſex vncijs, & eſt dimidia pars aſſis, & dicitur quaſi ſemias, C. de meta. l. hac lege. lib. 12.

Seminecis, i. ſemi mortui, vt in l. qui indignum, C. de teſta. vbi dr̃. Nõ ſunt neceſſaria obſeruari momẽta verborũ, quæ ſeminecis & balbutiẽtis lingua profundit.

Semita. i. via l. ſi ex plagis, ff. ad l. Aq. c. ad audientiam, de homicid.

Semper, i. oĩ tpe, & omni caſu. l. ſemper, ff. de iu. immu. & no. l. 1. ff. ſol. matr. & denotat continuationẽ, vt in ſti. in proę. ibi, ſemp Auguſtus. & l. 2. in fi. C. de epiſ. & cler. Aliquando hæc dictio ſemper, ſubauditur a iure, l. iuriſgentiũ, in princ. ff. de pac. Aliqñ, ſemper fieri dr̃, quod fit horis debitis & ordinatis, & ita exponitur in c. ſi laicus, 31. di. Aliqñ ſemper, i. in perpetuũ, l. ſi. ff. ad l. Pompe. de parricid. aliqñ ſemper, i. ſine temporis pręfinitione, §. appellantur, inſti. de excep. & l. in cognitione, ff. ad Syll. Aliquando denotat animi motum Iuuenalis. Semper ego auditor tantum. Et de ſua expoſitione, vide Spec. in tit. de reſt. in integ. §. 54. circa medium, & per Bart. & alios, Doct. in d. l. 1. ff. ſol. matr.

Senatores dñr magiſtratuspopuli, quaſi ſeniores, nã ſm Az. leges prius fiebãt a po-

pulo eiusq; interuẽtu, ſed q̃a aucto populo cœpit difficile cõuenire in legib. codẽdis, iõ elegit populus cẽtum ſenatores, vt C. de pet. hær. l. vlt. vt ipſi vice populi cõſulerent, & quicquid ſtatuerẽt lex eſſet. Senatores ſunt qui a patritijs & cõſulib. vſq; ad viros illuſtres deſcẽderũt. & hi ſolebãt dicere ſuiam ĩ ſenatu, quare ẽt cõſulẽ Romanũ vocamus ſenatoriũ magiſtratũ, vt ff. de ſena. l. vlt. & inſt. de iure nat. gẽ. & ciu. §. lex eſt. Senatores ẽt dici dẽnt ſenatorũ filij, & nepotes ex filijs nati, non autẽ nati ex filiabus vt l. liberos, ff. de ſenato.

Senatus eſt cœtus ille honeſtiſſimus ſenatorũ, qui centũ erant numero, vt dicit Az. ff. de leg. & ſen. cõſul. & parificaĩ ſenatus principi, vt puta cũ hẽaĩ vice populi, & ante Imperatorẽ p populũ, & poſt Imperatorẽ per principem cõſtitutus fuit ſenatus, vt ff. de orig. iu. l. 2.

Senatuſconſultũ eſt quod tm̃ modo ſenatores habito cõſilio populi conſulendo decreuerunt, ſm̃ Iſid. lib. 5. Et no. ꝙ multiplex eſt ſenatuſconſultum, vt infra patet.

Senatuſconſultũ Aprouianũ aliàs Sempronianũ, omnibus ciuitatibus fideicõmiſſariam hæreditatem iubet reſtitui, & in ea, & ad eam omnes actiones transferri.

Senatuſcõſultũ Artificianũ, aliàs Artificulianũ, eſt quo cauetur, vt prȩſides prouinciarũ cognoſcat in prouincijs de libertate, licet hæres non ſit illius prouinciæ.

Senatuſconſultũ Claudianũ ſtatuerat, ꝙ mulier libera ſeruili amore capta, ſi ei denunciatũ eſſet a dño ne cõmiſceretur ſeruo ſuo, & iudex ſup ea cã admonuiſſet nec ipſe acquieſceret, ſubſtantiam ſuam & libertatẽ amittebat, & fiebat ſerua, vel ancilla dñi denunciãtis qđ, quia viſum eſt miſerabile, & indignũ, eſt ſublatũ.

Senatuſconſultũ Damaſianũ dr̃, quo cautũ eſt, ſi abeſt ille iuſta cã, q. libertatẽ dẽt, & hoc pronũciatũ ſit, ꝙ ꝑ idẽ libertas ei cõpetat, ac ſi ab ipſo directe data etiam.

Senatuſconſultũ Domitiani temporib. factum eſt quo cautum eſt, vt qui per colluſionem ingenuus iudicatus eſſet, cum eſſet re vera ſeruus fieret ſeruus eius, qui colluſionẽ detexiſſet.

Senatuſcõſultum Fauianum

in diſſuetudinē abijt, intro ducens adoptionem fieri per tres mares adoptantes, & tres intercedentes emancipatores.

Senatuſconſultū Iulianū dr̄, quo directā ſibi ſerui accipiūt libertatē, cū illi a quibus libertates erāt relictę, a p̄tore vocati nolūt adeſſe.

Senatuſconſultū Iunianum, aliàs Vinciniauum, poſt ad libertatē producit propriū hæredis ſeruum vel emptū ſiue Dominus iuſta cauſa abſit, vel latitet, ſiue non vult manumittere.

Senatuſconſultum Largianū meritò eſt abrogatum, latinam inducēs libertatem, quia quis morte ſua recipiebatur extra libertatem.

Senatuſconſultum Libonianum eū coercet, qui ob inſtruendā actionē, vel teſtimoniū dicē iū pecuniā acceperit, pactusve fuerit. Itē qui perfecto inſtrō legatū ſibi aſcribit. Item, qui hæredem in exhæredationem, aut in alicuius condemnationem legatum aſcribit.

Senatuſconſultū Macedonianum habet locū quando aliquis filiofamilias in poteſtate patris exiſtenti mutuo pecuniā tradidit, quia hoc ſenatuſconſultū prohibuit mutuam pecuniam dari filijsfamiliàs ne onere debitorū prægrauatis eſſet occaſio machinandi mortem patri. Si aūt contra ſenatuſcōſultum iſtud quis filiofamilias nummos tradiderit, traditos amittat, niſi ipſe filiusfamilias hēat caſtrenſe peculiū, vel quaſi caſtrēſe, eo enim vtitur, vt paterfamiliàs. Eſt aūt dictū Macedonianum ſm̄ Az. C. eo.ti. a Macedone peſſimo fœneratore, qui tradendo pecuniam, & ſi non expreſsè tamen tacitè, & velatis verbis ſuadebat de occiſione patris. Et no. ꝙ Macedoniano renunciari non poteſt, vnde poſt ſententiam datur exceptio ex eo. ff. ad Maced. l. j. & ratio eſt, quia eſt inductum in fauorē filiorū familiàs, & in odium creditorum, ff. de cond. indeb. l. qui exceptionem. hęc Goffr. de nuncia. §. renunciatur.

Senatuſcōſultum Numianū cenſuit, nō licere libertinis ſtatum ſuū priuatis pactis immutare pęna cōtra colluſorem ſtatuta, & iure patronatus in detectorē colluſionis translato.

Senatuſcóſultum Orficianũ ad ſucceſſionẽ matris inteſtatæ filias, vel filios legitimos de vulgo quæſitos vocat, niſi mater ſit illuſtris cuius filium nominare ſpurium ſatis eſt acerbum.

Senatuſcóſultũ Pegaſianum ſtatuit, vt qñ ſcriptus hęres rogatus eſt tota hr̃ditatẽ vel pluſquam dodrantẽ reſtituere alicui, liceat ſcripto hæredi totius hęreditatis quartam partem retinete, quo caſu onera hæreditaria ſuſtineat inter ſe, & illũ, cui hæreditas reſtituitur, inter quẽ & ipſum cui hæreditatẽ reſtituit, ſtipulationes ſolebaat interponi, vt communicent pro rata parte lucrum & damnum.

Senatuſcóſultũ Piſonianum vult, vt ſi pęnæ obnoxius, ſi ue ſeruus veniſſet qñ aĩaduerſum ſit in eum pretium venditor præſtet emptori.

Senatuſcóſultũ Plautianũ de liberis agnoſcẽdis loquitur q̃ poſt diuortiũ eduntur, ꝑ hoc ꝑmittĩt mulieri ſi putat ſe prægnãtẽ denũtiare marito ſuo infra 25. dies, vel 30. poſt diuortiũ, quòd niſi maritus cuſtodes miſerit, aut cõtrariũ nũtiauerit ex ſe eã non eſſe prægnãtẽ, cogat̃ partũ agnoſcere tam quã ſuum. Si verò ipſa oppreſſa fuerit, nullum huic partui generat præiudiciũ.

Senatuſconſultũ Syllanianũ & Claudianũ punit ſeruos capite, qui dñis ſuis cũ vocarẽtur omnimodã opem, vel auxilium inquantũ potuerunt nõ tulerũt, vel impenderunt, cũ ipſi hoc viderent, & audirent. Et poſuit edictum, in quo prohibetur teſtã aperiri, recitari, vel hr̃ditates adiri ſub certa pœna ante quæſtionem adhibitã de morte defuncti, & contrafacientibus pœnam imponit, vt l. ſi qs in graui. §. quòd aũt. ff. eo.

Senatuſcóſultũ Tertullianũ quo cauet̃ matri non auiæ de ab inteſt. ſucceſſione deferenda, vt mater ingenua trium liberorũ ius habens, ſi libertina quatuor filio ſuccedat defuncto non exiſtẽtib' legitimis liberis, vel emancipatis, nec à pr̃e, nec à matre defuncti, ſed nouo iure, & ſi ſolũ vnũ peperiſſet, ſiue ſit ingenua, ſiue libertina, idẽ ius verſat̃. Vel Senatuſcóſultũ Tertullianũ dr̃ cũ mr̃es vocãtur ad hr̃ditates filiorũ, vt inſt. de ſenatuſc. Tertul. ꝑ totũ, &

not.in l. 1. ff. eo. tit.

Senatuſconſultum Traianũ, alias Caruianũ, ſtatuit ſi inter plures hæredes infans, ſit qui fari non poſſit, & ipſi rogentur ſeruum manumittere, non ideo libertas intercidat, quia fari nõ poteſt infans, nec ſeruum poteſt vendere, ſed æſtimatis partib. ſeruũ manumittant ſalua portione infantis.

Senatuſconſultum Trebellianũ à nouo iure incrementum & formã hanc accepit ut excluſio ſenatuſconſulto Pegaſiano liceat hęreditatẽ, reſtituenti quartã partem retinere inter ipſum & fideicõmiſſarium pro rata portione diuiſis actionibus cõtra communẽ ſtipulationem, & ſi totã hæreditatem volens reſtituerit ad eum, & in eum omnes transfert ſtipulationes.

Senatuſconſultum Turpilianũ, quo ſtatuitur ne q̃s publici iudicii crimen intentans ab accuſatione publici criminis cauſa ordinata, i. poſt inſcriptionem & fideiuſſionẽ datã, reſiſtat abolitione non impetrata.

Senatuſcõſultũ Velleianũ inductũ eſt in fauorẽ mulierum, ſ. illarũ q̃ leuitate ſua, & ſeu ox fragilitate ſe, & ſua obligant pro aliis ſideiubẽdo, vel obligationẽ ĩ ſe recipiẽdo. Per hoc ſenatuſconſultũ eis ſubuenitur, & cõceditur, vt ipſæ indẽnes ſeruent, & ſi cõueniant pro tali obligatione poſſunt opponere exceptionẽ ſenatuſconſulti. Velleiani. Ceſſat autem hoc ſenatuſconſultũ cũ mulier. renunciauit Velleiano, & oĩ auxilio. ff. eo. tit. l. vlt. Et dictum eſt a Velleio conſule, qui fuit auDthor illius ſtatuti. Et no. ꝙ mulier põt renũciare Velleiano abſq; alia certioratione, vt no. in l. iuris ignorantia. C. qui admitti bonorũ poſſ. & Bal. ibi diſtinguit tria mẽbra, aut mulieris interceſſio, vel fideiuſſoris eſt ſm leges, aut p̃ter leges, aut contra. Primo caſu nõ eſt q̃renda certificatio, cũ nõ ſit opus renunciatione ex quo lege pmittente ſi heiuſſit. Et sũt q̃nq; caſus. Primus ſi intercedendo aliq̃ pecuniã recipit, & ſic ſe obligat. l. aliqñ, ĩ prin. ff. ad Velleianũ. Secundus ſi ſecũdo interceſſit. l. ſi mulier pfectæ ætatis. C. eo. tit. Tertius ſi ꝓ dote fideiubeat. l. ſi. eo. tit. Quartus ſi ꝓ liber-

tate

tatealicuius, & in cã pia. Quintus ſi apud minorem intercedat. ff. de minorib. l.ſi apud. Secũdò caſu aut eſt certificata, aut nõ. Si primũ, valet renunciatio, ſeruata ſolẽnitate, videlicet, cũ inſtr͞o publico, & teſtiũ ſubſcriptione. Si ſm non ualet. Fallit tamen in duobus caſibus. Primò quando fit renuntiatio in iudicio, valet colore, & fauore iudicii. Secundò ſi interuenit iuramentum, valet ſm Bar.in l.ſciendũ. ff. de verbo.oblig. & ſecũdũ Bal.in authen. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſus uendi. Tertiò caſu contra legem fideiubere duobus modis. Primò pro marito, non in ſui vtilitatẽ, ſed mariti. Secundò omiſſa ſolemnitate inſtrumenti, & teſtiũ. Hæc addit Bal. ſuper additionibus Io.Andr.in Spec.tit.de diſpu.& alleg.

Senatuſconſultum Vintianũ, vide ſuprà, in uerſi. Senatuſconſultum Iunianum.

Senatuſconſultũ Voluſianũ ſtatuit, ꝙ qui improbe in litẽ coeunt, vt quicquid ex condemnatione in rem ipſius redditum ſiue relatum ſit, inter eos excommunicetur.l. Iulia.de vi priuata tenentur.

Senex multipliciter dr̃, not. ff. de apopt.l. ſi pater. §.2. de teſti.l.inuiti.& uide. C. de his qui non imple.ſtipen.l. 2. Aliqñ dr̃ ſenex maior 72.annis. C.qui æta.l. vnica. Item adde quis dicatur ſenex per Fel.in cap.qm̃ in prin.in 6.col. verſi. ad tertiam, ut lite non conteſta.

Senes, & valetudinarii qui dicantur: vide Panor. in c. qm̃ frequenter, in 8.colu. verſicu.tertio principaliter quæro, & ver.ſeq.ut lite.nõ conteſtat.

Seniũ eſt quadruplex, ſ. naturæ, gratiæ, culpæ, & æternæ gloriæ, vide Alb. in ſuo dicto.in ver.ſenium.

Senſus ſapientis non arbitrat̃ contra iura, vnde qñ alter cõtrahentiũ paciſcitur aliquid facere ad ſenſum ſapientis, alter contrahentiũ tenet̃ ea facere, quæ de iure fieri debet ſup illo contractu, quia ſapiens arbitrari contra iura non põt, alias ſapiens non eſſet.

Sn̄ia ſm Azo.in ſum. C. quo. & quã.iud.ſen.profer. dẽr, Qñque poteſt dici cuiuſcũque orationis ſignificatio. Quandoque ponitur pro opi-

opinione magiſtrorũ. Quãdoque dicitur quicquid alicui de re aliqua placet. Qñque deportatio. Quandoque excommunicatio, vel interdictũ, ſed improprie, quia excõicatio vel interdictũ potius punit, quã finẽ cauſæ imponit. Ideo potius pt pœna dici, q̃ ſententiã vel diffinitio. Quandoque ſententia dr̃, quodcũque iudicantis pceptũ, nõ naturæ, non iuri, nõn bonis moribus contrariũ. Et ſecũdũm hanc ſignificatiõnẽ diſtinguitur, quia ſentẽtiarum alia eſt diffinitiua, alia ĩterlocutoria, alia conuentionalis, alia quæ dicitur præceptũ, alia mulcta. alia diſpẽſationis. Et poteſt ſic deſcribi ſententia diffinitiua. Eſt diffinitio iudicialis controuerſiæ, finem imponens. ff. eod. tit. l. 1. Et addunt quidam ad diffinitionem indubitatã, & quæ nullo remedio retractari poſſit. p l. elegãter, §. ſi poſt rem iudicatã. ff. de condit. ind. Vel ſic deſcribitur ſnĩa diffinitiua. Et diffinitio iudicialis cõtrouerſiæ finem imponẽs, ex pnũtiatione, iudicis dãnationẽ vel abſolutionem cõtinens. Et hæc principalem diffinit quæſtionem, vt quando auditis vtriuſque partis allegationibus, cauſa terminatur, & finis principali negotio imponitur, quã ſemel datam iudex reuocare non poteſt, & iudex eſſe definit, qa officio ſuo fructus eſt, licet retineat iuriſdictionẽ ad exequẽdum. de of. dele. c. in literis, & c. quærenti. Sed an corrigere poſſit, ſi dicat ab ſoluo pro condemno, vide Gof. ĩ ſum. de ſen. & re iu.

Sentẽtia interlocutoria eſt ſẽtentia ſemiplena, q̃ profertur inter principium, & finem cauſę, non ſuper principali, ſed ſuper emergentibus, & incidẽtibus quæſtionibus puta ſup libello offerẽdo, vel cõcipiẽdo, vel danda dilatione, aut deneganda, & ſimilib. principali cã durante, vñ qñ iudex nõ reſidẽs pro tribunali interloquẽdo inter partes ſine ſolẽnitate ſcripturæ aliquid pronuntiat de plano, & ſuper aliquo incidenti, vel emergẽti extra primũ intentũ principale hãc reuocare pt iudex, ſiue ſit ordinarius, ſiue delegatus, ſiue arbiter debet tñ cum cauſæ cõgnitiõe ferri, & iudice co-

co-

cedente nõ procedente. 3. q. 3. §. ſpatium, ſm Goffr. & ſnĩam interlocutoriã fert iudex contra reum contumacem, qñ citato reo, & nõ veniẽte pronũciat actorem fore mittẽdum in poſſeſſionem rei, aut bonorũ pro menſura debiti declarati vel rei petitę. De emergenti quæſtione, vt qñ eſt qõ inter partes vel aduocatos, vtrum aliquis ſit recipiẽdus in teſtimoniũ, &c. vt ſupra. Et illa ſnĩa tranſit in rem iudicatam quo ad duo, [vt remedio appellationis attentari non poſſit, & vt excipiatur, & ex ea, c. cum dilectus, de elect. in fi. non aũt ex ea agatur actione in factum, ſicut ex diffinitiua. A qualibet. n. tali poteſt appellari ſm canones, non autem ſm leges, generaliter fallit in caſib. l. 2. C. vt lit. pend. vel dr̃ ſi interlocutoria ſit talis, quæ abſorbeat totum ius alicuius, & inſtar habeat diffinitiuæ, ita vt poſt interlocutoriam non ſit opus ad appellandum a diffinitiua ſi ab ea appellatur, ſecus ſi poſt interlocutoriam ſaluũ ſit beneficiũ appellationis a diffinitiua. Goff. tenet primũ in ſumma, eo. tit. de ſent. & re iud. Item interlocutoria ſecundum eundem eſt declaratio iudicialis ſuper aliquo articulo ſummariè ius tribuens inter partes. Et finaliter omne verbum a iudice in iudicio prolatum: iudicialiter faciens ad cauſam eſt ſententia interlocutoria, vt in auth. de litig. §. omne, coll. 8. &c. Et notandum, ꝙ aliud eſt ſententia, & aliud eſt ſtatutũ. Nam ſtatutum fertur pro futuris delictis, dicẽdo. Statuimus vt nullus hoc faciat, & faciens ſit excõicatus ipſo facto, vt no. in cap. fi. de conſtitutio. lib. 6. Sententia verò prolata ſic. Excommunico te, ſi furtum feceris, prohibetur furtũ, quia tractus futuri temporis nõ ſpectat ad iudicem, de hoc gl. opt. de ſent. excõ. c. Romana, lib 6. & c. a nobis, de ſent. excõ. Itẽ differt ſententia a canone in hoc; quia canon archiepiſcopi in prouinciali concilio ligat ſubditos totius prouinciæ, 18. diſt. c. vlt. Sententia autem archiepiſcopi dicendo. Quicunque furtum fecerit, ſit excommunicatus, non cõprehendit ſubditos

totius prouinciæ,ſed ſolius diœceſis ſuę, vt eſt gloſ.in c. Romana.præal.Itē ſnīa excōicationis,ſiue iuſta ſit, ſiue iniuſta,tenet.11.q.3.c.j. niſi in duobus caſib.ſ.poſt appellationem legitimā,& intolerabilē errorē in forma,c.p tuas,de ſen. excō.c. ſolet,& c.venerabilis,eo.ti. lib.6. Et qūo ſnīa trib.modis dr̄ iniuſta,ſ. ex cauſa,ex animo.& ordine,& eſt glo. 3.in c.ſacro, de ſent.exc.& illud iterū verū eſt in ſnīa excōicationis, ī qua eſt ſpeciale,ꝙ teneat non ſeruato iuris ordine, aliàs aūt ſnīa lata iuris ordine nō ſeruato,non tenet, C.de ſent. & interlo.omn.iud.l.prolatā. Itē de diffinitiua,& interlocutoria eſt glo.in clem.vnica,ſuper verbo diffinitiua, de ſeque.poſ.& fructuū.Et nota , ꝙ ſnīa lata ſup verbo poſſeſſorio dr̄ diffinitiua, ſm glo.in c.fi.de iud.& intelligitur qn̄ cauſa poſſeſſionis eſt deducta principaliter in iudicium,vel habet annexum petitoriū, ſecus ſuper accidens veniret in iudicium . Etiam diffinitiua prout imponit finē cauſæ, nunquam datur ſuper poſſeſſione,niſi ſit proprietas annexa, vt ibi notat.

Sententia conuentionalis, eſt amicabilis compoſitio, vt quando iudex conuenit aliquem,& commonet eum , ne faciat contra conuentionem. Alias ſentētias ſcilicet præceptum , mulctā, & diſpenſationem. Require in locis ſuis.

Sæpe no. regulam in contrarium , vt in §.in fraudem , inſtitutione , qui ex cau. manumit.non licet.

Sępius,ideſt, aliquando,regulariter tamen contrarium ſignificat , verificatur in duabus vel tribus vicibus. Item facit cōtrarios caſus ſpeciales.l.ſi in diem,§.ſeruo.ff.de condi. & demonſt. ſecundum Dy.

Septa ſunt clauſulę,& dicitur a ſepio, vt eſt gloſ.in cle.ne in ago.de ſta.mon.

Septunx ſeptē habet vncias. Req. ſupra. *As.*

Sepulchrum eſt locus,in quò mortuus continetur , vel ſepultus eſt. Sed monumētum dicitur idem locus ſine corpore. Req. ſupra; M.

Sepultura ſm Goffr. qn̄q; dr̄ officiū qđ impēditur ſepeliendis. Qn̄q; ipſa terra ad vſum ſepulturæ deputata . Qn̄que tumba marmorea,

vel

vel lapidea vel locus concauus in eccleſiaſtico cœmiterio factus, in quo corpus catholici quieſcit. Itē ſepultura eſt ius funerandi in eccleſiæ cœmiterio. Eſt autem ius funerandi poteſtas ſepeliendi in cęmiterio proueniens eccleſiæ ex cōceſſione Pontificis.

Sequela dicitur omne, quod naturaliter ſequitur ad aliud, ut iumentum equam vitulus vaccam.

Sequeſter eſt is, apud quem res litigioſa deponitur a pluribus & ſequeſtratur, vt ei, qui in cauſa vicerit, reddatur, dictus ab eo, ꝙ occurrēti, aut quaſi ſequenti eos, qui cōtendunt, cōmittitur res, de ver. ſig. l. ſequeſter, vide extra de iudi. c. exa minata. Eſt enim ſecundū Goff. depoſitarius rei in iudicium deductæ, vt ff. depo ſiti. lege. proprie.

Sequeſtrum eſt illud ſcriptū, quod de ſequeſtratione cōficitur, & ſi ſit ex cauſa voluntaria, transfert poſſeſſ. in ſequeſtrum; ſecus ſi ex cauſa neceſſaria, l. intereſſe puto. ff. de acq. poſ. & no. in capitu. examinata, de iudi. in glo. & in glo. clem. 1. de ſequeſt. poſſ.

Sequeſtratio ē rei, de qua agitur vel controuerſia eſt, ſeparatio vel depoſitio, uel poſſeſſionis interdictio. Interim. n. ꝙ res apud ſequeſtrū eſt nec actor, nec reus poſſidet, ut ff. de ſta. ho. l. libertus. Non pōt aūt illa depoſitio, quę ſequeſtratio dicitur, fieri, niſi a plurib. q̄uis alias, & vnus, & plures deponere poſſint, vt l. licet ff. de po. Nam plures rem litigioſam deponunt, qñ de uoluntate partium fit. Etiā vnus deponere pōt de mādato iudicis, ut in gl. c. examinata, de iudic. & ibi per Doc. Et not. quod ſecundū Gof. ſequeſtratio fit aliquādo cauſa omittendæ poſſeſſionis, & tunc neuter litigantium poſſidet, ſed ſequeſter. Aliquando cauſa cuſtodiæ, & tunc poſſeſſio remanet penes poſſidentē. Et generaliter prohibita eſt ſequeſtratio. C. de proh. ſeq. l. unica. Permiſſa uerò caſualiter. Primò voluntate partium, vt lite finita res victori detur. Secūdò ex neceſſitate, ne perſona ſuſpecta cum re mobili aufugiat. Tertiò ne perſona ſuſpecta circa rē immobilē fructus depopulet, uel diſ-

diſſipet. Quarto pp contumaciã non cauentis de collatione bonorum faciẽda. Quintò ſi ſeruus de poſſeſſione ſeruitutis proclamat in libertatẽ. Sextò cũ appellat ab executore. Septimò cũ timetur de ſæuitia viri, nec põt ſufficienter uxori caueri, ſeq̃ſtrat̃ vxor. Octauo ne perdatur vendendi commoditas. Nonò cũ aliquis de comitibus pręſidis furtũ patitur, nã res ſequeſtratur vſq; ad tp̃s ſucceſſoris pręſidis. Merito.n.ſequeſtratio fieri non debet niſi tunc demũ cum timetur, ne poſſeſſorvel appellãs fructus depopuletur ſm̃ Gof. in ſum. Alios caſus vide in clem.unica, eod.titu.& l.1. ff.de col.bon.& ſecundum Archi.in c.quia res. 11.q.1. ubi latè de hac materia, & per Io.Mon.& Ioã. And.in reg.locupletari, de reg.iur. lib.6.uide etiam gl. fi. in c. dilectus, de ſequeſtra. poſſ. cum ibi no.

Sequioris vitæ eum uocat Vlpian.in l. Cùm ij. de tranſac. qui ſibi ex ſe alimenta ſuppeditare nequeat, ſed de alienis laborib. pendeat.

Seriæ vaſa ſunt fictilia oblonga de quib. Liuius, in 4. fecundi libelli punici ſic inquit. Et in unico hiſtrico fonẽ ſub terra tanta ui aquã fluxiſſe, ut ſerias doliaque, quæ in eo loco erant prouoluta uelut impetus torrentis tulerit, & de his intellexit. Vlp. in l. vinaria vaſa, ff.de verb.ſig licet alii aliter. & in l.ſed, & ſi quis. §.proprietatis, vide ibi glo. ff.de uſufruct.

Sericoblatæ dicuntur veſtimẽta, quæ inſeruntur, & texuntur ſerico, vt l.loras. C. de mur.li.11.ſecundũ Acc. Legendũ, Sericoblatæ dupliciter, vt ibi atteſtat̃ Alc. Nã blatta dicitur purpura vnde Sericoblattæ ueſtes puræ pureæ ſerico intextæ.

Seruiana, & quaſi ſeruiana actio Req.ſuprà, Actio.

Seruitus eſt cõſtitutio iuriſgẽtium, qua quis cõtra ius naturale alieno ſubiicitur dominio. Et quando ſeruitus inducta ſit: vide gloſ. ſuper verbo ſeruos, de Iudæ, & Sarrac. capitu.ita quorum dam, optimam gl.ſuper uerbo ſeruitutes, diſt.1.ius gentium. ſunt autem duplices ſeruitutes, ſcilicet prædiales, & perſonales.

Seruitus prædialis eſt quædã conſtitutio, qua prædium præ-

prædio ſubiugatur, & ſeruitutes prædiales, lex reales appellat, quæ ſequũtur prædia, & earum conſtitutio eatenus tenet, quaten⁹ expedit prædiis, i. ad fructus eorum percipiendos.

Seruitutũ aut prædaliũ aliæ ſunt vrbanæ, & aliæ ruſticæ, ſed has quidẽ in ſeruitutes lex dicit eſſe iura cõia q̃ libertatis ſunt: vnde not. ſm Azo. in ſum. C. de ſer. & aquædu. ꝙ hoc verbum ius in eadẽ lege, & in eadẽ voce ſupponit pro ſeruitute. Dictio enim ſemel depoſita duas qñque importat ſignificationes. ſ. propriã, & impropriam vel vtranque. Propriè aũt ſm diuerſa dicuntur ſeruitutes. Nã ſi nõ poſſem ex ædib. meis exire in agros meos vel peruenire ad viã publicã niſi per agros tuos, vel ortos, & emam à te licentiã eundi, hæc licentia dr̃ ſeruitus itineris. quia prædiũ tuum in hoc mihi ſeruit. Et harum ſeruitutum quædã habent cauſam continuam, quædam quaſi continuã, quædam diſcontinuã, ſm gloſ. in l. ſeruitus magna, ĩ prin. glo. magna, ff. de ſer. ru. gen. Et quæ ſeruitus dicatur habere cauſam continuam, & quæ diſcontinuam, declarat Bar. in l. 1. C. de ſerui. & aq.

Seruitutes ruſticæ ſunt q̃ prędijs ruſticis debẽtur, velut iter, actus, via, aq̃ductus, aquę hauſtus, pecoris appulſus ad aquã, ius paſcendi, calcis coquendæ, arenæ fodiẽdæ, quæ tria vltima poſſunt dici nominatæ ſeruitutes ruſticæ, ſed ſuperiora proprijs noĩbus carent, q̃ omnia req. locis ſuis. Nam iter eſt ius; quo ex æde mea per agros tuos poſſũ in vicos publicos exire, vel intrare, ſed aquæ hauſtus eſt vt aquã haurire poſſim de puteo tuo.

Seruitutes vrbanæ ſunt quæ prædijs vrbanis debẽtur. ſ. intuitu alicuius ædificij nã ædificijs inhærent, velut altius tollẽdi, aut non tollendi, ne officiat̃ luminib. vel ꝓſpectu domus vicini. Itẽ ſtillicidium auertendi, vel non auertendi in tectũ vel in aream vicini, vt ſtillicidiũ tecti mei cadat in areã vel fundũ eius. Item ut liceat immittere vel proijcere tignum ĩ pariete vicini. Et notat ꝙ an ſeruitus ſit vrbana vel ruſtica, colligit̃

ex

ex qualitate prædij cui debetur ipſa ſeruitus, qđ patet. Nā talis ē ſeruitus, quale eſt prædium cui debet. Hinc eſt, ꝗ licet via ſit ſeruitus ruſtica, tñ ſi ſeruiat domui, q̄ eſt vrbanum prædiū, l. vrbana prædia, de verbo. ſig. cenſebitur ſeruitus vrbana, inſpecto fundo cui debetur, gl. in l. j. & in gl. fi. de ſer. urb. præd.

Seruus eſt, qui de iure gentiū vel ciuili dominio alieno ſubiicitur in hac parte, & ius gentiū, & ius ciuile detraxerunt iuri naturali. Et dñr ſerui non à ſeruiendo, ſed à ſeruando. Imperator enim vel princeps captos ab hoſtib. qui ſerui ſunt capientiū, uendere iubet, & per hoc ſeruare, & nō occidere hoſtib. n. captis, & ſic in ſeruitutem redactis, hoc ſeruandū eſt, quod vtile, & benignum viſum eſt, ſ. eos oēs ſeruari, & non occidi hoc enim benignitatis eſt, ſed occidi, crudelitatis. Iō etiam dicta ſunt mancipia, quia ab hoſtibus manu capiuntur vt inſtitu. de iudi. perſ. & ff. de ſta. ho. l. libertus. Sunt etiā ſerui vernæ, qui ſunt ex ancillis manentibus, in domo nat. l. Titiæ Textores. ff. de legat. I.

Serui ſtricto modo dicuntur carentes libertate. Sed largo modo etiam ſeruientes pro pecuniis, & mercede, dicuntur ſerui, à ſeruiēdo. Pan. in rub. de Iudæis.

Serui arcarii. Req. ſupra. Arca.

Serui aſcriptitii, vide aſcriptitius.

Serui atriarii vel atrienſes ſunt illi, qui atrii cuſtodiā faciunt.

Seruus corruptus dr̄ ſeruus qui per alicuius inductionem factus eſt de bono malus, vel de malo deterior, ſ. in anima, & corpore.

Serui corrupti actio. Req. ſup. actio.

Serui cubicularii dicuntur q lectum, & cubiculum domini ſui procurant, q uulgo camerarii vocantur à camera.

Serui deditij dñr qui in morte liberi, & in uita ſua ſerui ſunt, quorum libertas ſublata eſt, ut inſt. de lib. §. libertinorum.

Serui Latini ſunt, qui a dominis erant manumiſſi, vt in vita eſſent liberi, & in morte ſerui, & eorum bona tanquam ſeruorum ad dominos deuoluebantur, ut in §. præal. inſt. de liber.

Ser-

Seruus librarius à libra dictus eſt, qui ſ. ponderibus præeſt, & libræ nummorũ, & permutatorum cuſtodiã habet domi domini ſui.

Serui inſulani aliàs inſularij ſunt, qui retinent in inſula ideſt in domo, nec mittuntur in agros, nec in villam. Domus autem inſula dicitur eo, quod inſunt ei habitatores, licet inſula quandoque dicatur in ſaluo, id eſt mari ſita.

Seruus vicarius eſt qui ſeruo ordinario ſubminiſtrat.

Seruus originarius, vide originarius.

Seruus publicus dicitur tabellio, non quia ſeruus, ſed q͂a publicum exercet officiũ. ff. de adop. l. non aliter.

Serui vernę, vide ĩ ver. Verna.

Serui victores ſunt quo q̃s victus hēt pręparandi cauſa.

Seſcũx cõſtat ex vncia, & dimidia, & eſt octaua pars aſſis, & debet eius litera tertia ſcribis, & non x, vt inſt. de hær. inſtituendis, §. hęreditas, ſecundum Accur.

Seu, dictio eſt diſiunctiua. C. de ſacroſan. eccl. leg. generali, & aliq̃n ampliat, ff. de aur. & arg. leg. l. ſi quis ita, & ſecundum Bar. in d. l. generali, & nota. 73. diſt. ego Ludo. & 75. diſt. c. vlti. in ſi. & per Arch. de ſo. comp. in c. 1. lib. 6.

Seueritas dr̃ rigor, & integritas iuſtitiæ, Arc. in c. vt officium, §. verum. in verbo ſeueritas, de hær. in 6. Vel dic quod ſeueritas eſt per quã iudicialis ſnĩa vel vindicta diſtrictè exercet̃, vel eſt virtus, debito ſupplicio coercens iniuriã ſm̃ Alb. in ſuo dicto. ĩ verb. Seueritas.

Sextans eſt ſexta pars aſſis ex duabus vncijs conſtans.

Sextarius, vide Modius.

S ante I.

SI, de proprio ſignificatu importat cõditionem, non tñ ſemper ſignificat. Vñ quãdoq; facit diſpoſitionē cõditionalē. Quandoq; executionem tantum. Quãdoq; ſignificat cauſam incertã. Quandoq; certam. Qñque euentum incertum nõ conditionalē, quia non ſuſpendentem. Quandoq; accelerationem, & quandoq; nihil ſignificat. Exemplũ primi ibi, promitto vel lego ſi nauis ex Aſia uenerit: ut in l. itaq; ff. ſi cer. pet. Scdi ibi iudex dicit, do tutorē ſi ſatiſdederit, q͂a ſenſus eſt, q͂d puré dat̃, & immediatè ſit tutor, ſed adminiſtrare nõ

debet niſi prius ſatiſdederit, vt l. multos, §. hanc aũt, ff. de tut. vbi dr̃ hanc autẽ cõdõnẽ ſi ſatiſdederit, conditionem nõ facere ratio eſt voluntas proferẽtis. Nã tutor a iudice non põt dari ſub condõne, c. actus legitimi, de reg. iu. lib. 6. Etiã quia inuitus datur tutor ergo non ſtabit in voluntate ſua per conditionẽ. Nec iudices in decernendo ſolent facere iudicia ſua conditionalia. Exemplum tertij, lego Titio ſi negotia mea geſſerit. Et eſt aliud ex primẽte cãm, per quia exprimẽdo falſa cauſa nõ vitiat, ſed p ſi vitiat, l. demõ. ff. de cõd. & dem. niſi aliud appareret ex voluntate diſponentis. Etiam qñq; ſi capit pro quia, vt ibi. Si Deus eſt, quia hic ſubiecta materia, & fides catholica hẽt; ꝙ Deus creator eſt omniũ certitudinaliter. Quarti qñ ille euentus eſt de præſenti vel de præterito, vt ibi promitto vel lego ſi Rex eſt Pariſijs vel fuit tali die, vbi euentus eſt diſponentib. vel diſponenti incertus, nõ tñ condõnalis, quia nõ ſuſpẽdit. Nã actus purus ſtatim valet, vel non valet, §. ſi. inſtit. de verb. oblig. & hic accelerationẽ ſignificat. Etiã qñq; nihil ſignificat, vt ibi promitto ſi talis morietur. arg. l. ſi pupillus, §. qui ſub cõditione, ff. de noua. & de delega. quia non poteſt ſignificare conditionẽ, quæ eſt de euentu futuro certo. Sed quia nihil certius morte, ergo materia ſubiecta non patitur. Dicit tamen Bar. quòd in vltimis voluntatibus operatur conditionem, dicendo lego ſi hæres morietur, vel ſi Sẽpronius morietur non ex eo quod mors ſit incerta, ſed quia incertum an legatarius morietur antequam hæres vel Sẽpronius, alleg. l. quib. diebus, §. quidam Titio, ff. de condit. & demonſtr. vbi dicitur, quod legatum tale, ſi mater tua morietur, eſt conditionale. Petrus dicit cõtra quod eſt purum. Et ſic in textu allegato debet ſumi pro cum, quod ſignificat principaliter tẽpus, & per conſequens conditionem. Item nihil ſignificat, vt ibi, promitto ſi volueris, lego ſi hæres voluerit, l. ſub hac, ff. de act. & obl. quia actus in voluntate obligandi eſt, & ſic nul-

nulla eſt diſpoſitio, vel reſtrictio fit, niſi diſponẽs videat̃ decedere, l. ſi ita expreſſum, ff. de cond. & demon. Finaliter autem ſemper ad mentẽ diſponẽtis recurrendũ eſt, quia ſæpè contingit q̃d vna dictio vel oratio p vnũ capitur in vno ſignificatu, & per alium in alio. Sunt ergo circunſtantię attendendæ, per quas mens proferentis declaratur.

Si nõ valet hoc iure, valeat illo. Si nõ valet iure teſtĩ, valeat iure codicillorum, &c. Hę clauſulę ſignãt ſi non põt valere ex defectu ſolẽnitatis, vt teſtm̃, ſ. ꝙ non ſunt ſeptẽ teſtes vel nõ ſigillauerunt eodem contextu, valeat iure codicillorum ſi fuit quinq; teſtes diſponẽs hoc voluit, & lex admittit. Significat ergo dictio ſi, appoſita his verbis, vel alijs q̃d volũtas diſponentis declaratã ex verborum ſignato, vel alio quo mõ dictat.

Sic, qualiter intelligatur, vide extra de priui. ca. ex ore, de conſ. cap. examinata, & de ver. ſig. c. abbate, cum ſim.

Sica eſt ferrũ vel cultellus breuis in vtraq; parte ſcindẽs & acutus, quo maximè vtũtur, q apud Itallos latrocinia exercẽt. ſed eius ĩterpretatio eſt larga vt contineat telũ lapide, ſignũ, & quodlibet ferrũ, vt inſt. de pub. iudi. §. item lex. & §. ſicarij.

Sicarij dñt homicidę, & interfectores, dicti a ſica. i. ferro, vel cultro, inſt. de pub. iud. §. ſicarij. ẽt dici poſſunt ſicarij, qui alicuius vitæ armis inſidiantur, de pę. diſt. 1. ſi quis cum telo, de homicid. c. ſicut dignum, in glo.

Sigillatim, i. ſingulariter ita exponit Hoſt. in c. venerabilis, de teſti. & Arc. in c. pręſentium. §. teſtes, eo. tit. lib. 6. & habetur de hac dictione in l. ſed & ſi per prætorem, §. ſi. ff. ex quib. cau. ma io. & in l. cum quidam, C. de verb. ſign.

Sigillũ pter vulgatã ſignãtionem interdũ ſignificat paruam ſtatuam, l. quæſitum, §. Papinianus, de fun. inſtr.

Signũ quid ſit, & qũo ſignũ differt a ſacrificio, de conſecrat. diſt. j. ſacrificium, & c. ſignum, & qũo multiplex eſt ſignum vide extra de cõſue. c. 2. in glo. frequentius autem accipitur pro ſigillo, l. 3. de tab. exhibend.

Signare eſt aliquã formã, vel ſignum alicui imprimere, vel notam imponere, vn-

de teſtm̃ ſignare, i. notare debet quis, vt notum ſit illud, quod in teſtamẽto ſcriptum eſt. Iſid. lib. 5. etymo. Sed ſubſignare eſt ſubſcribere, vt ſi teſtes vocati, & rogati à teſtõre ſubſcribant.

Signatas tabulas (inquit Vlp. in l. ad teſtium, de teſt.) accipi oportet, & ſi linteo, quo tabulæ inuolutæ ſũt, ſigna impreſſa fuerint.

Signatum aurum vel argentum quod dicatur, docuit Iuriſc. clariſsimè in l. Quintus, de au. & arg. leg.

Signatorius annulus eſt, qui characterem, i. ſculturam habet, quo vtimur ad imprimendum ſigna.

Signatio ſm Azo. de verb. ſig. propriè eſt demõſtratio facta, proprio nomine rei de qua quęritur attributo, ſed largè ponitur ſi proprium nomen non interueniat, ſi tamen res per aliud verbũ, quod aliquo modo, accedere poſſit ad rei oſtenſionẽ, notificetur.

Signinum opus, vt interprætatur Nebriſ. ex Plin. dicitur quod conficitur fractis teſtis concuſſis addita calce.

Silentiarij ſunt idẽ qđ cõſiliarij, vel ſecretarij principis, qui ſilere debent, & occultare principis cõſilia, vt ff. de mino. l. verum & glo. 3. l. illud. C. de collat.

Siliginarius, cuſtos ſiliginis, l. ſi quis vxori, de furt.

Siliqua ſecundũ Iſid. eſt vigeſima quarta pars ſolidi, alij dñt octaua, alij quarta pars vnciȩ ſuper quo vide. l. liberto, §. filium, ff. de annuis le. & in auth. ſed hodie, C. de epiſc. & cle. & in aut. de ſanctiſſ. epiſ. §. ſportularũ. Aliqñ eſt cortex, ſeu pellis fabæ. & ciceris, l. frugem. §. ſi. ff. de verb. ſig. & ibidem gl.

Sylua cædua eſt quæ ad hoc vt cædatur deputata eſt, & dicitur apta cœdi, quia facilè ſuccreſcit.

Sylua palaris ex qua pali, & pedamenta ſumuntur.

Sylua paſcua dicitur, quæ paſcuis pecudũ eſt aſſignata.

Simile dici nõ poteſt, vbi diſſimilitudo ſubeſt. 28. q. 1. ſicut. n. & l. 3. ff. de iniu. rup. & irri. teſta. & qualiter inter, prætetur hoc verbum ſimile, vide c. olim. de verb. ſig.

Similitudo eſt rerum differentiũ comparatio, ſecundum Boet. & quæ ſimilitudo ad ſpeciẽ vel genus referat, eſt gl. no. in ver. curã animarũ, in c. nõ poteſt, de præb. li. 6.

Simonia ſm Goffr. eſt ſtudioſa

ſa cupiditas, vel voluntas emendi, vel vendēdi ſpirituale, vel ſpirituali annexū, ꝙ ſpirituale cēſetur ius. n. percipiendi prouentus præbēdales, ſcilicet ratione præbendæ, vel prælaturæ, ſpirituale non eſt, ſed annexum ſpirituali, ſ. canonicæ, propter res temporales, quæ ex illo iure proueniūt, vt. ſ. fructus. 1. q. 3. ſi quis obiecerit, ſic & ius patronatus dr̄ annexū ſpūali propter quādā confœderationē, quia cadit in laicū à quo poſſidetur, vt c. de iure, eo. ti. & dr̄ à Simone mago, q̄ fuit primus autor huius ſceleris in nouo teſtamēto. Ipſe enim voluit emere gratiā Spūſſāćti à B. Petro, ſic Giezi in veteri teſtamento voluit gratiā ſanitatis Naaman Syro vēdere, vt 4. Reg. 5. Vnde ſimoniacus dicitur propter emptor. ſpiritualiū, ſed Giezitícus venditor eorūdem 1. quæſtione 1. qui ſtudet.

Et eſt ſimonia peccatum enorme reſpećtu eius, qui ꝑ ſimoniam beneficiū acquiſiuit, qui pœnitentiam agere non poteſt beneficio retento, vel dicitur enorme, ideſt indiſpenſabile, quia diſpenſari non poteſt cum ſimoniaco, niſi beneficio reſignato, ſicut in ſimoniaco in ordine contingit, vt 14. diſt, nerui. Et ſimoniacus eſt occultus in ordine ſuſcepto, qui vitioſū habet charaćterē, vt 1. q. 1. quibuſdā, ſuſpenſus eſt quo ad ſe, & quo ad alios. 1. quæſt. 1. Reperitur etiam ſimonia ſola intentione abſque pacto, vel facto committi, vt in c. qui ſtudet, præal.

Simplex præceptum eſt cum præter lit. conteſtat. iudex confeſſione partiū accedēte aliquid præcipit, v. g. ſi quis à reo in iudicio abſq; libello cum inſtrumēto debiti petat 10. & confiteatur de plano, tunc iudex ſine alia cauſæ cognitione, vel commiſſione ſibi præcipiet, vt certo termino ſoluat, & hoc dicitur præceptum, & nō ſententia, quia ſententia non dicitur niſi quādo ordo iudiciarius eſt ſeruatus.

Simpliciter, quid hoc verbū importet, notat. per Innocent. & Hoſtienſ. in capitulo olim. de accur. & in Specu. de inq. §. tertio, verſicu. ſed quid ergo. Item de hac dićtione, vide per Bart. Ioan. de Imola. Alexandr. &

& Franc. de Aretin. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, ff. de verb. oblig.

Sine, hæc dictio tria importat. Eſt. n. priuatiua, negatiua & excluſiua, no. ff. de pigno. actio. l. 1. §. præter. Itẽ importat argumẽtũ à contrario ſenſu. extra de his, q̃ fiunt à prælat. fine cõſenſu capituli, c. cum apoſtoli. §. fi. Aliquãdo ĩcludit. 6. diſt. ad eius, & de tẽpo. ordi. c. nec epi. & ibi in gl. Aliqñ ponitur ꝓ nõ. ff. mãd. l. ſi mãdauero. §. fugitiuus. Aliqñ pro cõtra. ff. de acq. poſ. l. ſi ex ſtipulatione, & plenẽ de hac dictione vide p Albericũ de Roſ. in auth. quod ius, C. de procurat. & Bar. in leg. ſi eum, §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut.

Singulare ſæpè ponitur pro plurali. l. in vſu, de ver. ſig.

Siphones, vt ſcribit Alc. in l. ferri, de verb. ſign. erant inſtrumenta, quibus olim fabri vtebantur ad extinguẽda incendia. Siphonũ meminit Vlpian. in l. quęſitũ, de fun. inſtr. tametſi in vulgatis codicibus, Scopæ, nõ Siphones, impreſſum ſit.

Si quis verbum hoc, tam maſculos quam feminas complectitur, l. 1, de verb. ſign.

Siſtere in iudicio dicitur qui præſtat eius, de quo agitur, præſentiam, l. apud Labeonem, de verborũ ſignificaio. vide ſupra in verbo. iudicio ſiſti cautio.

Sitocomia, i. fames vel guerra. C. vt nemi, lic. in emp. ſpecie, in glo. rub. vel dic ſitocomia frumentaria dr̃ vñ ſitocoma p̃fectus frumentariæ. Nam ſiton frumenti, & como curo dicitur, vt hr̃ in l. fi. ff. de adminiſtrat. rer. ad ci. pertin. vbi corruptè legitur ſitonias pro ſitocomas.

Sitonæ, latinè frumentatores dicuntur quo noĩe appellabantur magiſtratus quidam, qui frumẽtum & annonam curabant: vnde Sitonia, tale eorum munus.

Sitoſtaſius erat, qui vendendo frumento præerat, ſecũdum Alc. in l. quicquid, C. de fru. Alex.

Siue non euenerit, hæ orationes de ſe ſunt contrariorũ caſuum, & tñ coniunctæ ſignificant puritatem, ſ. qđ actus, q̨ deponitur, his verbis ſit purus, & ſumitur ſignificatũ ex hoc, quod certum eſt alterum caſuũ euẽturum, & ſic diſpoſitio redditur pura, facit l. qđ ſi pe-

ten-

tente, §. vlti. de pericul. & cōmo. rei ven. vbi habetur qđ venditio facta hoc modo ſiue nauis ex Aſia venerit ſiue non, eſt pura, vt l. ſi pupillus, §. qui ſub cōditione, ff. de noua. vbi habetur quod q ſtipulatur ſub cōditione oīno extitura, purè ſtipulatur, vt l. itaque, ff. ſi cert. petatur, vbi conditio dicitur, cū ī incertū cōfertur. Et ſic patet, quod hæc cōditio non reddit actū cōdōnalē de p ſe, ſed, hæc oratio applicata diſpoſitioni vltimæ voluntatis eam reddit conditionalē, vt l. huiuſmodi. ff. quādo die. leg. ce. vbi dicit, qđ legatū hoc mō factum, ſiue illud factū fuerit, ſiue nō, eſt conditionale, & intelligę ſiue nō fuerit infra certum diem, ne in infinitum expectetur. Et licet certum ſit alterum caſuum euenturum, tamen in certū eſt an viuente legatario vel non & ſic incertitudo facit cōditionem in vltimis volūtatibus, facit l. 1. ff. de conditio. & demonſtra. Secus in contractu, qui purè tranſmittitur, ſiue factum exiſtat, ſiue nō: ergo cōtractus factus, cū ille moriatur non eſt conditionalis, ſed ī diē, l. nā ſi cū moriar. de cond. ind. Et ſumitur in his ſignificatum ex communi modo intelligendi, niſi aliud certè appareret ex voluntate teſtatoris vel contrahentium.

S ante O.

SObrini, & ſobrinæ dicūtur qui vel quæ ex patruelib. fratribus vel ſororib. conſobrinis vel amitis progeniti vel progenitæ ſunt.

Sobrinus propior, & ſobrina ꝓpior ſunt patrui magni vel amitæ magnę, auunculi magni vel materteræ magnæ, filij filiæve.

Socer eſt pater mariti, l. ſic autem, ff. de re iudi. etiam eſt pater vxoris, vt ca l.

Socrus eſt mater mariti vel vxoris.

Adde quod ſoceri appellatione continetur etiam auus mariti vel vxoris, & appellatione ſocrus, auia, l. ſoceri, de ver. ſign.

Socer magnus, & ſocrus magna appellantur auus, & auia mariti, vel vxoris, l. nō facile. ff. de gradib.

Societas eſt duorum pluriū ve conuentio honeſte contracta

tracta ad vberiorem quæſtũ, & commodiorẽ vſum, req. ſuprà, actio pro ſocio.

Sodales, qui ſunt eiuſdem collegij. l. vlt. de colle. illic.

Solariũ, vectigal quod reipu. ſoluitur ob publici ſoli occupationem, l. 2. ff. ne quid in lo. publ.

Solatium, idem quod ſtipendiũ ſecũdum Alc. in l. inter donum, de verb. ſign.

Solennitas ſumitur pro actu reali, vt ſolennitas ſtipulationis, dũ quis fideiubendo ſe obligat interrogatione p̄cedente, & rñſione ſequentẽ, inſti. de fid. §. fi. Et hoc ẽt notandũ pro intellectu huius, ſi ſcriptũ repetit̃ aliquẽ fideiuſſiſſe, q̃a ſub hoc verbo ſignificatur ſolennitas ſtipulationis, niſi fieret in patria tali, in qua efficax eſt ſimplex promiſſio. Similiter in authẽtico inſtrumẽto ſi repetitur ibi ſcriptũ aliquẽ ꝓmiſiſſe, ſub hoc verbo includit̃ ſolẽnitas ſtipulationis, l. prima. C. de vſur. & §. ſi ita ſcriptum, inſti. de inuti. ſtipula. Et ſumitur ſignificatũ ex ſolennitate inſtrumenti, ꝙ ſignificat ibi cõtentũ ſolenniter factum etiam ex parte notariatus, quia notarii nõ redigũt inſtrumentum in ſcriptis publicis, niſi de actib. coram eis ſolenniter celebratis. Alias promiſſio nõ facit de ſe ſolẽnnitatẽ ſtipulationis ſecus de fideiuſſione, dum ſaltem apparet, inquãtũ ꝓ quo, & penes quẽ, alias etiã nulla eſſet fideiuſſio. l. cùm de indebito, ff. de proba. §. fi. iuncta. l. 1. de fid. & ſic de aliis in quib. includitur ſolennitas uel. non.

Solertia, i. cautela, de iure patrocin. c. 1. li. 6. p Arch. vel ingenii ſcientia vel aſtutia, no. in l. 1. §. nõ fuit. ff. de dolo. & in l. 1. C. ſi maior fac.

Solet, q̃d importet, vide Bart. in l. 1. C. quomodo. & quãdo. iu.

Solicitus dr̃ inquietus, quaſi ſolers, & citus, ſecundũ Iſi. in tit. de ſolicitudine.

Solidum, i. firmum: Et componitur cum in, vt inſolidũ, i. quilibet eorum per ſe ſolũ unde locum habet in promiſſionib. ſtipulatione valatis, quæ ſtipulatio concipitur per verba futura, & inſerit inſolidum ſe daturos vel ſeruaturos.

Solidus idem eſt, q̃d aureus, & 72. ſolidi faciũt librã auri, inſti. de pœna teme. li. §. fin. ff. de in ius vocar. liber-

tus.

tus. Item ſolidus & aureus qualiter accipiantur in iure, & quot ſolidi faciant libram. Pan. in c. conquerentur, de off. ord. ubi Fel.

Solium latini, græci thronum vocant, & eſt locus in quo Reges ſedēt, c. quorũdam, & ibi Arc. de elect. in 6.

Soluendo eſſe, eſt hēre vnde ſoluat, vel ſoluere poſſit in ſolidum per ſe vel per aliũ ff. de verb. ſign. l. ſoluendo. & ſic dr̃ quis eſſe ſoluendo Econtra non ſoluendo dr̃ ille qui ſoluere non poteſt.

Solum idem eſt, quod terra, Vnde, Sit tibi terra ſolum quo poſſunt vincere ſolũ. Vbi primum eſt ſubſtãtiuũ neutri generis, ſecundum adiectiuum maſculini generis, unde dicitur.

Quicquid plantatur, ſerit, vel ædificatur.

Omne ſolo cedit radices ſi tamen egit, inſt. de re. diui. §. cum in ſuo.

Solus eſt cui nullus eſt cõtrarius, diſt. 8. ſi ſolus.

Soluta oratio dicitur, quæ neque coniunctim neq; diſiũctim connexa eſt, vt cum dicitur in inſtrumentis, uẽdidit, dedit, tradidit, & alia id genus l. ſæpè. de ver. ſig.

Solutio ſecundũ Gof. eſt rei quæ debetur redditio. inſti. qui. mo. tol. obli. in prin. uel large, eſt ab obligatione liberatio. Et alia eſt naturalis ſiue uera, quę fit per redditionē eius, quod dētur, alia ciuilis ſiue imaginaria & fit multipliciter per nouationem, delegationē, acceptilationē, vel cõpenſationē, de quib. in locis ſuis.

Solutum matrimonium dicitur ſiue morte ſiue diuortio. l. cum quærebatur. ff. de ver. ſig. & l. ſi quis. ff. ſo. ma.

Solutus dicitur cui libera facultas recedendi eſt. l. qui neque. de uerb. ſig.

Sonticus morbus eſt ille, qui perpetuo nocet, niſi ſit curatus, vide ſup. morbus.

Sortes apud Iuriſco. ſignificat auaritiam.

Sors eſt ars diuinandi. Diuinatio aũt propriè in malo ſumitur. Item ẽt ſors idē eſt, quod ſortilegiũ, ut extra de ſorti. Item eſt portio hæreditatis eo, ꝙ per ſortes ſolent diuidi hæreditatũ portiones, de præb. cum ſecundum apoſtolũ. 21. diſt. cleros. Sumitur ẽt pro fortuna vel euentu. 26. q. 2. ſors. Itē pro capitali capit. vt de vſu. cap. 1. & 2. de hoc vide gl. in proœ. cle. in ver. ſortis

Sorti-

Sortilegium eſt quãdo aliqd per creaturam diuinatur. Et ſpecies diuinationis nu merantur. 26. q. 3. c. igitur & eadem cau. q. 5. epiſcopi & c. nec mirum.

Sortilegi, vel ſortilegiſtę ſunt diuinatores, vel iſti, q ſub nomine fictæ religionis p quoſdam quas ſanctorũ, vel apoſtolorum vocãt ſortes, vel diuinationes, ſentẽ tiam, vel ſcien tiã profiten tur, ſiue diuinationis, aut quarumcũq; ſcripturarũ, & inſpectione futura promittuntur, vt 26. q. 1. c. 1.

Sotulares dicũtur quaſi ſubtala rea à ſub & talo. Et aľs ſub boti genus calciamen ti, vt ĩ c. negato. de ſta. mo.

S *ante* P.

SPado, qui fit: vide ff. de ex cu. tut. l. ſpadonẽ, & inſti. de adoptio. §. illud, & vide ſup. in verbo caſtratus.

Species ſignificat terminum ſignificatiuum pluriũ differentium numero, vt hõ ille terminus ſignificat oẽs homines inter ſe differentes numero, qui terminus hõ ſiñatur per hoc nomẽ ſpecies, prout eſt vnum de quinque prædicabilia. Sed ẜm legiſtas ſumitur ſpẽs qñq. ꝑ ĩdiuiduo, vt Seius Stichus, fundus Corneliã.

Species apud veteres Iuriſcõ. frequenter accipitur ꝑ eo quod recentiores dicũt caſum, aliquando tñ ſignificat id, ꝙ fit ex aliqua materia, vt in §. cum ex aliena. Inſt. de re diui. quando que ponitur ꝑ parte plebs autem Inſtit. de iur. na. & l. 2. de liber. agnóſ.

Speciale delictum, quod vide in ver. delictum.

Species perſonas accipere debemus clariſſi mas perſonas vtriuſq; ſexus, itẽ eaſque ornamẽtis ſenatoriis vtũtur. l. ſpecioſas. de ver. ſi

Spectabiles qui require ſupra in verſi. magiſtratus, & eſt optima gloſ. in authen. vt ab illuſtri. col. 5.

Specula ſunt, quæ fiunt in loco, vbi ludebant, tragendi, & cœmœdi, vt dicunt Græci, & habetur in au. de cõſulib. Et ſpectaculũ, ꝓhibitũ eſt prout ĩportat effuſionẽ ſanguinis. C. de glad l. 1. lib. 11. & l. legatũ. ff. de. vſu, & vſufru. Sed ludi per mittebantur ad lætificatio nem populi, vt comędiæ, & ſimilia l. 1. 2. & 3. C. de ſpe. lib. 11

Spe-

Specularia, quorum fit mentio in l.quæſitũ, §. itaq;, de fun.inſt.conficiebantur ex ſpeculari lapide in tenuiſſimas cruſtas ſecto & pellucido, vt tradit Alc. in l.malum.de verb.ſign.

Specularij inter artifices nominantur, l. 1. C.de excuſ. mu. lib. 10.

Speculatores proprie dicũtur præſides prouinciarum, l.j. C.de priu.car. & j. ordinariorum, C.de coho.li.12.& eorum auctoritas eſt magna. Pan. in c.ſuſpitionis, de offi. deleg.

Speculum quaſi exemplũ eſt c.n.vero.19.diſt.vnde eccleſia Ro.eſt ſpeculum aliarũ, vt d.ca.enim vero.& eſt triplex ſpeculum, ſecundum Arc.in §.ecce.26.diſt.

Specus eſt altus locus ſupra terram, per quem ducitur aqua, ff.de riuis, l.1. §.ſpecus.Item ponitur pro foſſa qua colligitur aqua, & eſt ampla & rotunda, ff. de aqua plu.arc.l.ſupra iter.ibi glo. ponit differentiam inter ſpecus,& cuniculum. vide ſupra in lit. C.

Sperant,i. putant, inſt.qui.ex cau.man.nõ lice.§.in fraudem, verſ.ſæpe.

Sphæriſterium, de quo in l.ſi quis mihi, ff.mand.locum fuiſſe in balneis, Bud.putauit. Lampr.in Alexand.accepiſſe vr̃ pro loco ad ludũ pilæ accommodato.

Spiculatores pro apparitoribus, l.diuus, ff.de bo.da.

Spoliatio eſt a poſſeſſione rei immobilis violenta,& iniurioſa deiectio, vel rei immobilis ablatio, dr̃ violenta, quia ſi quis ſpõte poſſeſſionẽ ſuã renũciauerit, vel ab iurauerit, locũ nõ habebit ſpoliatio, & per conſequẽs nec reſtitutio, nam reſtitutio, ſpoliatorũ eſt ablatorũ in iudicio redintegratio. Et quia credẽdũ eſt canones loqui ſano intellectu, ſpoliatus intelligitur in caſu quo criminaliter accuſat̃ qui tota ſua ſubſtantia vel maiori parte ipſius ſe ꝑ violentiã deſtitutum affirmat quia nec nudi contendere, nec inermes inimicis nos opponere debemus. Habet enim ſpoliatus priuilegiũ, vt non poſſit, exui iã nudatus, vt eſt text. in c.frequẽs, de reſt.ſpol.li.6. Vnde, Cantabit vacuus coram latrone viator. Vide Goffre. in ſum.de reſt.ſpol.vbi prædictam diffinitionem ſpoliationis ſubtiliter declarat.

Spon-

Sponſus & ſpõſa ſunt qui inter ſe de futuris nuptijs ꝓmittunt per verba de futuro aſpondeo ſic dicti. i. promitto, vt l.3. ff. de ſponſa.

Sponſalia ſunt futurarum nuptiarum cõuentio, & repromiſſio. ff. eo. ti. l. 1. & 30. q. 5. noſtrates, & ita iſte conſenſus eſt de futuro matrimonio. Conſenſus vero nuptiarũ eſt de pñti matrimonio. Sed dicit Plac. eũdẽ eſſe cõſenſum ſponſalium, & nuptiarũ. Spõſalia aũt dicta ſunt à ſpondeo, nã moris fuit veterib. ſtipulari, & ſpondere ſibi vxores futuras, vt l.2. ff. eod. tit. & inde ſponſi, & ſponſæ appellatio nata eſt, & certa ſtipulatio poteſt interuenire, ſed nõ neceſſaria. Et not. quod ſponſalia diſſolui poſſunt pluribus modis ſecundum Ioan. Andr. in tractatu ſuper quarto decretali. & ne. ſuper rub. de ſponſa.

Sponſalia largitas dicitur, qđ dat ſponſus ſponſæ, ſine animo tamen recompenſandi, ſed omnino gratis, vel econuerſo. Et iſta donatio dicitur contractus de iure ciuili, vt in §. ius autem gent. Inſ. de iu. nat. gen. & ciu. in glo. ſup verbo. pęne.

Sponſio appellatur oĩs ſtipulatio promiſſioq;, etiã quæ nõ fit p ſpõſi interrogationẽ. l. ſpõſi. de verb. ſig. hinc & ſponſor dictus, licet glo. in auth. de fideiuſſio, eũ tãtum ſpõſorẽ eſſe crediderit qui ſponte, & à nomine rogatus pro alio ſe obligat.

Sportulæ ſunt ſalaria apparitorum, vel ſecundum Azo. C. eod. titu. fortes apparitores iſta non ſibi, ſed pro fiſco recipiebant, & illa reponebantur in ſporta, vel in aliquo ſimili vaſe, vt corbe, in quo conſueuerũt aliqua portari, & ita ſub tuta cuſtodia a fiſco cõſeruabantur, & ſic continentia ponuntur pro contentis, vt C. de ſpor. & ſump. in rubro, & nigro. Appellantur ſportulæ, & iudicantiũ mercedes.

Spurca eſt aliqđ turpe per qđ aqua turbatˀ. l. apud Trebatiũ. ff. de aq. plu. arc. l. ſi ſeruus ſeruũ. §. inquit. ff. ad l. Aq. & l. 1. §. 1. ff. đ extra. cri.

Spurcare vinum eſt aqua infuſa vitiare, & ita ſumitur in d. l. ſi ſeruus, ad l. Aq. vt ibi annot. Bud. ex feſto.

Spurius eſt filius ex ĩceſtuoſis nuptijs natus, & dr̃ à Græca voce ſporadin, qđ eſt vulgo con-

conceptus, vel ſine patre, vt ff. de ſta. hom. l. vulgo concepti. Vel eſt natus de concubina, vt de ren. c. niſi cũ pridẽ. §. pſonæ vero, in glo. quæ diſtinguit nothũ, ſpuriũ, manſerẽ & naturalem.

Spurij qui dicãtur, vide Pan. in c. tanta. in penu. col. ver. quidã ſunt filij ſpurij, qui filij ſint leg.

S ante Q.

SQualor eſt infectio ꝓpter multitudinẽ carceratorũ. l. ſi quis. C. de cuſto. reorũ.

S ante T.

STabula antiquitus pro diuerſorijs, & tabernis accipiebantur, vnde ſtabularij dicti. Eſt tamẽ, quando ſtabulũ poſitũ inueniaẽ pro ſeptis. quib. iumenta gregesq; ſtabulantur, & ita ferè hodie hæc vox vſurpaẽ. l. eo iure. in quibus cau. pign. vel hyp. ta. con.

Stabularij dicuntur qui aduocatis hoſpitib. & ſtabularijs præponuntur à ſtabulis ſic dicti. Qui vero ſic receperunt hoſpites, & qui ſine æquis, vocantur caupones.

Stadiũ eſt octaua pars miliaris Italici, qđ (vt hiſtoricè referẽ) Hercules vno anhelitu currebat, & poſtea ſtabat, & eſt ſpatium centum, & triginta paſſuum, ſecundũ Az. inſt. de rer. di. §. vniuerſitatis, in gl. ver. ſtadia.

Stallus in choro eſt locus. ĩ c. cenſentur. de partib. beneficij canonicalis. Pa. in capi. cum inter, in 1. col. de ren.

Statim, vide ſuprà, in ver. facere. Et ibi dictis adde, quòd hoc aduerb. ſtatim, aliquãdo denotat idem quod ipſo iure, ſecundum Iaſ. in §. rurſus. col. 3. i nſt. de act.

Statio mõ ſignat vigiliam, vt in l. deſertorẽ, de re mil. hĩc ſtationarij milites, mõ ſumitẽ ꝓ oĩ loco, vbi naues tutę ſtare pñt. l. 1. §. ad ſtationẽ de flu. & ne qđ in flu. pub.

Stationarij dñr milites, qui vt alicubi teneãt ſtationẽ, sũt cõſtituti. Pñt ẽt dici librorũ venditores, qa ſtationem faciũt pro libris vendẽdis. Item dicuntur eleemoſynarum quæſtores in cap. cum ex eo. de pœni. & remiſ.

Statiua dicũtur, loca in quib. aliquis moratur à ſtando.

Statores ſunt nuntij, vel apparitores magiſtratuum, qui reos in ius vel in carcerem ducunt. l. obſeruare. ff. de of. procon. & lega. licet alibi mendoſe legãtur ſtratores, vt in l. in eadem. ff. ex quibus cauſis maio.

Statua ſm Pap. eſt ſimulachrũ, idolum, imago. Et eſt differentia inter ſtatuam, & imaginẽ, quia in ſtatua nihil eſt, quod nõ deſignet effigiem hominis, in imagine eſt pictura ſola, & multæ partes, quæ nõ deſignãt membra hominis, vt dicit gloſ. ſuper rubr. C. de ſta. & ima. & Az. in ſum. C. eo. tit.

Statuimus benè ſignãt ſententiã diffinitiuã, vt c. in his, de ver. ſig. & importat cõiter nouũ ius, ſecus decernimus & innouamus, vt in c. decernimus. de iud. & in c. innouamus. de treu. & pa. Nam decernimus diſcuſſionem dubij, innouamus antiqui iuris renouationem & ſtatuimus noui iuris promulgationem importat.

Statuliber eſt qui ſtatutam, & deſtinatam in tempus, vel in conditionem habet libertatem, l. 1. de ſtatulib.

Status, eſt cõditio hominis in q̃, vt plurimũ pt. vt ait Pla.

Statuta libertas, eſt libertas conceſſa ſub conditione, vt dicendo, lego ſeruo meo libertatã ſi nauis ex Aſia venerit, l. j. ff. de verb. oblig.

Statutum eſt ius ab hoĩe poſitũ, vel diſpoſitũ, ex quo ius producitur: nam eſt idẽ qđ lex municipalis, ſeu ius ciuile, qđ vnaquæque ciuitas ſibi cõſtituit. inſt. de iu. natu. gen. & ciui. & ſignãt ius ſtatuti ex verbis in ſtatuto poſitis, q̃ ſignãnt, quod ſonant aut ſtrictus, aut extẽſius, vel aliter, prout obſcuritas eorum declaratur, ſeu quouis medio ꝓbabili cõcluditur, de quo latiſſimè Doc. maximè Bar. in l. omnes populi, de iuſt. & iure.

Stellatura nomen erat militaris annonæ, vt auctor eſt Bud. in l. moris, ff. de pœn.

Stellio dr̃, qui aĩo incõſtans, & varius eſt verbo, vel facto, vel qui rẽ aliquã obligauit alicui, & deinde impignorat alijs nõ facta mẽtione de primo, & generaliter qđ ĩ his criminalib. cauſis dr̃ dolus, in ciuilib. dr̃ ſtellionatus. Stellio. n. proprie eſt animal varijs maculis plenum, & venenatũ ſimile lacertæ, & eſt corpore pictũ lucẽtib. gutis, vide de hoc ſup. crimẽ ſtellionatus.

Stichus eſt nomẽ proprium.

Stigma eſt ſignum vel inſtrm quo brachia fabriciẽſium figurabantur, cui erat impreſſum nomẽ Imp. facies vero eorum non figurabãtur, vt l. ſi quis. C. de pen.

ſe-

ſecundum Io. And. in ca. ſi iudex laicus, de ſen. exc. li. 6. in gl. verba agnoſcitur.

Stylus aliqñ ponitur. i. diſpoſitio.. C de ſacr. eccl. l. 2. Itē quō differt ab vſu vel conſuetudine, vide ff. de le. l. quibus. & Io. And. in not. in c. fin. de conſue.

Stillicidium qui ſit, vide inſti. de ſerui. §. item prædiorū.

Stinarij dñr amatores, idem dicuntur carnearij.

Stipatus. i. vallatus, vel fulcitus ſecundum Io. And. in cle. paſtoralis. ver. ſtipatū. de re iud.

Stipendium, merces militum à ſtipe, hoc eſt pecunia. l. ager. de ver. ſig.

Stipes eſt perſona, à qua alij originem ducunt.

Styperia, cuius mentio fit in l. 3. de reb. eo. qui ſub tute. ſignificat alumen, vt oñdit in Parer. Doctiſſimus Alc.

Stipula illecta dicitur culmus cū ſpica non collectus, ſed in metēdo derelictus, quē poſtea ruſtici, cum ſupereſt ocium, colligere ſolent. l. Sylua. de verb. ſig.

Stipulatio eſt firma verborū cōceptio, qua quis aliquid ſe facturū daturum ve promittit alteri ſuper hoc ipſum interroganti, & dicitā ſtipulatio Græcè, qđ eſt firmum Latinè. denominatur etiam à ſtipite. Conſtat autē ſtipulatio ex interrogatione præmiſſa, & reſpōſione ſubſequēti, quemadmodum contradictio ex affirmatione, & negotiatione, hoc modo ꝓmittis, vel dabis mihi x? promitto vel dabo tibi. Qñq; dr̃ ſtipulatus ille qui promittit ꝑ ſtipulationē paſſiuè. Vel ſic. Stipulatio eſt ſolēnis promiſſio facta interrogatione præcedente. & reſponſione ſequente.

Stipulatio alia eſt pura, alia conditionalis, & alia in diem.

Stipulatio pura eſt, quæ nec fit ſub conditione, nec in diem, ſed purè, vt dicendo, dabis hoc? dabo.

Stipulatio cōdōnalis hēt fieri ſub cō ditione hoc modo, promittis mihi dare ce. ſi nauis ex Aſia venerit? & reſpondes promitto.

Stipulatio in diē fit hoc mō, dabis mihi x. in calendis Iulij? & reſpondes dabo.

Stipulatio Aquiliana eſt, quę nouat omnē contractum? vt ſic, quicquid mihi debes ex quacunque cauſa. idem mihi promittis? ſi enim ex

mutui

mutui da:ione mihi debitor ſis, velimq́; acceptum ferre.i.per acceptilationem remittere, non poterit res expediri, niſi per obligationem, quæ in rem contrahitur. Require ſupra, Aquiliana actio.

Stipulatio prætoria ideo dicitur, qa à mero prætoris officio ꝓficiſcitur, inſt. de diui. ſtip. §. prætoriæ, & harum ſtipulationum prætoriarũ vñr eſſe tres ſpecies. ſ. iudiciales, cautionales, & communes. Iudiciales eas dicimus, quæ pp iudicium interponuntur, vt ratum fiat iudicatum ſolui, & ex operis nou. nun. Cautionales ſunt, quę inſtar actionis habent, & fiat nouatio, intercedunt, vt de legato ſtipulatio & de tutela, & ratam rem haberi & damni infecti. Communes ſunt ſtipulationes, quæ fiunt iudicio ſiſtendi cauſa. Et oēs ſtipulationes, natura ſui ſunt cautionales, hoc enim additur in ſtipulationibus, vt quis cautior ſit & ſecurior interpoſita ſtipulatione.

Stipulum veteres firmum appellabāt, fortè à ſtipite deſcendens ſm Iuſtin. in §. 1. de verb. obl. inſt.

Stirpes ſunt ferule ſeu virgulta, quæ de radicib. naſcũtur.

Stola, ſpecies erat antiquitus veſtis muliebris. l. veſtis, de auro & arg. leg.

Stragula veſtis eſt. l. veſtis, §. 1. & fi. ff. de aur. & arg. leg. l. iuncta. l. ſeq. & l. quæſitũ. §. ſed ſi fundus. ff. de fund. inſtru.

Stramenta dñr quicquid ſolo quieſcendi gratia inſternitur, veluti ſtoreæ, paleæ, & mattæ, quę vulgo dicũtur mattaracia. l. quos. §. vltim. vbi Alc. de verb. ſig.

Stratores etiam à ſternēdo dicuntur, quia cuſtodiētes in carcere reos condemnatos puniebant, vel ſtratores dicũtur eſſe illi, qui ſtabulis vel equis ſtantib. in eis præſunt. Et dñr a ſtratorio, i. ſtabulo, ſecundum Acc. C. de ſtrato. lib, 2. in rub.

Stratum dr̄ generaliter omne genus veſtis vel omne indumentum, vt ff. de verbo. ſign. l. ſtratum, aliàs inſtratum, ſed magis propriè veſtes cubiculares dicimus ſtratum à ſternendo. Etiam via publica ſtrata dicitur.

Stratura eſt locus vilis ad incēdiũ diſpoſitus ī auth. de monachis. §. cogitandum.

Stre-

Strena eſt donum factũ in calend. Ianuarij. C. de aduo. diuer.iu.l.laudabile. & 36. diſt.legant epiſcopi.

Strepitus.i.clamor vel tumultus ext.de elect.c.quorundam.in prin.li. 6. per Arc. & dr̃ qñq; vocatio.l.2.C.de epiſc.& cle de cauſis commiſſis ſine ſtrepitu, & figura iudicij. cle. ſæpe. & ibi ple. p Io.An.de ver.ſi.

Strepitus iudicialis, ext.d̃ ſer. c.vl.& vide C.de fal.l.vbi.

Stricti iuris quot modis dicat̃ vide C.de iud.l. placuit. & per Arch.de app. c.fi.lib.6.

Strobyli,nuclei primũ.l.Carbonum.de ver.ſig.

Structile opus, Require. Opus ſtructile.

Studium (vt dicit Azo.) eſt vehemẽs & aſſidua ad aliquã rẽ agendam cũ ſumma volũtate occupatio, ex qua volũtate labor in opus defert̃, & pdit laboris tædiũ verſus in oblectamentum.

Studium liberale, & latinum olim tantum erat Romæ, & Cõſtantinopoli, in alijs autẽ locis nõ niſi ex priuilegiis, vt C.de ſtu.li.in rub. & nigro li.11. & in procemio digeſtorum.§.hæc autem tria. hodie Imperio ſciſo ſtudium in multis locis fit, & maxime Bononiæ, quæ legalis ſtudij obtinet monarchiam.

Stuprũ eſt illicita uirginis defloratio, q̃uis.in vidua cõmitti dicat̃, niſi ſit meretrix vel licita conc. ſm leges.ff.de concu.l.in concubinatu.in fi. Itẽ committit̃ in pueris.ff.ad legem. Iul. de adult.l.ſtuprum.

S ante V.

SVarij, Req.ſup.Porcari.j.

Suaſio accipit̃ in bona parte, vel in mala.ff.de ſer.corrup.l.1.§. perſuadere. & C. de fur.& ſer.cor.l.ſi.quis.

Sub, aliquãdo exponit̃.i.poſt. de interdic.& rele.l. 1.aliquando, i. coram.c. de iureiur.l.generaliter.§. fi. Itẽ ſub, qualiter ponator, not. in l. Mathematicos. C.de epiſco.aud.

Subarratio fit per annulum datum ſponſæ ſine aliis verbis, fit etiam aliis modis, vt no.in c.ſi quis vxorem.27.q.2. & in c.fin. de deſpon impube.

Subdiaconi dicuntur, q ſubiacent officiis, & præceptis Leuitarum cap.cleros.21. diſtin. & eorum officium eſt calicem, & patenam

ad altare deferre, & Leuitis tradere, c. plectis, 25. di. nec dēt aliquis ordinari in ſubdiaconum niſi promiſſa caſtitate, 28. diſ. §. ecce, & c. 2. ſeq. & tempore Apoſtolorū Subdiaconatus nō erat ordo ſacer. ca. nullus, 60. diſt. hodie ſecus, c. a multis, extra de æta. & qualit.

Subdiſiunctiua eſt, quæ diuerſa diuidit, ſiue ea ſimul eſſe poſſint ſiue nō diuerſa autem hic intelligenda ſunt quæ habēt medium veluti cū dicimus, aut ſedet, aut ambulat, quorum mediū eſt accūbere ſiue ſtare. Idē ſi inuicē non repugnēt, vt cū dicimus oē animal, aut agit, aut patit̄, poteſt. n. ſimul, & pati, & agere, l. hæc verba ille aut ille, ff. de ver. ſign. Sed, & quoties ſenſus coniungitur, licet verba diſiungantur ſubdiſiunctiua eſt, vt Alexāder ſiue Paris, Bar. in rub. C. de nauicu. li. 11. Idemque ſi aurum vel argentum a te petam, non enim altero peto, vt alterū excludam, cum vtrunque ſim paratus accipere.

Subdit̄ propriè dr̄ rōne domicilii, gl. eſt in clem. vnica. in verb. ſubditos, de fo. comp. & vide Pan. in ca. 3. de app. & gl. in c. nuper, de ſent. excom. & gl. eſt in c. ſtatutū, §. cum verò, de reſcr. lib. 6.

Subhaſtari eſt rē venalē proponi haſta ſuppoſita, qđ frequens eſt circa p̄dia, q̄ nunciantur vel cenſentur fiſco vacare, & ſic p ſubhaſtatione plus offerenti debetur.

Subhaſtata, i. præconizata, l. ordo, C. de execu. rei iudi. & de ſubhaſtatione habetur in auth. hoc ius porrectū, C. de ſacroſ. eccl. & qualitate fiat, vide Spec. in titu. de empt. & vend. §. 4. verſ. hoc quoq;, & per Bar. in l. licitatio. ff. de publ. & in l. ſi tempora, C. de fide inſtr.

Subgrunda eſt vna pars tecti vniuſcuiuſq; domus, quæ incumbit extremis capitib. tignorum tectualiū, vt ff. de his qui deiec. vel efude. l. ſi vero, §. prætor ait. Et aliàs dicitur ſubgrauida, vel ſubgrandia.

Subiectum, eſt de natura ſubiunctiui, Fel. pulchrè in c. ad hæc, de reſcriptis, & c. 1. poſt principium, de teſtibus cogen.

Subnotare dicimus, cū quaſi inuentariū cōficimus, adſcribimusq; quot corpora inſtrorum ſint, & de quare, l. ſi. de bo. auto. iud. poſ.

Subor-

Subornatio eſt informatio facta per aliquem de veritate tacenda, & falſitate dicẽda, ſm Guliel.de Mon.Lau. in cle.teſtib.de teſt.

Subpunctare literam eſt eam damnare punctis ſuppoſitis, vt qñ lr̃a ſupflua inferius punctatur, vt hñr ſup. litera C.de ver. Cãcellare.

Subrogare eſt aliquẽ in locũ alterius ſubſtituere, vel cõſtituere, vt officiales vel iudices alios ſubrogant. Et poteſt ſcribi r, pro b, commutando vt ſurrogare.

Subſidiaria actio. Req. ſupra, Actio ſubſidiaria.

Subſignare eſt ſubſcribere, vt teſtes in chirographo ſolẽt ſignare, & quaſdam notulas ſubſcribere. Et quando ſubſcribens ſe conſentire dicatur, & quando non eſt bona gloſ.in c. ſi quis preſbyt.in ver.ſubſcripſerit. de reb.eccl.non alien.

Subſiſtere eſt dubitare.l.ſemper.de iu.imm.& l.ſeruum de procu.

Subſtantia eſt per quam materia in certam ſpeciem deducit, vt in vaſis, vel veſtibus artificiũ in emptionis contractu pretiũ, & ita differt à materia, forma, & ſolenitate, de q̃b.dictũ ẽ ſuo loco, Doctores tñ qñq; hęc noĩa indifferẽter vſurpãt, diffiniuntque ſubſtãtiam generaliter eſſe, quæ neceſſario ad rei eſſentiam req̃ritur. Nonnunq̃ ẽt ſubſtãtia ſignificat patrimoniũ, vt in l.vlt.C.de ver.ſig.

Subſtantiuum reuertitur ad adiectiuum, vt ratio & vin dicta, i. rõuabilis vindicta. ff.de offi.proc.l.obſeruare. §.proficiſci.de aqua plu.l. pluuialis.ff.de aq.plu.arc. l.1.in princ. Item ſubſtãtiua duo copulata qñq.reſol uuntur in adiectiuum, & alterũ ex ipſis duob. ſubſtãtiuis, vt vis, ac poteſtas, i. violenta ptãs.ff.de tut.l.1.

Subſtitutio eſt ſecunda cõdõnalis inſtitutio, q̃a inſtitutio dr̃ primus gradus, & ſubſtitutio ſecũdus. Et licet ſubſtitutiones in infinitũ de vno in aliũ poſſint procedere, tñ omnis inſtitutio poſt primã dicit̃, ſubſtitutio, & ſecũdus grad⁹, ſicut ſecundæ nuptiæ dñr oẽs q̃ ſequuntur primas. Et diuiditur, quia ſubſtitutionũ alia eſt directa alia obliqua. Et no. differẽtiã inter verbũ directũ, obliquũ, & cõe. Vnde directũ eſt, qđ ſignificat, vt ille, cui relinquere

quere, vel in quē diſponit ſua manu recipiat, vt eſt verbū inſtituo, vt patet.ff. de hær.inſt. Item illud, hæres eſto vt ibid. Item accreſcat, ſimiliter verbū capiat vel accipiat. Sed verbū obliquū, eſt quod ſignat, vt ille in quē diſponitur, vel cui relinquitur, de manu alterius accipiat, vt eſt verbum reſtituo, facit.l.reſtituta.ff. ad Treb.& per to.tit. Item volo, & qn̄ per fideicōmiſſum pars hæreditatis eſt reſtituenda.l.pater filiū. §.fi. ff. de leg.3. Itē verbū rogo, &c. Sed verbum cōe eſt, ꝙ vtrāque ſignationem hēt, ſiue de manu ſua, ſiue de alterius qui recipiat, vt eſt verbum ſubſtituo, ſicut in l.Centurio.ff.de vulg. ſubſti. Habet enim quandoq; directam ſignificationem, quandoque obliquam.

Subſtitutio directa dicitur, cū nullo mediāte, quis capit hæreditatem deficientis, & directè efficitur hæres ipſi teſtatori, qui inſtituit eum inſtit.de pupilla.ſubſtit. §. quo caſu. Et hæc ſubdiuiditur, quia alia eſt vulgaris, alia pupillaris, alia exēplaris, alia breuiloqua ſiue reciproca, alia cōpēdioſa.

Subſtitutio vulgaris dr̄, quia vulgo ei a quolibet fieri pōt, dum tamen hic teſtm̄ facere, & ille ex teſtamēto capere poſſit. Et hęc diuiditur, quia quædam eſt vulgaris expreſſa, & quædam tacita, Subſtitutio vulgaris expreſſa eſt, quæ fit verbis negatiuis expreſſis, hoc mō, Titius hæres eſto, & ſi ipſe hæres, non ſit vel erit. Seius hæres eſto, i. ſit, ſic.n. inſtituo mihi Titium hæredem, vt ſi ipſe voluerit, vel non potuerit eſſe hr̄s. ſit hæres Seius. Subſtitutio vulgaris Tacita fit per verba affirmatiua, veluti cum nō miles puberem, & impuberem hæredes inſtituit, & communi verbo eos ſubſtituit, hoc modo, Sei. impubes, & Meui. pubes, hæredes eſtote, vel ſunto, quos vnanimiter inuicem ſubſtituo, vel ſic, & in idē redibit puberem Seum, & impuberem Meuium hęrędes facio, & eos ſibi inuicē ſubſtituo, ex qua ſubſtitutione colligo, quòd ſi vnus nō fuerit hæres, vel ſi vnus moriatur alius in ſolidum ſit. Et dicitur vulgaris, quia fit a quolibet de vulgo, ſiue in poteſtate ſiue non. Et dr̄ ta-

tacitam, quia puberem tacitè vulgariter impuberi ſubſtituit, quæ ſubſtitutio magis eſſet pupillaris, niſi propter adiunctam perſonā. Sed in milite talis ſubſtitutio pupillaris eſt propter priuilegium militis. Quæ ſubſtitutio quātū ad puberem vulgaris vt quantū ad impuberem pupillaris, quoniam ſi pubes hæreditatē adeat pro parte ſua, non euaneſcit ſubſtitutio prius actio facta, ſed ſi īpubes hæreditatē adeat priuſquam expleuerit pubertatem euaneſcit, vnde ſub expreſſa pupillari cōtinetur tacita vulgaris. ff. eod. tit. l. nam hoc iure.

Subſtitutio pupillaris eſt quæ ſoli pupillo, & impuberi fit. Et eſt etiā duplex, alia expreſſa, alia tacita. Subſtitutio pupillaris expſſa fit hoc modo, iſte filius meus impubes hęres eſto, & ſi hæres non erit, aut ſi hæres erit, & infra pupillarē ętatem deceſſerit, ille hæres eſto, vel ſic īſtituo mihi in hæredem T. filium meum pupillū, & ſi non erit hæres, aut ſi erit hæres, & īfra annos pubertatis, vel i pupillari ætate deceſſerit, ſubſtituo ei Seium, hæc dicit expreſſa ſubſtitutio, quia in ea omnia verba exprimuntur, quæ exprimi oportet, ſubſtitutio pupillaris tacita eſt hæc, filius meus impubes hæres eſto, & ſi ille nō erit, iſte hæres eſto, vel ſic. quiſquis mihi hæres erit, ſit hæres filio meo. Hæc dicitur tacita, qa verba quædam non expreſſa hic tacitè ſubintelliguntur, quæ exprimuntur in expreſſa ſubſtitutione pupillari. Nā per hāc tacitè intelligitur, ꝙ ſi filius deceſſerit in pupillari ætate, ille qui erit hęres patri, erit hæres filiæ. Et debētur ille pupillares ſubſtitutiones ſolis pupillis in poteſtate parentum exiſtētibus, & ab ipſius parentibus fiunt, per quod euidenter patet, quòd non à matre, ſed à ſolo patre fiunt, cùm mater filios non habeat in poteſtate. Sed nunquam ſubſtitutus ex pupillari expreſſa repellitur a matre pupilli, & ſubſtitutus ex tacita repellitˀ à matre pupilli. & ſuccedit ipſi pupillo mater. Item, qui eſt ſubſtitutus ex pupillari ſubſtitutione, fit hæres ipſi pupillo, ille vero qui eſt

ſubſtitutus ex vulgari, fit hæres ipſius teſtatoris. Itē pupillaris tacita intelligit̃ eſſe vulgaris expreſſa, qua mater ſubſtituitur pupillo & hoc propter priuilegiũ matris. Item eodem modo quando quis pupillo vel alij ſubſtituitur propter ad iunctam perſonam.

Subſtitutio exēplatis vel exē plaria eſt, quæ fit à parenti bus vtriuſq; ſexus filio furioſo vel mēte capto. Et dr̃ exemplaris, q̃a fit ad exem plũ pupillaris ſubſtitutionis, q̃a ſicut pater ꝓuidet filio pupillo, qui teſtari nō pōt, de hæ. ita prouidet filio mētecapto vel furioſo & hoc modo T. filium furioſum, vel mente captum mihi hæredem inſtituo, & ſi deceſſerit furioſus, vel mente captus antequam ad ſanam mentem peruenerit ſubſtituo talem filium ſuum vel fratrem, vel aliquem alienum, ſi deficiat filius vel frater.

Subſtitutio breuiloqua ſiue reciproca eſt, quæ continet duas pupillares ſubſtitutiones, vt duo impuberes inſti tuti a parente, qui hēt eos in poteſtate inuicem ſubſtituuntur goc modo, & S. & T. filios meos impuberes mihi inſtituo hæredes, & eos inuicē ſubſtituo. Vñ quia continet expreſsã pu pillarem ſi aliquis prædictorum deceſſerit in impuberi ætate, mater impuberis deſcēdentis oĩno repellitur, & ſuccedit ſubſtitutus, & hanc ſubſtitutionē lex appellat reciprocam & oēs quatuor expreſſæ ſunt.

Subſtitutio compēdioſa eſt, q̃ ſub verborũ compendio, q̃ verba in pupillari expreſſa ſunt ꝓlixiora, & ex hoc dr̃ compendioſa, & hēt fieri hoc modo. Inſtituo Titiũ filium meum mihi in hęredem, & quandocunque deceſſerit ſine filijs, ſubſtituo ei Seium, vel ſic. Iſte filius impubes hæres eſto, & quocunque tēpore deceſſerit, ille hæres eſto, q̃ ſubſtitutio tãtum locum habet in milite, de hoc in l. præcib. C. de impu. & alij ſubſti.

Subſtō obliqua ſiue non directa & fideicōmiſſaria eſt illa, q̃ fit ꝑ fideicōmiſſum, vt hic, quicunq; veſtruũ ſine liberis deceſſerit, rogo vt eius portio ad ſuperſtitē ꝑ ueniat, & qñquis inſtituit, hr̃dē, & eius fidei cōmittit, qua cito poſſit eius hæredi

ta-

tatem adeat, & eam alteri certæ perſonæ cui, & qñ teſtator voluerit reſtituat, videlicet tali die, vel ſub tali cõditione ſi deceſſerit ſine filijs, vt ſi fortè in ea conditione fuerit, ꝙ teſtator magis diligat eum, & ex teſtõ eis directo nihil capere poſſit, puta quia directè, & immediatè capax nõ eſt (qualis eſt ſpurius) ſaltem hoc modo aliquid capiat & cõſequatur ex hæreditate, vel totã ipſam hæreditatem, vt C. ad Treb. per totũ quaſi. & ff. eod. tit. in multis legib. & in c. Raynu. & c. Raynal. de teſta. Et not. ꝙ in ſubſtitutionib. fideicõmiſſariis locum habet quarta deductio, in directis autẽ non, c. ſi pater, de teſta. li. 6. vbi eſt caſus, & ibi vide gl. De his ſubſtõnib. eſt gl. in c. Raynu. præal. & inſtit. de vulg. & pup. ſubſ. per totũ.

Subſtitutus hęres, req. ſ. ſubſtitutus. Et not. ꝙ in omnibus ſubſtitutionib. primo præcedere debet inſtitutio ſicut primus gradus, & poſtea poni dẽt ſubſtitutio, vt ſecundus, hinc eſt, ꝙ dr̃ inſtitutus primus hæres, & ſubſtitutus ſecũdus, l. cum proponas, C. de hæred. inſt.

Succeſſio naturalis eſt ex parte matris, legitima eſt ex parte patris, ita no. ſing. gl. in l. j. C. vnde vir, & vxor.

Succeſſio quandoq; fit de capite in caput, & qñque de gradu in gradũ ſecundum Azo. in ſum. de ſucceſſiõ. edic. C. & ff. eod. tit. l. 1.

Succeſſio de capite in caput, eſt cũ deficiente primo capite liberorũ oritur ſecundum caput agnatorũ, iſto deficiẽte ſuccedit tertium caput cognatorũ, & cognatis, & deficientibus ſuccedituar quarto per ordinem, vnde & mulier vel vxor, vt C. in titulo, vnde vir & vx. in auth. præterea.

Succeſſio de gradu in gradũ eſt, qñ plures perſonæ ſunt in eodẽ capite in diuerſis gradib. vna prior, altera poſterior, nam priore repulſa ſpe, vel repudiatiõe, ſequẽs ſuccedit, vt ff. de ſucce. edi. l. j. & C. eo. ti. p Azo. in ſum. Et ad pleniorẽ ſ. doctrinã ſucceſſionem ab inteſtato, ſic eſt diſtinguẽdũ, aut dubitaẽ qualiter deſcendẽtes ſuccedant aſcendentib. aut qualiter aſcẽdẽtes deſcẽdẽtib. aut qualiter collaterales collateralib. Primò caſu aut ſupſunt lȇimi, & natu-

rales, aut legitimi, tantum, aut adoptiui, aut naturales tm̄ aut nati ex illicito coitu vt ſpurij, &c. Si legitimi, & naturales, aut ſuperſunt tm̄ filij primi gradus aut vlteriores. Primò caſu, aut oēs emācipati, aut oēs in ptāte ſunt, & tunc iure veteri, & nouo ſuccedunt æqualiter ſublata differentia ſexus, vt l. 12. tab. C. de leg. hæred. & inſtit de hær. quæ ab inteſt. defe. §. emancipati, C. de ſuis & leg. hær. l. vlt. & auth. in ſucceſſione. ibi. Aut ſuperſunt quidam emancipati, & quidam in poteſtate, & tunc iure veteri Digeſtorū vocabanť emācipati, de iure prætorio, exiſtentes in poteſtate de iure ciuili oēs æqualiter, licet diuerſis iurib. vocarenť, C. de leg. hær. l. meminimus, ibi, cū igitur prætorem filium emancipatum, &c. ff. de bo. poſſ. l. ſed cum patrono, §. bonorū, in iure verò authenticorū vocabantur ēt emācipati, cū ſuis ęqualiter, vt in auth. de hęr. quę ab inteſt. defe. §. reliquum, ibi nullam, &c. Si verò ſuperſunt vlteriores, aut erāt concepti viuente eo, de cuius hæreditate agitur, aut eo mortuo. Si eo viuente, aut naſcuntur eo ſuperſtite per quem coniungūtur, & conſtat eos excludi, ſi velit ille adire hæreditatem, quia p̄cedit eos in gradu. Sed ſi nolit, vel non poſſit, quia moriť antequā adeat vocantur vlteriores per eū coniuncti, & ſi ſoli, & eodē gradu, vocātur æqualiter, ſed cum patruis vocantur in ſtirpes iure veteri & nouo. Idem ſi naſcuntur mortuo patre, quia paria ſunt, eum nō eſſe mortuū, & repudiare, & eum mori ante quā repudiet. Si verò erant concepti mortuo eo de cuius hæreditate agitur, nec p̄torio nec ciuili iure vocātur, nec excludunt ſequentes, vt hęc oīa euidēter probanť, C. de ſuis & legi. hær. l. nepotes, & in auth. in ſucceſſione. ibi præal. & inſtit. de hær. quę ab inteſ. defe. §. cū filius, & in Aut. de hær. q̄ ab inteſ. § reliquū præal. col. 9. & ff. de iniuſt. rup. & irri. teſt. l. ſi quis filio. Sanè tn̄ hæc intelligant eſſe vera non ęqualitate tituli. C. de his, qui ante aper. tabu. l. vnica, & de cad. tol. l. j. §. in nouiſſimo, eo. caſu qn̄ ius competebat adulto filio, vt

C.ad ſenatuſcon.Orfi.l.vlt. p̄dicta procedūt ſi naſcun tur eo exiſtēte in ptāte per quē coniungunt.Si verò ſit emancipatus,& nepotes re ponant,i.remaneāt in ptā te eius de cuius ſucceſſio ne tractatur,cōſiderato iure ciuili antiquo,præferun tur nepotes, ſed per edictū de coniungendis cū eman cipat. liberis eius vocatur ſimul,& tm̄ cōſequit filius quātum oēs nepotes ex eo nati, vt apparet, ff.de coniungen.cū eman.l.j.§.inter ipſum,ff.de contra tab.l. 1. §.qui habebat,& l.cū emācipatus,§.ſi pater. Sed iure nouo authenticorū præferuntur fili, quia priores in gradu cum ſublata ſit differentia patriæ ptātis. Et ſic eſt correctus ille titulus de coniun.cum emanc.vt no. eo.tit. l.j. in princ. & C.de ſuis & legi.l.fin. & auth.in ſucceſſione ibidē,ꝙ intellige vt ibi dr̄ nam titulus ille adhuc hodie manet,ſm̄ Iacob.de Rauen.alias de Rauani,ſ.quo ad ſucceſſiones ex teſtō.Si aūt mortuo aſcē dente ſuperſunt deſcēdentes legitimi tm̄, vt adoptiui, tunc ſi dant in adoptio nem aſcendentib.per lineā maſculinā, vel fœmininā, ſuccedunt eis ex teſtō.& ab inteſtato, & exhęredati habent querelā. Si dantur extraneis in adoptionem,aut morit pater adoptiuus teſtatus aut inteſtatus. Si teſtatus regulariter nihil relinquere cogitur. Fallit in caſu ſi arrogatus ſit impubes, cui cogitur quartā relinquere ex cōſtitutione diui Pij.l.Papinianus,§.ſi qs, ff.de inoff.teſt.ita ſimpliciter dicit Cy. Sed qd ſi erat factus pubes, an debeatur, ſibi quarta? dic vt notat,C. de adop. l. 2. Si aūt morit pater adoptiuus inteſtatus,aut ſine legitimis,& naturalibus, & tunc ſecundū oēs ſuccedūt adoptiui. Aut extantibus legitimis, & naturalibus,& tunc,(reprobata quotundā opinione,qui dixerunt contrariū) vocantur etiam cum legitimis,& naturalib. æqualiter ſi tpe mortis reperiantur in poteſtate. Hæc probantur,C.de ſuis,& legi. l.ſi. Tertio caſu qn̄ mortuo aſcendente, naturales tm̄ ſuperſunt, aut extantibus legitimis, aut nō extantibus. Primò caſu aut decedit pater teſtatus, aut inteſtatus. Si decedit teſta-

teſtatus, tunc pōt eos inſtituere in vncia, vt l. 2. & in auth. ibi poſita, C. de na. li. Si inteſtatus, in nihilū ſuccedūt, ſed aluntur, in auth. de natu. lib. §. ſi verò, & C. de natu. lib. auth. licet. Secūdò caſu quando nō extantibus legitimis filij naturales ſuperſunt, aut extātib. parentibus, aut non extantib. Si extant, aut decedit teſtatus, & tunc pōt naturales inſtituere inſolidū parentibus relinquendo legitimā. Aut inteſtatus, & nō ſuperſit coniunx legitima, & tunc ſuccedunt in duas vnc. vt in auth. licet. præall. Quartò caſu qñ ſuperſunt ſpurij, aut tractaṫ de ſucceſſione lineę paternę aut maternæ. Si paternæ, ſpurij ex illicito coitu nati, nulli ſuccedunt, in auth. quib. mod. na. eff. ſui. §. vlt. Si maternę, aut tractatur de ſucceſſione matris, aut ſucceſſione coniunctorum per matrē. Si matris, aut non eſt illuſtris, aut illuſtris. Si primū videlicet non illuſtris, aut ſuperſunt ſpurij vulgo q̄ſiti, aut ſuperſunt ſpurij inceſtuoſi, vel nepharij. Si sūt vulgo quęſiti, ſuccedūt matri indiſtinctè, vt ff. ad Tertul. l. 1. §. 1. & Inſtit. eo. tit. §. nouiſſimè. Si autem ſuſcepti ex damnabili coitu, non ſuccedunt, vt in auth. qui. mo. nat. effi. ſui, §. fin. Si verò mater eſt illuſtris, tūc aut extantibus iuſtis filiis, aut non. Et dic, vt C. ad Senatuſcon. Orfic. l. ſi qua. Si verò de ſucceſſione coniūctorū per matrem indiſtinctè ſuccedunt & eis ſuccedītur, vt ff. vnde coga. l. ſi ſpurius, & l. hac parte. Secundo caſu principali, ſcilicet, quando agitur qualiter aſcendentes ſuccedāt, aut ſupereſt pater, & mater, vel mater tantum, aut vterque ſimul cum fratribus vtrinq; coniūctis, aut cū coniunctis ex altera parte tm̄, aut ſuperſunt auus, vel auia vna cum fratrib. Primò caſu iure veteri præferebatur pater matri, ſi filius in poteſtate, quia olim occupabat iure peculij, & quia erit agnatus, mater verò cognata, vt ff. ad Tertul. l. vlt. Itē hæc erant tunc vera in naturali, & legitimo patre, ſecus in naturali tantum, quem non habet in poteſtate, & ſic non habet beneficium manumiſſorum. Item ſecus in legitimo,

timo,vt ff.ad Tertul.l. patrẽ,hodie verò filius habet hæredem,& nõ occupat iure peculij,vt in auth. de hære.quę ab inteſta.defer.§.1. Item ſublata eſt differentia agnationis,& cognationis,vt eo.ti.§. nulla , & iõ pater, mater pariter vocantur,vt C.ad Tertuliã,in authe.defuncto,Secundo caſu habet locũ, inſti.de ſen. cõſul. Tertul.§.1. quia hodie ſimul vocantᷣ in portiones viriles,vt in aut.de hæ. quæ ab inteſt. defer.§.conſequens,& in auth. defuncto præalleg. Tertio caſu præferũtur pater,& mater fratrib. cõiunctis ex altera parte tãtũ,vt aut.præalleg. defuncto.&c.Quartò caſu eſt opinio inter Bulgarum ex vnà parte,& Martinum & Ioannem ex altera,vt in iam alleg.auth. defuncto. Tertiò caſu principali cũ tractatᷣ de ſucceſſione collateraliũ, aut ſunt fratres vtrinq; coniuncti tantũ,& ſuccedũt,vt ff. de ſuis & legit.hæred.l.1.§.vlt. aut ſuperſunt cõiuncti ex altera parte tantùm,vt vterini tãtùm,vel conſanguinei tantùm,& tunc aut ſupeſunt ex legitimo nati matrimonio,aut nõ,Si primũ,tunc ſuccedunt,vt C.de leg.hæred.auth.poſt fratres.Si ſecundo aut ſunt coniuncti per patrem tantum,& non ſuccedunt, vt in auth.qui mod. natura.effic.fui.§.filium.Si per matrem ſuccedunt etiam ſpurij, vel vulgo quæſiti, vt ff.vñ cogna. l.2. Aut ſuperſunt vterini tantùm, & conſanguinei tãtũ,& tunc pariter ſuccedũt in bonis à ſe quæſitis quia cognatio hodie ab agnatione nõ differt, vt in aut.poſt fratres. præal. Sed in bonis quæſitis à patre p̃ feruntur conſanguinei,& in quæſitis à matræ præferuntur vterini.vt C. de leg. hęred.l.de emancipatis. Et in hoc nõ remanet illa lex incorrecta. Aut ſuperſunt vtrique cõiuncti cum conſanguineis tantùm,vel vterinis tantum, & pręferuntur in vndecunq; quæſitis: vt in aut.itaq;.C.communia de ſucceſ.Nam duplici iure vtuntur,vt in corpore vnde ſumitur . Aut ſuperſunt fratres , & filij fratrum, & tunc ſuccedunt, eadem diſtinctione ſeruata,vtrinque cõiunctorũ,vt in anth.ceſſante.C.de leg.

hæ-

hær.dic vt ibi. Vel ſu pſunt etiam nepotes fratrum vel vlteriores, & tũc q prior ẽ in gradu potior erit ĩ iure, auth.poſt fratres.præalleg. ſm Dyn.cuius fuit hæc diſtinctio,paucis p Cy. additis,qui hãc pout ad literã, C.cõia de ſucceſ. in aut.ita que.Et dañ ſup c.authorita te.de conceſ.præbẽd.lib.6

Sucula machina eſt tractorij generis artemoni ſimilis, de ſucula meminit Vlp.in l.ſed addes. §.illud nobis, ff.locat.& Cato de re ruſtica in inſtrumento torcularis tradit eſſe debere ſuculas quinque, funes ductarios qnq;,trochleas decẽ.

Suffragium eſt proprie patrocinium quod pręſtat aduocatus aut conſilium vel ſeruitium.12.q.2.quicunque ſuffragio.Qñq; ponĩt pro ſalario qđ debetur aduocato,ſm Azo.C. de ſuffra. Qñq; eſt conſenſus in ſcriptis redactus. ſ. cum dicitur,ego B nomine P.in plãtum, & ſic ſumitur de electio.cap. perpetuo. li.6 Eſt etiam auxilium deprecationis pro animab. factũ. De hoc vide gloſ.in c.cum creatura,de celeb. miſſa.

Suffragari, i.auxiliari, Inde dñi ſuffraganei, i. auxiliarij diœceſanorũ epõrũ, de elec.c.ſuffraganeis. vbi epi diœceſani dicuntur, archiepiſcopi metropolitani.

Suggillare,i.diminuere,l.ſed ſi hac.§. prætor.ff.de in ius voca.no:per Arch.in c.fundamenta,col.fin.de elec.in 6.& l. verbum, C. de his qui notat. infa. & l.apud Celſum,§. aduerſus, ff.de dona.exc.

Summa ſm Pap. i. ſuprema vel prima quo ad tractatũ, ſ.vel ſumma,i.breuis, vt inſti.de act.§.omnium, in gl.

Supellex eſt domeſticum patrisfamilias inſtrumẽtũ,in quo continentur menſæ, ſcyphi,trapezophora, ſubſellia,culcitræ,toralia,vaſa aquaria,pelues, aquiminaria,candelabra, vaſa ænea vulgaria,i. non ad certum officium attributa, & cætera inſtrumenta domus, vt ſcribit Paulus. Dr autẽ ſupellex(vt Labeo ait) quia hi qui in legationem mittebantur,ſecum ſupellectiles deportabant, vt in l.Labeo.ff.de ſupel.le. Quæ autem comprehendãtur ſub vocabulo ſupellectilis determinat Bald.in l.legatis, C.de leg.

Su-

Super, hæc ꝑpoſitio de ſuo ſignato gnat ĩ iure hypothecationẽ, & ꝑ hoc ſi teſtator legat annua decẽ ſup tali fundo, ſenſus ẽ ꝙ ipsũ fundũ hypotheccat pro illo legato, & idẽ in ꝓmiſſione, nam hypotheca dr̃ ab hypo. i. ſub, & theſis poſitio, quaſi ſuppoſitio, Itẽ dictio ſup, qñq; non ſigñat hypothecationẽ, ſed qñq; aliqd impedit, v. g. cõcedo tibi decẽ annua ſup tali re transferẽs in te dñm, ex hac cã ꝑ trãslationẽ dñij impeditur hypotheca, vt in l. pignus, ff. de re iud. Itẽ dictio ſup, qñq; ponĩ pro de, vt ĩ c. ſuper ſpoliatione, de ord. cog. c. ſuper literis, de reſc. c. ſuper eo. de elec. Et ſic, dicit Alexãder: Cũ ſuper eſt pro de &c. Quandoque ſuper ponitur pro propter, vt not. in dictis iuribus.

Superexactores dicuntur qui vltra quàm debetur, nomine tributi exigunt, & tales tenentur in duplum, & ꝓpter conſuetudinem capitaliter puniuntur, l. 1. C. de ſuperexaca. & debet reſtitui protinus ei, à quo exactum eſt, de quo ĩ l. ſi bene ff. de vſur. & in l. fi. ff. quod metus cau.

Superficies dicitur quicquid ſupra faciem terræ eſt: quapropter in prædijs vrbanis ſuperficies dicitur parietes & tecta, in ruſticis arbores, & herbæ frutiferæ.

Superficies, & emi, & locari põt l. 1. §. 3. ff. de ſuperficie.

Superficies de ſuperficia, in rem actio. Require ſupra actionibus.

Superficiariæ ædes ſunt q̃ in ſolo conducto vel empto sũt poſitę, quarũ ꝓprietas ciuili, & naturali iure eius eſt, cuius eſt ſolũ. vt ff. de ſuperficie, l. 1. vel ædificia ſup ſoli faciem facta, puta quia dominus ſoli ex locatione conceſſit ſuper ſolum ſuũ ædificia fieri.

Superficiarius appellaẽ, qui ĩ alieno ſolo ſuperficiem ita habet, vt certã pẽſionẽ prę ſtet. l. ſupficiario, de rei vẽ.

Superilluſtres ſunt Senatores Cõſules, Patricij, & Dictatores, vt not. in l. 1. ff. de offic. eius cui man. eſt iuriſ.

Superindictum ẽm Pla. ẽ qđ propter fertilitatẽ inducitur, vel neceſſitatẽ publ. extra ordinem, non per luſtra. Indictio autem, vel indictum quod per luſtra inducitur, no. Bald. in l. finali. C. ſine cen. vel reli.

Su-

Superindictũ eſt munus extraordinarium, quod propter neceſſitatem belli inducitur, vt declarat gloſ. & Bar. in rubr. C. de ſuperindicto lib. 10.

Superlatiuus aliquando ponitur pro poſitiuo, inſtit. loc. §. vl. Aliquando reſoluitur in poſitiuum, l. cum pater, §. rogo, ff. de leg. 2. & de tu. & cura. da. ab his l. diuus, & in auth. de mon. §. fin. & not. 8. q. 1. licet.

Superſedere dicitur qui volũtate differt. no. l. fi. C. depoſi. & l. Lucius, in prin. ff. ad municip.

Supina ignorantia, pro ſtulta hęberi. & craſſa. l. nec ſupina, de iur. & fac. ign.

Supinum habet duos caſus tãtum accuſatiuum, & ablatiuũ, in ablatiuo ſignificat terminum a quo vt minor natu, vt in l. 3. §. minorẽ. ff. de min. nam tempus legis computatur tpe natinitatis, vt a termino a quo, ſed in accuſatiuo ſignificat terminũ ad quẽ. Ratio, quia voluntas defuncti, ſ. ei obtemperari, eſt terminus ad quem. Et nec iſto caſu nec præcedenti ſignificat conditionẽ, quia nihil quod ſuſpẽdi poſſit ſubeſt. Supinũ ergo in vtroque caſu, ſ. accuſatiuo, & ablatiuo ſumptum, de ſe ſolo non ĩportat conditionem niſi addatur ei verbum, vel participium futuri temporis: vt venturus vel iturus, tũc. n. ex adiuncto, quod cõtinet euentum conditionem ſignificabit: ſed non ex ſuo proprio ſignificato, quo tatum ſignificat terminum a quo vel ad quem.

Supplicarij dicuntur qui ob aliquod delictum enorme in publicum deuoluuntur ærarium, quę deuolũtio dicitur bonorũ publicatio.

Supplicatio eſt petitio veniæ prioris erroris, vel eſt quædã benignitatis ipſius ſuperioris imploratio. Et ponũtur tres drĩæ ĩter ſupplicationem, & appellationem vt in glo. 4. cap. ex literis, de in integ. reſt. Et ſumitur ſupplicatio ſtrictè ꝓ ea, q̃ porrigitur aduerſus ſentẽtiam quæ petitur reuocari, quamuis alias capiatur largè pro qualibet precũ porrectione. & ponit Bu. quartam differentiam, quia nõ licet tertio appellare, ſꝫ bene licet, tertio ſupplicare. quam differentiam Ioan. And. (quem ſequitur Bar, re-

reprobat dicẽs Bu. erraſſe, quia ſi intelligitur qđ poſt duas ſupplicationes tertia admittiť, tunc eſt cõtra caſum l. ſi quis aduerſus, C. de pre.Imp.offi. Si ſecundo intelligitur, qđ poſt duas ſentẽtias latas in cauſa appellationis liceat poſtea loco tertię ſnīæ facere ſupplicationẽ,itẽ faſum eſt, quia qñ non licet tertia vice appellare, nec licebit ſupplicare. Alia dr̃ia.Licet in appellatione a ſententia diffinitiua (ſecus tñ ab interlocutoria) non ſit neceſſe exprimi cauſam aliquam, tñ in ſupplicatione neceſſario apponitur cauſa ſaltẽ colorata, alias ſuperior nõ debet admittere ſupplicationem.Item differũt,quia ſolus princeps ſuperior cõcedere habet ſupplicationem, ſed appellatio etiam ſit ab inferiori.

Supra,i.præter, ff.loc.l.ex cõducto §. ſed & ſi labes. Aliquando,i.vltra, in auth.de nupt.§.illud quoq;. Aliqñ refertur ad modicũ tẽpus, ff.ex quib.cau.ma.l.ab hoſtibus,§.ſed quod ſimpliciter. Aliquando ſtat in propria ſignificatione: vt cũ, dicit porticus meus eſt ſupra tuum,ff.ad l.Aquil.l.1. §.quemadmodũ. Item an hæc dictio includat,uel excludat,not. per Iac.de Aretino, & Bart.ff.de do.præleg. l.qui ita.

Supremus eſt quem nemo ſequitur, l.proximus, ff. de ver. ſignificatione aliquando ad eum qui ſolus eſt refertur in l.vulgari,ff.de verbor.ſignific. de bon.poſſ.ſecundum tabul. leg. 1. 4.reſponſo.

Surreptio eſt repentina,& feſtina alicuius falſitatis ſuggeſtio.Et dicitur a ſub,& repo, de hoc not. in c. ſuper literis, de reſcr.

Suſpectus dicitur,qui non ex fide adminiſtrat: ut inſt. de ſuſpet.tut. §.ſuſpectus.

Suſpenſio, excommunicatio, & exilium differunt, quia poteſt ſuſpenſus ſine peccato communicare aliis hominibus, & alii ſibi, ſecus in excommunicatione & exilio, quæ tamen differunt inter ſe,quia excõicatus poteſt manere in ciuitate,licet priuetur hominib. communione. Sed in exilium miſſus repellitur,tam a ciuitate, quam a communione hominum, & ſuſpenſus celebrans perpetuo

tuo deponi debet, c. vt clericorum, de vita, & ho. cler. & ca. clerici, & c. latores, de cler. excom. miniſt.

Suſpenſum dr̄ id quod, excedit domos, vel vltra eas extenditur. Qđ ſi ceciderit. & alicui nocuerit vel damnū ītulerit in via publica cuncti, tenebitur dominus domus illius, de qua damnū illatum eſt, vt ff. de his qui deiec. vel eff. per totum.

Suus qui dicatur, cū dicitur quis proſequi iniuriā ſuorū: vide in c. de cætero. de teſti. & in l. ſi fœmina. C. ad Turp. nam dicitur ille, qui etiam admittitur ad ſucceſſionem ab inteſtato ſiue iure agnationis, ſiue cognationis, de quo in l. neganda, C. qui accu. nō poſ. canonizata, 3. q. 11. c. negāda, Bal. & Mo. dicūt illum eſſe ſuum pro quo poteſt quis agere ſine mādato cū ſola cautio. de rato, vt ſunt oēs agnati, cog. filii, liberti patroni, &c. contra quos non poteſt quis cōpelli teſtificari in cauſa criminali, vt no. in c. de cætero, pręal. Itē aliter capitur cū quis dr̄ eſſe ſuus, i. ſuæ mentis, vel apud ſe, vt in l. Fulcinius, §. adeo autem latitatio, ff. qui. ex cauſ. in poſ. ea. Item ſuum eſt verbum ambiguum. Ideo dicens ſuum non eſſe, adiicere debet neque ſibi commune, ff. de verborum ſigni. l. pupillus, in fin. & quid commune eſt meum dici poteſt, vt leg. ſerui electio, §. adeo, ff. de legat. 1.

Suus hæres, vide in ver. hæres ſuus.

S *ante* Y.

SYlua, vide ſup. in S, ante I, licet non rectè, cum ſcribi debeat per y, non per i.

Symbolum eſt quadruplex, quoddā apoſtolorū: quod ſm̄ quoſdā theologos continet 12. articulos fidei propter 12. Apoſtolos Chriſti, qui in vna, & eadem hora inſtinctu Spiritusſancti ipſum conſumpſerunt, vnde dicitur ſymbolum, a ſyn, qđ eſt ſimul, & bolus morſellus, quia quiſque Apoſtolorum ſuū bolum, i. partē appoſuit. Secundum alios theologos verius eſt, quod principales articuli fidei noſtrę ſunt tm̄ 7. ſm̄ quod tm̄ ſunt dona Spiritusſan. quos quilibet Chriſtianus ſcire tenetur, clerici explici-

plicitè, laici implicitè, vt patet de ſu. Trin. c. firmiter. in tex. & gl. Aliud eſt ſymbolū maius, qđ canit in miſſa, factū in ſyn. Nicenę pp̄ Græcos, q̄ nō credebant, ꝙ Spirituſ. ꝓcederet utroq; ſed à patre tm̄, de conſ. diſt. 5. c. vlti. & pen. Tertiū ſymbolū eſt Athanaſij, ſ. Quicunque vult ſalus eſſe, qđ canit ĩ primis. Quartū ſym bolū eſt iuris. ſ. primus. tit. de ſu. Tri. & fi. catho. ut ait Iſi. 7. lib. Ety. c. 6. in quo id qđ de fid. cath. & ſum. Tri. in p̄dictis ſymbolis cōtinetur confirmatur, & reperit̄.

Symphoniaci ſerui erāt hi q̄ bus antiqui vtebant̄, vt in claſſe claſſicum pugnantibus canarent, vt docuit Aſcon. referēs celeuma cani cōſuetum per ſymphoniacos ſeruos remigibus. & de his meminit Vlp. in l. ſed, & ſi quid. de vſufru. & Cice. in li. de diuin. Ab hac (inquit) muliere p̄fectus Antonii quidam ſymphoniacos ſeruos adducebat p̄ iniuriam quibus ſe in claſſe uti uelle dicebat.

Syndicus eſt procurator uniuerſitatis vel collegii ꝓ certo ſalario ad iudicia conſtitutus. ſ. qui cām vniuerſitatis agit vel defendit, & dicit̄ quaſi ſingulorū cauſas dicens. Eſt enim ſyndicus Græcè, defenſor Latine. Nam officium eius eſt agere vel defendere noīe uniuerſitatis cās præſentes uel emergentes, ut ff. quod q̄ſque iu. in rub. & in glo. 1. in c. unico. eo. ti. & q̄n dr̄ cauſa uniuerſitatis agi per procuratorem debet exponi. i. ſyndicum vel actorem, vt de procu. c. quia in cauſis. & de iur. cal. cap. cum cām.

Syngrapha. Latinè ſonat conſcriptio, inde dicta, ꝙ utriuſq; manu ſcripta, vtrique parti tradi ſoleat.

Synodus ex Græco interpretatur comitatus vel cætus, & inter cætera cōcil. quatuor venerabiles fuerūt ſynodi, q̄ totā fidē cōplectunt̄ quaſi quatuor Euāgelia, & quatuor ſymbola, & totidē Paradiſij flumina. Prima Nicena. 328. ep̄orum, à Conſtantino Imp. peracta, qua dānata eſt blaſphemia Arrianæ perfidiæ de inæqualitate Trinitatis. Nā ſcđm gl. dicebat patrem maiorē filio, & filium maiorē Spiritu ſancto. Secunda cētum quinquaginta patrū Theodoſio ſeniore, Conſtanti-

nopoli cōdemnatus Macedoniū negātem Spiritum ſanctum eſſe Deum,& con ſubſtantialē patri,ſed (ſm glo.)ſeruū patris,& filii. 1. q.1.eos q.Tertia Epheſina. cētum e porū ſub Theodoſio iuniore, quæ damnauit Neſtoriū aſſerentē duas pſonas in Chriſto,& beatam Virginem non Dei,ſed hominis tm̄ genitricē. Et hæc oſtendit in duab. naturis, vnam Chriſti perſonam,& dr̄ prima ad differentiam ſynodi Epheſinæ ſecundæ, quæ fuit reprobata. diſtinctione 16.qm̄ ſanctę.Quarta Calcedonenſis, quingentorum centum, & triginta ſacerdotum ſub Martiano principe, damnans Euthicem Conſtantinopolitanū abbatem, verbi Dei, & carnis unam naturā pnūtiātem,ſ.diuinam poſt reſurrectionem,di.16.c.6. & Dioſcorū eius defenſorē quoudam Alexandrinum epiſcopum,& Neſtorium epiſcopum cum reliquis hæreticis.De his eſt text.ad literā diſtin.15.canones, &§.harum prior , & ſecundum Gregor.in c.ſeq. & de eiſdē Gelaſius Papa, in c.ſeq. De his etiam vide text. §.ſuſcipimus,in epiſtola inter claras,C.de ſum.Trini.& fide catho.

Syntheſin Græcè.Latinè omnem poſſeſſionem importat.l.alumen.§.Titio,& ibi gl.ff.de adimen.legat.

Sed Scæuola in l.Titia,de au. & arg.leg.in alium ſenſum accepiſſe videtur,nempe p ordine quodam, & confor mi veſtium compoſitione, quam lingua vernacula Italica libream uocemus, cū tunica,ſagum,chlamis,caligæ,eiuſdem ſunt coloris, & ita interpretatur Alc. li. 2.Parergon.

T *ante* A.

TAbardum eſt genus veſtimenti,clem.fin.verſi.ſed & tales, de uita & honeſta. cler.

Tabe,id eſt putredine, C. de cuſto. reo.l.1.

Tabellarius ſiue tabellio eſt publica pſona ſacro aſtricta in ciuitate,ut rōnes, & acta in formam publicā redigat à principe ad hoc officium deputatus, & confirmatus vel ſic. Eſt perſona publica habens officiū ſcribendi inſtrumenta ſup contractib. vel aliis rebus ad

ad faciendam ſidem ſuper eiſdem.

Taberna generaliter dicitur omne ædificiũ vtile ad habitandum,l.tabernæ, ff.de verb.ſig. non ſumpta abuſione vocabuli per etymologiam, l.2. §.appellata, ff. de reb.credi. ſicut etiam ſumitur in l.hæres abſens, ff. de iud.& l.tabernam, ff.de fundo inſtr. Strictè tamen dicitur domus, in qua vinum venditur,l.palàm, in principio, ff. de ritu nupt. Aliquãdo taberna, i.ſtatio, & tunc impropriè, l. 2. C. de epiſcopis, & cleric. Differentia eſt inter tabernam, & cauponam, quia taberna eſt locus, in quo paratũ eſt vinum vendi, licet non vẽdatur, caupona verò vbi venditur.

Tabernaculum dicitur à taberna. l.tabernæ, ff.de ver. ſig.iuncta.l.inde.no.in l.palam, ff. de ritu nuptiarum, aliquando eſt domus Deo dicata,capitulo, & ibi Arc. extrà, de ſenten. & re iudica. Aliquando dicitur habitaculum militare, notat. per eundem Archidiaconũ in capitulo,ad hoc. 16.q. 1.

Tabernarius dicitur, qui tabernam exercet vinum vẽdens, qui & tabernæ inſtitor dr̃,ff.de exerci. act.l.1.

Tabulæ teſtamenti inde vocatæ ſunt, quia ante chartarum vſum in tabulis, tam teſtamenta quàm epiſtolæ ſcribebantur,quarum portitores tabula vocabantur, ſecundum Iſido.lib.5.Et tabulæ teſtamẽti propriè sũt teſtamẽtum editum in ſcriptis ſignatum, & perfectũ. Sed abuſiuè etiã illa teſtamẽta tabulas appellamur, quę falſa ſunt & illicita,ſecundum Azonem in ſum. C.de tabul,exhiben.

Tabulas teſtamenti hodie intelligimus omnem materiæ figuram, in qua teſtamentum ſcriptum fuerit, ſiue ſit charta, ſiue membrana, ſiue corium alicuius animalis, ſiue lignum, ſiue quęcunque alia materia,l.prima. de bonor. poſ. ſecun,tabu.

Tabularij etiam ſecundũ Accur. ſunt qui faciendis publicis inſtrumentis publicè præſunt in ſingulis ciuitatib. Require ſuprà, ſcribæ, & C.de tabul.li.10.

Tacere, hoc verbũ de ſe nec ſignat conſenſum, nec diſſenſum, ſed tamen mediũ. Vnde nota, eſt dare cõſen-

ſum, diſſenſum,& mediũ, qđ nõ eſt conſenſus nec diſſenſus,vel aliter. Nã habemus velle, & nolle, & mediũ quod non eſt velle nec nolle, nam velle eſt conſentire, nolle eſt diſſentire, ſiue reſiſtere p motũ animi, vñ in vtriſq;,ſ.velle, & nolle eſt motus animi ad hoc quod vult vel nõ vult,i. reſiſtet. Sed nõ velle,ſiue non nolle eſt cũ nullus eſt motus animi ad vnum, vel ad aliud pro vel contra, facit l.1. §.ſciẽtiam, ff.de tribu. ac.vbi dicit Vlpianus.Sciẽtiam hic eã accipimus,quę habet voluntatem, ſed (vt ego puto)non voluntatem ſed patientiam.Non.n.velle debet Dñs, ſed non nolle,ſi igitur ſcierit,& nõ proteſtatur,i.non contradicit, teneť tributoria actione, ſi verò diſſentit non tenetur illa actione,tenetur autem ſi conſentit,aut ſi non conſentit,ſi tñ non diſſentit,vt ibi dř. Sequitur ergo,quod tacere de ſe,nec cõſenſum, nec diſſenſum ſignificat. Quandoque autem ſic, qñ aliũde ſumpto quo vis probabili medio concluditur tacentem cõſentire vel diſsẽtire, de quo latiſſimè tractat Dinus in re.qui tacet, & ſeq. de re.iu. lib.6.& nouiſſimè Iaſ.in l. quæ dotis, poſt Bart.ſolu. matr.

Tacẽs verum ita incurrit crimen falſi, ſicut ſi falſum diceret,l.j.de crim.falſi, l.qui teſtamentum, ff. de falſis.

Tacitè intellectũ diuerſimodè capitur in iure,ſ.per modũ diſpoſitionis, conditionis, vel aliter, prout ex diuerſificatione,ſignificatione,vel clauſula concludit, v.g.in contractu ſocietatis facta conuentione,ꝙ vnus ſociorum habeat duas partes lucri intelligitur etiam tacitè,qđ habeat duas partes damni. Et hoc tacitè intellectũ capitur pro modũ diſpoſitionis, ſeu conuentionis, vt in §.illud,inſtitutione, de ſocie. Et ſumitur ſignificatũ ex æquali mente paciſcentiũ in tacito expreſſo. Item ibi concedendo aquæ hauſtum, intelligitur cõcedi iter ad illum. Et hoc tacitè intellectum, ſumitur etiam per modũ diſpoſitionis,ſed non principaliter,ſed acceſſoriè,ſeu conſecutiuè, vt in l.tertia, ff. de ſer. ruſtic. præd. Ratio, quia in itinere nulla eſt vtilitas,niſi inquantum de-

deſeruit ad aquę hauſtum. Item ibi, promitto partum filiæ, vel fructum fundi, intelligitur ſi naſcantur, l. in terdū, ff. de verb. obli. quia niſi naſcantur nihil eſt in legato vel conuentione, ſic vtilitas eſſe nō poteſt. Item ibi debitum ſub cōditione acceptum ſimpliciter, intelligitur tacitè, ſi conditio debiti extiterit quo ad effectum acceptilationis non quo ad diſpoſitionem, vt l. ſi ſub cōditione, ff. de acce. Itē ibi promitto tibi decē intelligitur ſi petieris, non per modū conditionis, ſed per modū admonitionis, & interpellationis, vt ante nō ſim in mora, poſtea ſic, l. ſi cum petieris, ff. de ver. obli. iuncta l. mora, ff. de vſu. Ratio, quia debitor non eſt in mora retinēdo debitum volente creditore, ſed eo inuito, qn̄ fit interpellatio. Item, & ibi patronus operas ſtipulatur a libero ſimpliciter, intelligitur cū fuerint indictæ, quæ adiectio requiritur in operis ſicut in alia ſtipulatione intelligitur cū petieris, & eſt ratio, quia patronus ſtipulatur operas ad vtilitatē ſuā. Tacite ineſſe multipliciter cōtingit. v. g. conuenio cū depoſitario pp amiſſionē rei depoſitæ. ne agam contra ipſum. In illa conuentione tacite ineſt vel continetur remiſſio, quia ſi per dolum perdidi agere nō poſſum depoſiti, ſed pone, facio cōuentionē quod non agam de dolo, dicit textū, quod non valet conuentio. Et ſic valet tacita remiſſio, & expreſſa nō, l. ſi vnus, §. illud, ff. de pact. Et ſic expreſſio eorū quæ tacite inſunt nihil ibi operatur. Ratio, q̱a expreſſum aliter ſignificat, quia in primo caſu ſignificat remiſſio doli, non ſimpliciter, ſed prout continetur in obligatione, ſiue actione depoſiti. Ideo pro dolo non poteſt agi actione depoſiti, ſed alia actione, ſcilicet rei vendicatione, quia dolo deſiit poſſidere, vel actione de dolo. Sed in ſecundo caſu dolus ſimpliciter remittitur, & ſic ſi conuentio teneret, non poſſet pro dolo agi aliquą actione, & ſic remaneret impunitus, & ideo non tenet conuentio, quia daretur occaſio delinquendi, vt l. conuenire, ff. de pact. dotal. Item ibi,

concedo rem precario ſimpliciter, tacitè intelligiẽ, ꝙ durat donec voluero, ſiue reuocauero, l. 1. ff. de præcario. Etiã morte mea non finiẽ, l. 4. ff. locati, quia in precario ſimpliciter cõceſſo ĩtelligiẽ voluntas, ſcilicet, ꝙ per voluntatem cõtrariam ſiue reuocationem nõ perſeueret, & quòd perſeueret donec reuocetur, ſed morte nõ reuocatur, igitur perſeuerat. Sed quãdo cõceditur quandiu concedens voluerit, tunc ſignificat, quòd durat quandiu voluntas adeſt. Sed morte quis deſinit vele, ideo tunc finitur precarium. Itẽ ibi iudex condemnat quem pœna capitis, ſiue deportationis, ad quam tacitè ſequiẽ pœna ademptionis bonorum. Pone, condemnatus appellat, pendente appellatione moritur, ipſa pęna principalis tollitur, & etiã acceſſoria, ſ. adoptionis bonorum. Tũc morte illius pęna principalis, ſ. deportationis tolliẽ, ẽt acceſſoria, ſ. ademptio bonorum, vt in l. 3. C. ſi pe. ap. mors interue. Rõ, quia tacitũ intelligiẽ acceſſorie, & conſecutiue, mõ ſublato principali expreſſo, auferẽ & acceſſoriũ. Sed dum duo exprimunẽ, quę ambo principalia ſunt, ad ſublationẽ vnius nõ aufertur aliud, ſicut dum pœna imponitur in duob. factis vtrunq; eſt æque principale. Alij dñr, quod etiam in iſto caſu pœna ademptionis tollatur, quia expreſſio (vt diciẽ) nõ fit niſi ad maiorem declarationem. Etiam pœnæ in dubio ſunt molliendæ, de pœnitentia diſtinctione prima, §. pœnæ. licet forte ſecus in vſuris. Eſt tñ in arbitrio iudicis, cuius mens attendi debet, quia ſecundũ eius mentẽ, vel arbitrium, morte finitur, vel nõ. Item ibi, lego alicui ſimpliciter intelligitur præſenti die, & ſic ex primo ĩ præſenti die, tũc ſignificat qđ verba ſonãt. ſ. ꝙ præſens dies iſti legato apponitur, & hæc expreſſio, ſi illud non eſſet, nihil operareẽ aliud, quàm tacitum, nec aliud tacitum, quàm expreſſũ. Sed ex clauſula poſtea appoſita, ſcilicet legata, quibus dies non eſt appoſitus volo ſolui, annua bima, trima die, aliud ſignificatur in tacito, aliud in expreſſo, quia ex tacito cui cl'a appoſita, nõ eſt vel dies,

dies,ex clauſula ſecuta, debentur annua bima,&c. In expreſſo vbi dies eſt appoſitus, dicendo præſenti die ad ipſum legatum præ dicta cl'a nō refertur, quia iſti legato dies eſt appoſitus.Vbi autem tacitè intelligitur,non eſt appoſitus licet id operaretur ſi aliud non ſequereretur. Item ibi, lego tibi purè, intelligitur ſi volueris hoc tamen non facit legatum conditionale,nec impedit tranſmiſſionem legati,ſi legatarius ante moritur,& tamen exprimendo,hoc in legato dicēdo,lego tibi purè ſi uolueris, legatum eſt conditionale,l.ſi ita expreſſum, ff. de condi. & demonſtratio. Item ibi, filium meum exhæredo, intelligitur tacitè conditio, ſi hæres adierit, Sed pone, ꝙ hæc conditio exprimatur, dicit tex.quòd exhæredatio vitiatur.leg. ſi quis.ff.de hæredi. inſtituē. Ratio ſecūdum Doct.quia aliter intelligitur, & aliter exprimitur. Nam intelligitur quo ad effectum, ſcilicet, vt exhæredatio habeat effectū,ſi hæres adierit nō autē intelligitur,ꝙ exhæredatio ſit conditionalis; ſed quando exprimitur, tūc refertur ad diſpoſitionem,& ſic exhæredatio eſt condōnalis, & ideo vitiatur, qa eſt actus qui non recipit cōditionem,per c.actus legitimi,de reg.iur.li.6. Et eſt ratio diuerſitatis in legato,& in exhæredatione, quia veriſimiliter non videtur teſtatorem legatum velle facere conditionale ꝑ expreſſionē illius cōditionis,ſi hę res adierit,ſi apponatur illa, ſecus in exhæredatione quā teſtator videtur velle facere conditionalem,dum apponit conditionem talē vt magis reſtringatur. Sed per appoſitionem conditionis vitiatur lege poſitiua, ideo non ualet conditio,ergo expreſſa ad diſpoſitionē vitiat, ſed tacitè intellecta ad effectum non vitiat, et quam apparet de mēte exprimentis,ꝙ per expreſſionem uult aliud ſignificare ſcilicet facere actum conditionalem,qui non eſt cōditionalis,ex tacito intellectu, tunc actus eſt cōditionalis, quia exprimens hoc vult, qui ad hoc conditionem exprimit, & ſic tunc legatum relictum,ſi hæres adierit, eſt conditionale,&

veriſimile eſt, qđ conditio exprimať, ſicut intelligitur ad maiorem declarationē, & ſic licet actus nō recipiat conditionem, per illam tñ expreſſionem non debet vitiari, quia ſolum quod tacitè ineſt exprimitur, & lex poſitiua non admittens cō ditionē, vř intelligi de conditione extranea, & non de illa, quæ ineſt, quæ exprimitur ex abundanti. Sic etiam exhæredatio pōt eſſe conditionalis, quando teſtator ſic voluit, ſed quia non recipit conditionem, vitiať, etiam acceptilatio erit cōditionalis pp voluntatem acceptum ferentis, ſed qa etiam non recipit conditionem, vitiatur. Et ita in his debet attendi mens diſponentis, & ſeruari qđ uult, & prout vult, niſi ubi lex poſitiua hoc impedit. Item vbi iudex dat tutorem pupillo ſimpliciter, intelligiť tacitè, qđ miniſtret ſi ſatiſ. dederit. Sed pone, ꝙ iudex in dando tutorē hoc exprimat dicit text. quod ualet dato, & eo modo intelligiť, quo exprimitur, l. muto, §. hanc aūt, ff. de tutor. & hęc facit pro prædictis. Et eſt ratio huius legis, quia veriſiľr exprimiť ſicut intelligitur in dubio hoc iūcto, ꝙ ſi faceret conditionem, actus vitiareť, quod nō eſt dicendū, in dubio, maximè in hoc caſu pp periculū, qđ pupillo immineret, ſi tutoris datio nō teneret. Item ibi promitto 10. ſimpliciter intelligiť tacitè, ꝙ ſolū cū petieris, dicit text. ꝙ idē ſignificat, ne aliud opereť, ut l. ſicū petieris, ff. de uer. obl. quia ēt intelligiť, ſicut exprimiť, nec hēt aliud ſignificatū, q̄ expreſſum ex cōi modo intelligēdi. Sed ibi, lego illi ſi capitolium aſcenderit, hæc conditio tacitè contineť ſi uoluerit, quia volens aſcendit, & tñ exprimendo hanc conditionem aliquid operatur, qa legatū vitiatur, qđ nō vitiaretur tacitè intellecta. leg. nonunquā. ff. de condi. & demo. Et eſt rō, quia aliud ſignificat conditio ſi aſcenderit, & ſi uoluerit: nā legādo ſub conditione expreſſa, ſi uoluerit, legatum ponitur in ſua libera, & mera uoluntate, ideo uitiatur per legē poſitiuā ſtatuenté. quod legatum non poſſit poni in libera uoluntate, ſecus in illa conditio

ne ſi aſcenderit, quia ſi aſcẽderit, ſiue libere volẽs ſiue non tñ conditio implet & ſic de aliis exemplis.

Tacitum propriè, & verè dr̄, quod nullatenus eſt expreſſum, & hoc in iure nihil ſignificat eo, ꝙ non eſt ſignificatũ eius nec apparet. Dr̄ aũt in iure expreſſum, ꝙ non aliter quã uerbis expſſũ eſt, nã inter modos ſignificandi uerbi obtinent principatũ, iõ uerbis expreſſũ dr̄ verè expreſſum. Et qđ dico verbis; idem dico ſcriptis, quia illa cõtinent verba. Aliter aũt expreſſũ quã verbis dr̄ tacitũ ad drĩam expreſſi uerbis. Et hoc eſt tacitum iuris, quod nõ eſt expreſſum verbis, v.g. mutuaui doliũ vini, non exprimit, ꝙ reddat uinũ eiuſdẽ bonitatis, hoc tñ tacitè intelligitur, l. cum quid. ff. ſi cer. pet. & ſumitur ratio ex natura mutui, q̃ eſt ꝙ res reddatur, quæ eadem in ualore cum mutuata eſſe cenſetur, hoc eſt ſi eſt eiuſdem naturæ, & bonitatis, hoc tacitum intellectum idem ſignificat, & operatur, ac ſi eſſet uerbis expreſſum. l. cũ quid. præalleg.

Taciturnitas eſt quandoque habenda pro confeſſione. Etiam quandoq; tacitum habetur pro expreſſo. ff. ſi cer. pe. l. cum quid. & c. gratum, de offi. deleg.

Taciturnitas non rñdentis hr̄ pro confeſſione. l. de ætate. §. qui tacuit. & §. nihil. ff. de interrog. act. glo. & Pan. in c. qm̃. in 8. col. de proba.

Talis, i. ille C. de ſum. trin. & fide cath. l. 1.

Talio, genus erat pœnę ex l. 12. tab. quo damnum illatum ſimili damno penſabatur. §. pęna, inſti. de iniu.

Tamiaca prædia, vide prædia Tamaica.

Tanquam eſt nota ſimilitudinis, capitulo, ſolitæ, de ma, & obed. Aliquando no. ueritatis ca. ex parte, de ſponſa. De iſta dictione tanquã vide in l. ſi pater. §. q duos. ff. de adop.

Taxare, eſt idem quod æſtimare.

Taxatiuæ dictiones ſunt, tm̃ ſolum, dumtaxat, tantummodo, & conſimiles.

T *ante* E.

Tegulæ ſunt lateres differunt tñ, quia tægulę dñr a tego, quaſi tegentes, & nõ ſũt coctę, ſed ligna ſub late-

lateralib. poſita pro eorum ſuſtentatione. Sed lateres fundantur, ex lapidib. & at gillia, & coquuntur.

Telos græcè, tributum dicitur latinè Inde telonarij publicani dicuntur & tributorũ collectores ſeu exactores. Et etiam telonium dicitur locus, in quo tributum exigitur.

Telum non dicitur tñ, quod ab arcu mittitur, ſed etiam quod à manu, eo ꝙ in longum mittatur, ergo lapis, lignũ ferrum, nomine teli continentur tex. eſt inſt. de pub. iud. §. telum autem.

Temeritas eſt cum quid facimus propria voluntate, & ſine ſuperioris authoritate. ita diffinit Gæmi. in c. cum qui. §. inſuper, de præben. li. 6. vbi ēt dicit, ꝙ temeritas eſt, quando quis facit actũ a iure prohibitum, & de temeritate vide Bar. in l. 1. ff. ad Tur.

Templarii ſunt præceptores vel commendatarii, & perſonæ religioſæ, vt cle. de reli. do. & clem. cum ex eo. de ſen. exc. p Io. Andr. in rubr. de reg. & ca. eccleſia S. Mariæ. de cõſti. tales deputanť ad adminiſtrationẽ eccleſiaſticã, & ſic poſſũt agere, & defendere iura eccleſiæ, & cle. 1. de reſcr. & poſſunt eſſe perſonæ incognitæ, & de lõginquis partibus. c. cũ deputati. de iud. & quando que eligunť, & habẽt eccleſias patrochiales, & ſic autoritas diœceſani debet interuenire. facit c. vnicũ, de capel. mo. lib. 6. & not. in d. clem. 1. de reſcr. qñque non habent eccleſias parrochiales, & ſui maiores habent eos deputare, & inſtituere præter conſenſum diœceſani. Et ſm Inn. in dignitate cõparantur inſtitutorib. c. ꝙ qbuſdã. de fideiuſſo. quia inſtant negotiis ſibi cõmiſſis, vel ēt comparantur viſitatoribus ſiue vicariis miſſis à ſuperioribus ad aliqua officia exercenda.

Tempus cõtinuum eſt, quod continuè currit dieb. feriatis & nõ feriatis, ſiue in præſentia, ſiue in abſentia ſit copia iudicis vel non C. de præſcr. long. temp. l. fi.

Tempus verò vtile nõ currit dieb. feriatis, & abſentiæ, & diebus, quibus non eſt agẽdi copia, Et iſtud eſt multiplex, ſcilicet cõtinuè vtile, & inutile quo ad ſui principium tantum, non quo ad progreſum, &c. vt in gloſſ.

clem.

cle.vnica, de in integ. reſti. vbi glo.remittit.de conceſ. præben.c.2.& c.quia diuerſitatem.in fi.

Tenor literarũ eſt idẽ, quod ſnĩa literarum, require ſuprà. Sententia literarũ, ſed tamen tenorem literarum dicimus rectè tenorẽ text. quamuis titellis ſcribatur, vnde tenor dicitur ipſa ſententia literalis, licet theoricè plurima ſcribantur.

Tepidarium eſt idẽ quod balneum, à tempore aquæ nomen trahens.

Tergiuerſator dicitur, qui in vniuerſum ab actione recedit, quaſi tergum vertẽs, vt ĩ c.vlt.de collu. dete. ĩ gl.4. & ibi nò. Et differunt tergiuerſator, & præuaricator, & calumniator, nota bona verſus Tergiuerſator deſiſtit, p̃uaricator verũ ipſe occultat ꝓfert calũnia falsũ.

Tergiuerſari eſt in totum, ab actione deſiſtere, & dorſum vertere. ff. ad ſena. Turp. & in glo. præall. in cap. vlt. de collu. deteg.

Tergiuerſatio q̃nque eſt verſutia, vel calliditas, qua qs inducit aliũ, vt deſiſtat ab eius inquiſitione. & ſic capitur in c. vlti. in gl. præall. Quandoq; etiã eſt fruſtratio, deluſio, vel colludium.

Terminus dicitur finis, vel limes, diſtinguens confinia agrorũ, hinc Virgilius 12. Aen. Limes agro poſitus, litem vt diſcerneret aruis, & in c. foro. de verb. ſig.

Terminus peremptorius obtinere debet tantum temporis, quantum tria edicta, niſi aliud exigeret iuſtitia, vt in c. dilecti. de dila. in glo.

Terram integram Caius vocat, in quam dominus adhuc non immiſſit pecus paſcendi gratia. l. Sylua. de verbor. ſignifi.

Terra ꝓſciſſa, in d. l. ſylua ſi eſt quæ primum aratrum experta eſt grandioribus glebis relictis.

Territoriũ eſt vniuerſitas agrorũ intra fines cuiuſcunque ciuitatis, ab eo dictum, quòd magiſtratus eiuſdem loci intra eos fines terrendi, id eſt amonendi. vel ſubmouendi ius habet, ff. de verbo. ſignifi. l. pupillus. §. territorium. Alibi ponitur pro diœceſi. gloſſ. in cle. ne Rom. de ele.

Teſſeræ frumentariæ ſigna erãt frumẽtaria, q̄b. exhibitis, frumẽtũ à principe dabatur pop. Ro. vt hodie q̄buſdã in locis nũmi plũbei vel

vel ęrei. vel quid ſimile, qđ pro ſymbolo ſit. Ex quo factum eſt, vt teſſera pro iure percipiendi frumẽtum ponatur. Vnde ff. de iud. l. ſed & ſi ſuſceperit, ita legitur. Si libertis ſuis teſſeras frumentarias emi voluerit.

Teſtamentum eſt voluntatis noſtræ iuſta ſnīa de eo, qđ quis poſt mortem ſuā fieri vult, ff. eo. tit. l. j. Et additur cum inſtitutione hæredis, inſtitutione de leg. §. ante hæredis, & hoc de vniuerſo patrimonio, vt excludatur ſingulare relictum, & codicillus. Et dr̄ teſtamentum quaſi teſtatio mẽtis, vel vltimum elogiū, ſeu vltima volūtas, qua quis de rebus ſuis diſponit legatario legata aſſignanda. Et diuiditur quia aliud eſt teſtamentū nuncupatiuum, quod cōſiſtit in ſola nūcupatione teſtatoris nō in ſolennitate ſcripturæ, tn̄ ſeptem teſtes neceſſarij ſunt, & hæredū nominatio, inſti. eo. tit. §. fi. Aliud eſt in ſcriptis cōditū, quod ſimiliter exigit numerū, ſubſcriptiones, & ſignacula ſeptem teſtiū. Antiquitus autem tria genera teſtamentorum in vſu fuere, de quib. infra in ver. teſtamentum ſurreptium. Item teſtamenti aliam diuiſionem ponit Iſid. li. 5. ſ. teſtamentorum aliud iuris ciuilis, aliud iuris prætorij.

Teſtamẽtum iuris ciuilis eſt teſtamentum ſeptem teſtium ſigillo ſignatum, ſubſcriptione firmatum, quod apud ciues fit, & inde dicitur ciuile.

Teſtamentum iuris prætorij eſt ſeptem teſtium ſignis ſignatū. Et dicitur ſic, quia fit apud prætores, ſecundum Iſid. ibidem.

Teſtamẽtum holographum, eſt manu authoris totū cō ſcriptū & ſubſcriptū vnde, & nomẽ accepit ab holon. i. totum, & graphos ſcriptura, vel litera, quaſi tota litera ſecundum Iſid.

Teſtamentum inofficioſum, eſt quod fruſtra liberis exhæredatis ſine officio naturali pietatis in extraneas perſonas redactum eſt, ſecundum Iſid. lib. 5.

Teſtamentum irritum eſt, ſi ille, qui teſtatus eſt, capite diminutus eſt, vel captiuitate detentus, aut ſi non ritè, vel cōtra legem factum eſt, ſecundum Iſid.

Teſtamentū ruptum ideo vocatū eſt, q̃a naſcente poſthu-

humo neque exhæredato, neq; hærede nominato, diſrumpitur ſecun. Iſid.

Teſtamentum ſurreptitiũ eſt quod in fraudem hæredũ, ſeu legatariorum, & libertorum non palam prolatũ eſt, quod ſi non latet dictis perſonis, non proinde ſuppreſſum vr̃. Erant aũt olim tres alię ſpecies, quę hodie in vſu eſſe deſierunt. Quodam erat pacificum teſtm̃, & appellabatur calatiſcomicos a calos, quod eſt bonum, & comicus pax, quia in bona pace fiebat, vel a calatis comitijs, hoc eſt bonis cõuentibus a calos bonum, & comitia cõuentus, vel cõuentiones ſapientiũ. Bonę.n.conuentiones erãt quæ in pace fiebant, nã teſtamẽta dieb.feriatis pp penuriã hominum, quia alijs dieb.non feriatis erant homines diuerſis negotijs occupati, quare teſtes nõ poterant inueniri, vel dr̃ a calo.i.voco, quia perſonarũ vocatio fiebat. Aliud erat bellicum, quod procinctũ dicebatur eo, ꝙ tpe præliorum cũ in prælium exituri eſſet homines in ꝓcinctu faciebãt. poſtea acceſſit tertia ſpecies, f. teſtm̃ per æs & librã, quod per emancipationẽ, i. imaginariam quandã venditionẽ ſub 5. teſtib. agebatur, & libripendæ, i. æſtimatore, qui libripendebat, i. æſtimabat familiã, i. hæreditatẽ, & emptore, qui erat loco hęredis ciuib. R. i. liberis hominib. & puberibus præſentib. Prima duo illorũ teſtõorum penitus aboleuerunt. Tertiũ verò partim remanſit in vſu, f. quo ad numerum teſtiũ videlicet ſeptenariũ, Erãt.n. quinq; teſtes libripẽs, & emptor. Et prædicta noĩa teſtõrum ad ius ciuile referebanẽ, q̃ a ius ci. inuenit illa.

Teſtes sũt quos ante iudiciũ quiſq; ſibi placitat & allegat, ne poſſit librũ aut diſſimulare aut ſubtrahere ſe. Vñ ẽt legati appellanẽ. Itẽ teſtis ẽt rei geſtę ꝓbaẽ. Sed teſtis cogẽdus eſt, q̃ ad teſtimoniũ faciendũ cogiẽ. dñr ergo teſtes, q̃ a teſtimoniũ adhibere ſolent ſicut ſignatores, qui teſtm̃ ſignant ẽm Iſid. li. 6. Itẽ antiquitus ſuperſtites dicebantur eo ꝙ ſup ſtatu cauſæ proferebãtur, nũc parte noĩs ablata per apherefin, teſtes dicuntur, & conſiderantur conditione, natura, & vita, vt

in

in c.forus.de verb.ſig.ad fi. Teſtes etiam cōtinētur ſub nomine inſtrumentorū.c. peruenit,de teſtam.cogen. Et qualiter teſtis examinet vide c.cōſtitut. de fideiuſſ.

Tretactericum dicitur, quod quarto quoq; anno inſtauratur, Bud.in l.Septilia. ff. de pollici.

Textrinum locus vbi texitur l.qui textrini. C. de murileg.lib.1.

T *ante* H.

THeatrum eſt locus in ciuitate communis, & publicus ad ſpectacula, & dicitur à theorando. i.inſpiciendo, vt in foro, vel palatio communi,ſicut in harena Veronenſi, inſti. in glo. de re.di.ver.theatra.

Theatralis liberalitas eſt, qđ dari conſueuit ad ludum theatri. C.de præd.curia.l. vlt.in glo.

Theſaurus propriè dicitur pecunia abſcōdita ſub terra, cuius non eſt memoria. l. nāque.ff.de acq.poſſ. Quādoque impropriè dicit̄, vt ff.de acq. poſſ.l.peregrè,in prin. & ff.ad exhi. l.theſau.

Thlaſiæ dicuntur ſpadones, quibus teſtes facti ſunt.

Thlibiæ verò qui attritos eos habent.

Thymelici ſunt fidicines, cythariſtæ, lyriſtæ, tibicines, q in orcheſta actiones ſuas peragebāt, ſicut hiſtriones in ſcena, vt M. Vitruuius eſt author.

T *ante* I.

TIbias,alias tilibias, inſtrumentum eſt ad abſcindēdū virilia,vel aliter, vt not. in l.hi quoque.ff.ad legem Cor. de ſic. imo thlibiæ legendum eſt.

Tibialia apud Pau. l.pe.de re mil. dicūtur arma, quibus crura muniuntur.

Tignus,vel tignū dicitur eſſe oē genus materiæ ligneæ, vt in l.12.tabu. & Azon. in ſum. eo. titu. & inſt.de rer. diui. Vnde tignarij dicuntur omnes, qui ædificant.

Tignus iniunctus, require Actio.

Tiguli dicuntur foramina, quibus exit fumus.

Titubatio eſt cum ego hinc inde duo cōtratia ſcio, nec tamē alicui eorū (quia dubito) credulitatem meā applico. Vnde titubare dicit̄ quis quando ſuſpitionē habet ſuper eo, de quo contenditur, vt c.in noſtra præſentia.de procu in glo.3.ēt titubare eſt defectuosè loqui,vel ignoranter,vñ titubans

bans pro ignorante habendus eſt. C. de cond. ind. l. vl. & ff. de li. ho. exhi. l. 3. §. is, qui. ar. c. dominus, de ſecũ. nup. ubi glo. & pro contra. & c. propoſuit, de cõiu. ſer. in glo.

Titulus quandoque ſignum dicitur, quandoque cauſa acqui. dominij, quandoq; ipſa eccleſia, ut titulus S. Petri, quandoq; clericatus, qñque canonicatus in aliqua eccleſia, vnde dicitur quis intitulari. i. clericari, canonicari. Item quandoque capitur pro cauſa mobili ad dominii translationem, ut per locationẽ, vt c. eccleſia ſanctæ. 2. vt li. pen. Item titulus eſt iuſta cauſa poſſidendi, quod noſtrum eſt, & ſic exigitur iuſtus titulus in vſucapione & præſcriptione. c. ſi diligenti, de præſcrip. & gl. ſummæ. 15. q. 3. Etiam titulus poſſeſſori cauſam tribuit præſcribendi, vt c. 1. de præſcript. lib. 6. & eſt vnam de principalibus requiſitis ad præſcriptionem. Dr̃ etiã titulus quilibet ordo eccleſiaſticus quælibet dignitas vel prælatio, & ſic dicitur quis in titulari in aliqua eccleſia, ideſt ordinari, ſecund. Ber. in c. dudum, de elect. ſuper verbo intitulatam, & ff. ſi cer. pet. in rub.

Titulus nonnunquam accipitur pro rub. ut l. j. ff. ſi certum pet.

Titulus poſſeſſionis uel poſſidendi eſt initium poſſeſſionis, & cauſa quare quis poſſideat, ut emptio, venditio, donatio permutatio, quia per emptionem, & ſimilia incipimus poſſidere.

T *ante* O.

Tochi ſm̃ Azo. dicuntur ſuſtentatores pauperum Prochi ſcribendum eſt.

Togatos dicimus aduocatos a toga veſte nominatos, quam habebant olim aduocati diuerſam a cæteris, ut per hoc cognoſcerentur.

Tolerare pro ſuſtentare dixit Alphe. in l. in lege. de verb. ſign.

Tormentum accipit Nebriſſenſis pro omni quod infarcitur puluillo, ſiue illud ſit de pluma, lana ve ſiue de ſtramentis, uel qua alia re.

Topiarius eſt, qui prædium ornat ſaluarius, qui cuſtodit. l. cum quærebatur. §. fi. ff. de leg. 3.

Tonſura in clerico, vide glo. in cle. quoniam, de vita, & ho. cle. & 23. diſt. c. prohibere, c. clerici. ca. ſi quis ex clericis, c. non liceat cuilibet, & 12. q. 1. duo ſunt.

Tormētum dicitur quaſi torquens mentem, à torqueo torques. Quæſtio uero eſt veritatis indagatio ꝑ tormentum ſeu torturam, & poteſt appellari qḋ a quærendo, quia iudex per tormentum inquirit veritatē. Pan. in c. cum in contemplatione, de reg. iur.

Torneamenta dicuntur quædam nundinæ vel feriæ, in quib. milites ex edicto conueniri ſolent, & ad oſtenſionem virium ſuarum & audaciæ, temerè congregari vel congredi, vt ca. 1. de tornea.

Torrens eſt aqua in imbre cū impetu, quæ in æſtate torreſcit, id eſt areſcit. ſecundū gloſſ. in clemen. dudum. de ſepul.

Vide. ff. de flum. l. 1. §. 2. & de acq. plu. arce. l. in ſumma. §. penul.

Tota. i. omnis ff. de pac. l. ſi unus. §. pactus. verſi. idem dicimus.

T *ante* R.

Trabes eſt veſtis cōſularis vt C. de conſul. l. j. lib. 12. qua veſte etiam utebatur Imperator, etiam ſe conſulē uocabat, in auth. de conſuli. col. 4.

Tractatorij erant viri, q̄ tractabant, & contractabāt. i. manib. cōtingebant, & palpabant animalia publica, & equos ſacro uſui deputatos. Vel dn̄t tractatoriæ literæ impetratæ pro licentia vehendi animalia, vel literæ datæ licentiæ ad tractādū, & puniēdum criminoſos ſecundum Accur. C. eod. tit. in rub.

Tractatores Alc. ſcribit appellari eos, qui hn̄t tractatorias. i. licentiam adducendi equos in curſu publico, quam Pli. in epiſt. & Iuriſc. uocant diploma.

Tradere, duplicē habet ſignificationē, uno modo eſt rē ſuam in alterum transferre. Corporalis. n. res tradi poteſt, & a domino tradita alienatur, hoc patet ꝑ etymologiam dictionis. Dicitur enim trado quaſi tranſfero dn̄ium, & ſic bene dr̄ in inſtrumentis uenditionis,

nis,iure propriò tradidit,i. traſferens tradidit, ſeu dedit.Alio modo tradere capitur pro inducere in poſſeſ. ſiue pro ipſa corporali præſtatione rei, vt cũ dicitur, poſſeſſionem tradidit, vel ipſum equum per frenum, aut librum in manibus.

Traducere vſus eſt Paul. in l. ſi duo. vti poſſi. pro facere traduces. Traduces aũt in uitib. dicũtur,qui aliunde tracti ac propagati ſunt.

Traha eſt inſtrm̃ ruſticum, ꝙ ęquandis ceſpitib. vel fęno colligendo aptatur.

Traijcere eſt mare tranſire. Vnde dr̃. Si pontonib.traijciatur mare, i. tranſeatur, Inde traiectũ eſt per mare tranſitus.Etiam alio modo eſt nomen ciuitatis.

Traiectitia dicitur pecunia, quæ locatur vel permittit alicui per mare ad quemcunq; locum tranſuehenda,vel deportãda, ff.de act. & obl. l.traiectitia.

Tranſactio eſt de re dubia, & lite incerta nondum finita dato aliquo promiſſo, vel retento, non gratuita pactio,vt in c.ſuper eo.de trãſac. & eſt idem ꝙ cõpoſitio inter aduerſarios, & litem intelligo pręſentem,vel futuram,quia ante lit.conte. poteſt fieri tranſactio,vt ff. de cond.ind. l.elegaater, §. ſi quis poſt. Item litem ſubaudio iuſtam vel iniuſtã, vt C.eo.tit.l.2. & ſi quis qñ agit, credit ſe habere iuſtã cauſam alias contrarium, vt ff.de cond.inde. in ſum. vt tñ inter inſiſtentem, & reſiſtentẽ, vt ſi actor per calumniam inſiſtat, nulla ſit trãſactio,ſed ſi reus per calumniam reſiſtat valet trãſactio quantum ad eum, C.eod.tit.l.ſub prætextu.licet per aliam viam, hoc eſt per actionem de dolo, vel replicationem doli conſulatur actori,vt ibidem dicitur, quando dolo reus induxit actorem ad tranſigẽdum. & dicitur in deſcriptione,nõ gratuita pactio, ideo quia fieri non poteſt gratis, imò impedit,ꝙ is, cui fit trãſactio,aliquid det vel dare promittat tranſigenti. Vnde fieri debet aliquo dato retento, vel promiſſo, alioquin tranſactio nõ procedit.Et in eo,quod dicitur aliquo, intelligitur etiam de modico, quia ſi quæſtio erat de re valente centum, poteſt fieri tranſactio pro decem, vel pro mi-

minori, nec pōt dicere trāſigens ſe prçceptū, quia trāſigit ſup in certo. Item in eo, quod dr̄, re dubia; & lite incerta, intranſitiue ponit, ut ſit ſenſus, de re, quæ dubia, & incerta eſt lite, id eſt, propter litem, quia lis quamdiu pendet, facit rē dubiam, & incertam. Nam euentus litis, & iudiciorū incertus eſt. l. quod debet. ff. de pec. vnde ſuper eo, qđ in qōne vertitur, lite pendente pōt fieri trāſactio, & ideo dicitur, lite nondum finita. Nam ſi iudicatum eſſet, nec appellati poſſet, nec aliquo remedio ſnīa retractari, ita ꝙ de ſnīa non dubitaretur, certe tranſactio non valeret, vt ſi qs condēnatus ad x. dicat. Verum eſt me tibi condemnatum eſſe ad 10. & verum eſt, ꝙ debeo, ſed ſi uis eſſe contentus, quinque dabo inconti nenti, tūc tranſactio nulla eſſet & ſi iudicatum negaret adeo tn̄ liquida foret ꝓbatio, ut non ſufficeret negare adhuc eſt idē, vt C. de pœ. l. qui ſnīam. Dr̄ enim trāſactio quaſi actionis in amicitiam ſeu amicabilem compoſitionem tranſitio, tranſeunt enim à lite, & ab actione, qui componūt inter ſe paciſcentes, cum tamen gratis non remittit actio, ſecus ſi gratis remitti tur, quo caſu nō ſit tranſactio, ſed ſimplex per donationē pactio. qui enim tranſigit, quaſi de re dubia, & lite incerta, neq; finita tranſigit. i. cōponit, ut in c. ſup. eo. tit. in gl. 3. & ſic is tranſit ab actione, q trāſigit, & is, qui agit, proprie dr̄ trāſigere, vt C. eo. l. 2. præallega. reus aūt improprie. Item in ſpiritualibus non ualet tranſactio proprio nomine dicta c. ſi qn̄ clerici. de offi. del. & c. ſuper eo. præalle. & eſt tex. in c. cōſtitutus, & c. præterea. eod. titu. Rō, quia tranſactio in ſpiritualibus continet ſpeciem ſimoniæ, v. g. duo litigant ſuper ali quo beneficio eccleſiaſtico puta eccleſia uel præbenda, & etiam ſuper iure præſentandi, talis trāſactio cū ſit ſuper re ſacra, non ualet quando alter illorū dat alteri 10. vel 20. annuatim, vt ceſſet à lite, & alter obtineret eccleſiā, ſeu præbēdā, ſeu ius præſentandi, cū ſit annexū ſpirituali, ergo ſpecies ſimoniæ eſt, vbi aliqd datur uel promittit̄ ſiue re

tinetur

tinetur in talibus,vt poſſideat,aliàs ꝓcederet in ſpiritualib. nullo dato retēto vel promiſſo,ſed tunc propriè non eſt tranſactio, ſed in temporalib.valet tranſactio tali mō ſumpta. Sumitur aūt aliter, & largo mō tranſactio,prout eſt amicabilis compoſitio, & ſic pōt fieri in ſpiritualib. vt in ca. ſtatuimus. de tranſ.ar.c.niſi eſſent.de prǽb. & c.vlt.de re.perm.Et hoc dū ex vtraque parte datur ſpirituale, authoritate tū ſuperioris; ut ſi aliqui litigent ſup eccleſijs; & eps, vel archieps componat eos iure. Itē nō valet trāſactio in ſubiectione ſpirituali. c.præterea.2. eod.ti. Subiectio.n.eſt ſpirituale quid, & ideo aliquo dato, vel promiſſo, ſiue retento remitti non pōt.v.g. iſte ſubiectus eſt primo abbatiæ tali.ſ. eccleſiæ S.Petri,mō vult tranſigere.i.dare 30. ſolidos, vel aliud incerto cēſu, vt ſit exemptus ab abbatię ſubiectione,qui cēſus eſt,licet eſſet recognitio debitæ ſubiectionis. ca. omnis aīa, de cenſ. tū non valet talis tranſactio propter ſubiectionē.Sed ſi gratis vellet quis aliquam eccleſiam eximere ſubiectā, bene poſſet ex ea annuatim aliqd accipere, nec eſſet ſimonia.ca.conſtitutus de rel.domi.vel ſibi conſtituere ſoluendum cenſū in re cognitionem dominij, vt in c.omnis.præall.vel ad indiciū perceptę libertatis, vt in c.recepimus,de priui. Item in matrimonio compoſitio, vel tranſactio non valet.c.fin. de tranſ. Et not. duas regulas. Prima eſt affirmatiua, ꝙ in oī cā criminali, vel in oī crimine pro quo venit imponēda pęna ſanguinis, licitū eſt trāſigere excepto crimine adulterij.Ratio huius regulæ,ꝗa vnicuiq; licet redimere ſanguinē ſuū.Sed rō exceptionis,eſt frequentia criminis adulterii. 32. q. 7. quid in oīb.& de iud.c. at ſi clerici §.de adulterijs. Secunda regula negatiua eſt,ꝙ in aliis criminib. in quib. nō venit pœna ſanguinis,non eſt licitum tranſigere, excepto crimine falſi,in quo poteſt tranſigi;ratio regulę eſt,ne delicta maneāt impunita. Rō vero exceptionis, quia non pōt maius crimen imponi,quàm falſitatis,quod adimit omnem honorem.

Et hæc dicta procedunt de iure ciuili. Iure nanq; canonico hic nō licet tranſigere ibi ſic, quia ibi nō venit pœna ſanguinis imponenda. Itē trāſigi nō pōt ſuper alimētis, niſi authore prętore ff. de tranſ. l. cū hi in ſum. Ergo not. ꝙ quædā ſunt in quib. nec cōpoſitio, nec trāſactio locū habet. Qūo. n. poſſet fieri ꝑ amicabilē cōpoſitionē, diſpōnem., vel ꝑ tranſactionē, vt vir dimiſſa vxore aliā ſuperinduceret, vel vt monachus talis exiſtēs propriū hr̄e, de ſtat. monā. cū ad monaſterium, vel vt ſubiectus in ſubiectione ꝑdurās dn̄o nō obediret. ſ. in licitis, & honeſtis. In his ergo cū ſimilib. tranſactio locū nō habet, vt in c. ſi eo. ti. Effectus trāſactionis eſt oīa inſtrā ad cām ſpectantia, ſuper qua tranſactum eſt, & quicquid aliud eſt quod opē partib. ferrè poterat, hoc fit vacuum, & oī virtute caſſatū, & ſola tranſactio validū perpetuumq; robur obtineat, vt ī c. j. eo. ti. ſm Gof. in sū. de tranſa.

Tranſcribere præter illam ſignificationem, quæ omnibus eſt notiſſima mō ſignificat, iure ceſſo tradere, vt in l. ſi vir vxoris, de præſcr. ver. modo transferre, vt in rationib. ſit, cum id, quod mihi expenſum latum eſt, in aliud nomen transferē & nomen meum è rationibus eximitur. l. Aliquando ad Senatuſc. Velleia. Bud.

Transfuga dicitur, qui tranſit ad hoſtes.

Translata legata dicuntur, quæ teſtator vni legatario ademit, & alij legant, nam ſic transfert teſtator auferendo ab eo cui primum legauerat, & alij dando.

Translatio eſt de ſede ad ſedem facta commutatio, vt cum epiſcopus de vna ſede ad aliam transfertur, vnde quod hic appellatur tranſlatio, aliter dicitur mutatio, vt 7. q. 1. mutationes, vel ſic. Eſt ab vna eccleſia ad aliā regulariter trāſitio. Pōt. n. aliqs de minori eccleſia ad maiorē trāsferri, nā qui prouehitur de minore, ad maius prouehitur 93. di. legimus. in fi. & hoc maximè de trāslatione epiſcoporum. Vnde trāslationum duæ ſunt cauſæ. Prima vtilitas, cum in ſua eccleſia infructuoſus eſt. Secunda neceſſitas, vt cū perſecutionem patitur, & hoſti-

ſtilitatẽ. Et ſunt tres cauſæ tranſitus. Prima leuitas. Secũda cupiditas. Tertia humilitas, q̃ hoc Goſ. ĩ ſu.e.ti.

Translatiuè ſignificat ſegnitèr, & non accuratè. l.1.§. præuaricationem ad ſenatuſ. Turp. & l. f. de iti. pa.

Translatitium edictum, vide in ver. Edictum.

Tranſmigrare eſt de loco ad locum tranſire.

Tranſuectionem, vt inquit Bud. in l.2. de in ius voc. hodie licet barbarè monſtrã vocamus, cùm. ſ. equites ſolemniter recenſentur.

Tranſuerſales dñr qui ex trãuerſo ſiue à latere cõiuncti ſunt, vt fratres ſorores, & eorum earumque liberi.

Trapetum eſt mola olearia, l. ſed addes. §. illud. ff. locati.

Trapezita ideſt campſor, vel mercator. 13. diſt. in nomine Domini.

Trapezophorę erãt menſæ or natu maximo elaboratæ, q̃ effictis imaginib. ſubſtinebant. Trapezophorarũ mẽtio fit in l.3. de Supel. leg.

Tremis, ſpecies erat pecuniæ ſignatæ, ſic dictæ, à tertia parte aurei quàm pẽdebat, vt docet Bud. in l. qua vulgo. de ædi. edi.

Treuga eſt ſecuritas præſtita perſonis & reb. ad tempus, diſcordia nondũ finita, vt de treu. & pa. c. 1. ſed pax require ſupra in litera P.

Treuga ad tempus facta põt appellari pax. ca. nouit. ver. poſtremo, & ibi ad hoc no. Pa. in pe. no. de iud.

Tribunal, ſecundũ Goffre. eſt locus maiorũ iudicũ, q̃ habẽt merũ imperiũ, ſm Az. ĩ ſum. C. de iuriſd. om. iud. vel eſt locus vbi iudex ꝓ tribunali ſedet, q̃ aliàs forus vocat, extrà de ver. ſi. forus, & eſt gl. ĩ c. 1. de re iu. lib. 6.

Tribunus plebis eſt plebeius magiſtratus, ſic dictus quia po. Ro. olĩ erat diuiſ9 ĩ tres partes, & ex ſingulis ſinguli tribuni creabãt, vł q̃a tribunũ ſuffragio cõſtituebant.

Tribunus q̃ritũ. i. militũ erat Rege exacto añ dictatores, q̃ p̃fuit equitib. poſtq̃ partim ex plebe, & partim ex plebe, & p̃rib. militũ creati sũt tribuni cõſulari p̃tãte.

Tribuni. i. primicerij. l. 2. & ibi gl. C. de offi. primi. & q̃ dicantur tribuni. vide l. officium. ff. de re mili.

Tributũ eſt cẽſus, q̃ præſtatur rõne ſoli proprij à poſſidentib. Dr autẽ tributũ, iõ q̃a militibus tribuebãtur, qui expeditioni publicæ vaca-

bant, vnde & ſtipendium appellatur, vt ff. de ver. ſig. l. ager. & ff. de publ. & vecti. l. 1. §. hic titulus ſuper ver. pendant. in gl.

Tributarij dicũtur à tributo, quod à tributione deriuat.

Tributaria actio. Req. ſupra de actionibus.

Tricennium eſt tẽpus 30. an. inde tricẽnalis præſcriptio, vt in c. vigilanti. eo. tit.

Triclinium erat locus tribus conſtratus lectis, ad diſcũbendum.

Triclinaria veſtimenta ſunt illa quibus vtimur in cubiculo. l. apud Aufidium. ff. de opti. leg.

Triẽnium eſt tempus trium annorum, vt in c. 1. de præſ. Et inde dicitur triennalis præſcriptio, quæ communiter currit in vſucaptione.

Triẽs eſt tertia pars aſſis quatuor continens vncias.

Trierarchus interpretatur princeps nauis, trieris. n. nauis dicitur triplici remorũ ordine inſtructa. l. Seius. ad ſe natuſ. Treb.

Trietericum, quod tertio quoque anno contingit. l. ſeptitia. de pollici.

Triplicatio eſt, quæ duplicationẽ infirmat, & adiuuat actorẽ. Et ſic deinceps quadruplicatio. Req. ſup. duplicatio.

Tripondius eſt as triplicatus. ſ. 36. vnciæ.

Triumuiri capitales dñt qui carceris habebãt cuſtodiã, quorũ interuentu animaduertendum erat in quoſq; homines facinoroſos, quos etiam dicimus ſtratores à ſtringendo quia in carcere cuſtodiendos, & reos damnatos puniebant.

Triũuiri monetales dicũtur videlicet æris, & argenti, vel auri conflatores.

Trochleam, inſtrumẽtũ fuiſſe antiquitus, quo prelum releuaretur, oſtendit Iuriſ. in l. ſed addes. ff. loca.

Trophima merces nutricum.

Trulla inſtrumentũ eſt, quod vernaculæ linguæ alluſione ſatis intelligĩt. Eo enim liniendis muris, & arenato gypſatoq; inducendis vtũtur, & inde trullizatio ex gypſo inductio, & linitio. Sed apud iuriſ. ff. de aur. & ar. le. l. & ſi nõ ſint. §. argẽto facto accipitur, vel pro vaſe potorio, vel pro vaſe, in quo ventris onus excipitur, & aliter apud Pap. ff. de fun. inſtru. l. tibernæ, cum inquit. Trullæ quæ circa cœnam ſolent traijci.

T *ante* V.

TVbi per diminutionē tubuli ſūt canales fictiles p quos fumus vltra parietē conducitur, de quibus meminit Iuriſcō. in l.quidam hyberus.ff.de ſer.vrb. prædi.dum dicit non licere tubulos habere admotos ad parietem communem, & iiſdem dñr feneſtræ quibus calor balnei euaporat.

Tugurium dr̄ eſſe rectum.qđ rebus vrbanis, vel ruſticis cuſtodiendis eſt deputatū, vel dr̄ omne ædificium,qđ magis competit ruſticis, q̄ vrbanis ædib.& dicit̄ quaſi tegurium,eo,ꝙ tegat.ff.de uerbo.ſign.l tugurij.

Tunc ſignificat extremitatē, temporis.l.ſi is legatum.§. ſi ita ſcripſit. ff.de cond. & demon. hoc facit ad quæſtionē notabilē. Si quis ita teſtatur. Si Imper.non venerit in Italiam infra quinquennium,hęres meus tūc decē det Titio, Imperator morit̄ primo anno, an Titius poteſt petere decem. Solutio,certe nō, niſi poſt quinquennium ad hoc ſēper allegatur text. præal. & hoc qñ tempus apponitur in conditione poteſtatiua. Si verò in conditione caſuali apponitur ſi deficiat, non expectatur.l.hoc iure, ff.de ver.obli. Fallit niſi ad datur dictio tū, & hinc exceptum eſt. de elect. commiſſa.lib.6.vide de hoc.

Turba conſtat decem hominibus.l.prætor.2.ff. vi bon. rap. & ſic differt à rixa, q̄ etiam duo conſtituunt, vt ibi dicitur.

Turpia verba, ideſt diffamatoria.

Turpium perſonarum appellatione continentur meretrices.l.3. ff. ſi quis a par. fue. manum.

Tutella ſm̄ Azon.in ſum.eſt vis, & poteſtas in capite libero, ad tuendum eum, q̄ propter ætatem ſe tueri nequit, iure ciuili data ac pmiſſa, vt inſt. de tute.§.eſt autē. Vis aūt dico de facto & poteſtas de iure, vt talis ſit tutor, qui propria imbecillitate non impediat̄, nec à iuriſdictione repellatur, quales ſunt pupillus,furioſus,& qui perpetuo morbo laborat, illi.n.pp imbecillitatē corporis, vel animi tutores eſſe nō poſſūt. Sed fęminę quāuis ſciāt res adminiſtrare pupillare, & ad id expediendū vires habeant, tū à iure inſtitutionū non

admittuntur.

Tutela teſtãria eſt, qñ pater dat filio tutorem in teſtõ.

Tutela datiua eſt, qñ nullus datus eſt tutor filio in teſtõ & non extantib᷒.cõſanguineis idoneis ad tutelam iudex ex off. ſuo dat tutorẽ.

Tutela legitima eſt, q̃ deferẽ à lege,ſm quam,qñ nullus datus eſt tutor filio in teſtamento, qui primo loco deberet ei ſuccedere ab inteſtato tenetur ſuſcipere tutelam huius.

Tutelæ actio directa, & contraria.Reqre ſuprà, Actio.

Tutor eſt, qui pupillũ vel pupillã morte patris, vel emãcipatione ſui iuris factum, vel factã tueẽ. Differt autẽ a curatore, quia tutor datẽ impuberi,curator verò puberi vel adulto. ſ. furioſo, prodigo, ſurdo, muto, & ſimilib.q reb. ſuis pẽeſſe nõ poſſunt.Itẽ tutor qñq; à teſtatore.Datur. n. a teſtatore,& cõfirmatur ex decreto iudicis vel pſidis. Etiã datẽ inuito.Sed curator non niſi uolenti pterquã ad litẽ. Item tutor nõ datur certæ rei vel cauſæ,ſecus in curatore, imò tutor principaliter datur perſonæ ſecundario reb.Sed curator primo, & principaliter datũr reb. & ſecundario perſonæ. Et not.ꝙ quidam eſt tutor legitimus,qdã fiduciarius,q dã teſtãrius,quidã honorarius.Tutor fiduciarius eſt, qui pupilli emancipati,cuius pater,qui eum emancipauit,tutor erat legitimus, pro patre mortuo tutelam accipit,cum mortis tempore erat in patris poteſtate, v.g. Titius duos filios habuit,ſ. Seiũ & Meuium, Seius fuit maior annis, Meuius fuit pupillus.Seius habuit in ptãte, & Meuiũ emãcipauit,& ipſe tutor ei᷒ erat,& mortuus eſt, eo pr̃e mortuo,Seius frater Meuii pupilli fiduciarius tutor ẽ, emancipatione.n.perit ius agnationis, ne fratris ſui frater legitimus tutor eſſe poſſit, tanquã ꝓximus agnatus,ſed fiduciarius bñ, & ſic tutor fiduciarins eſt frater fratris ſui emancipati,vt paruit, ſed ſi pr̃ emancipet vnũ de filiis ſuis impuberẽ, eius eſt legimus tutor,& mortuo pr̃e filius alter maior fiduciarius tutor appellaẽ,& dñr tutores quaſi tuitores atq; defenſores, inſt.de tut.§.tutores, & iſte tutor nõ pt dari niſi libero

licet

licet ſit caſus ubi ſeruo dat tutor, vt ff.de tut.& cu. da. ab ijs.l.ſi impuberi. 1. reſp.
Tutores, à quib.iudicib.damtur.vide gl. inſti.de cur.in prin.in ver.magiſtratibus.
Tutor legitimus eſt q lege p̄cipiēte pupilli naciſcit tutelā, quales ſunt ꝓximi agnati, & cognati.Rr̄.n.traditū eſt, ſm leges ad quem ſpectat emolumentū hr̄ditatis alicuius pupilli, ad eū dē pertineat & onus tutelæ eius, niſi forte ſit mulier q̄ bñ vocat ad hr̄ditatē moriētis, nō tñ ad tutelā ſupſtitis, qa tutrix eſſe nō pōt.
Tutor honorarius eſt qui dat pupillo, vt ipſum defendat à vexationib: aliorum, vel datur notitiæ gr̄a, vt alios tutores inſtruat. c. venerabilē, de ele. in gl. ſuper uerbo aduocatus. Vel honorarius dr̄ datus cā honoris uō adminiſtrationis. Et tales nō hñt onus, vt Reges Principes, comites, barones, q b. cōmittuntur filii cā honoris, iō illorū tutela vacationem nō p̄ſtat, inſt.de excu. tut, vel cu.§. itē tria onera.
Tutor teſtārius dr̄, q ex teſtō tutor filio à patre pupilli datur, ſ.qui actu in teſtō nominatur, & aſſignatur.
Tutor ſuſpectus ſm Azo. in ſum. C.eo.tit.dicitur ille q moribus talis eſt, vt ſuſpectus ſit, non.n.facultas, & paupertas, ſed fraudulenta vel callida conuerſatio in reb. pupillarib. ſuſpectum tutorem commendat.

T *ante* Y.

TYmpanū eſt inſtr̄m ad faciendū oleum, l. ſed addes.§.illud nobis.ff.loca.
Tympanium (inquit Nebriſ. in Lexicō iuris) margaritę genus ex altera pte ſphæricū ex altera planū, l. pediculis.ad ſi.de au. & arg.leg.
Tyro eſt nouus miles, vt C.de tyro.lib.12.
Tyrociniū aī, in l.vlt.de ædil. edi.Venuleius elegāter pro ſimplicitate, & rudimento poſuit, vt ibi atteſtat. Bu.
Tyrus ē ſerpēs venenoſiſſim⁹, de quo fit tyriaca magna. Theriacam ſcribunt alii.
Tyrānica ptās eſt cū quoſdā fauoris gr̄a ſublimat quoſdā odio, vel inuidia humiliat, & leuis ſuſpicionibus aura cōdemnat, 15.q.7.c.1.

V *ante* A.

VAcans poſſeſſio, require ſuprà poſſeſſio.
Vacantia bona dñr, ea quæ do-

dominium non habẽt, vel quæ fiſco vel dominio alicuius applicantur. Quod contingit multis modis. Qñq; ſi quis inteſtatus decedit, vel qui teſtari nõ poteſt, vel faciat ꝑ quod hæres ſuus ſuccedere nõ põt, vel etiã vbi abbas de conſuetudine bona alicuius dñio applicantur, tũc dicuntur vacare bona.

Vacillare quid ſit, vide extra de procur. in noſtra, & de cau.ppſ.cum eccleſia, & de teſti.cap.præterea, per Inn. & alios.

Vacillare dr̃, qui dubitando, & tremẽdo loquitur, & qui variè loquitur. Cardinal Zabarel.in cap.præterea.circa fin.de teſt. cog.

Vacuam pecuniam dixit Iuriſcõ. in l.Quintus, depoſi. pro otioſa, & repoſita, & ex qua quis lucrum nõ facit.

Vagabundus eſt, qui non hẽt domicilium, ſed hodie hic eſt cras alibi. l.4. §.prætor, ff.de dam.infec. Sed quaſi vagabundus eſt, qui habet domicilium, ſed raro moriatur in eo, & vagat̃ hinc inde. Quomodo cõueniantur iſti habetur, in capitulo fin.de foro comp.in glo. 1. & ibi nota.

Valetudo dicit̃ infirmitas in vno ſignificatu, c.quoniam frequenter, vt lite non conteſta.per Inno.& Hoſt.in c. fi.de teſt.l.2. §.ſi quis in iudicio, ff. ſi quis cautio. lege, vnica, C. qui morbo. excuſat.

Valetudinarij dicuntur infirmi qui freqũter ægrotãt, vel qui laborãt per lucida interualla, vt qui modo ſani ſunt, poſt horã infirmi.

Valetudinarij qui dicantur vide Panor. in cap.quoniam frequenter, in 8.colum.verſic.4.quæro, vt lite non conteſtata.

Vari ſecundum Bud.in l.j. de ædil. edic. ſunt qui pedes incuruos, & in ſe contractos habent.

Variare dicitur, qui primo dr̃ cit vnum, deinde cõtrariũ nulla aſſignata cauſa variationis. Contradicens vero dicitur, qui ſimul duo incompaſſibilia, vt ſe interfuiſſe contractui, & ſe eadem die fuiſſe alibi in loco incompaſſibili. Card.Zabarel. in cap. præterea, circa finem, de teſti.

Varicoſus dr̃ curuus, a varice neruo contracto, quia neruus in ſenectute reddit hominẽ varicoſum, & curuũ,

vel

vel eſt qui modo huc, modo illuc vadit, vt ſtultus, l. varicoſus.ff. de ædil.edic.

Melius eſt interpretari varicoſos pro ijs, qui laborāt varicib. quæ ſunt noxiæ venulæ in cruribus, quę propter atram bilem turgeſcunt, & ferro aduſtioneq; curatur.

Variè aliquādo exponitur, i. varijs in locis, §. hæc conſiderantes. authē. vt omnes obe. iudicibus.

Vaſallagium ſecundum Spe. in tit. de feu. idem eſt quod homagium. Quod enim in Frācia dicitur homagium, in Italia dicit vaſſallagiū.

Vaſallus eſt feudatarius, & ſecūdum vulgare prouincialium nobiles feudatarij vaſalli dicuntur, plebeius verò homo medius nuncupatur ſecundum Spec.

Vaſa ſi cui legata ſint, quę vaſa veniant in legatum, diffusè tractat Iuriſconſul. in l. & ſi. §. ſed ſi cui, de aū. & argento legato, nam vaſorū appellatio generalis eſt, vt ibi dicitur.

Vaſa iræ ſunt omnes peccatores, vt 33. q. 4. Nabuchodonoſor, vbi dicitur, vaſis iræ nunquam Deus redderet interitum, ſi non ſpontaneū inueniretur homo habere peccatum.

Vaſa vinaria, require in ver. Vinaria.

Vaſcularius eſt, qui vaſa facit aurea, & argentea, Bud. in l. apud Labeonem, de præſcriptis verb.

Vates modo ſacerdotem, modo prophetam, modo poetam ſignificat. 21. di. cleros poſt colum.

V ante B.

VBaldini sūt homines certi, & ſignāter clerici, vel canonici terræ, vel eccleſię alterius, de quib. in leg. prima, C. de col. illicit. vbi dicitur, quod collegium Vbaldinorum non poteſt conſtituere ſyndicum.

V ante E.

VE, pro, & ponitur interdum, vt in leg. ſi fundū, ſub conditione, §. his verbis ff. de leg 1.

Ve in cōpoſitione ſignificat priuationem, vt vecors, & veſanus, qui ſine corde, aut ſine ſanitate eſt. l. malum, de verb. ſig.

Vectigal eſt tributū quod pręſtatur de reb. quæ veniunt ex omnibus negotijs ma-

nuum, à vehendis mercib. dictũ. Idẽ eſt quod naulũ, vt ff. de publ. & vectig. l. 1. §. hic titulus, & ſecundum Az. in ſumma, C. eo. titu. vide ſuprà.

Vectigales agri appellantur, quàm ciuitatũ ſunt. & mãcipibus ita locãtur, vt certũ vectigal. reipubl. pendant.

Vector eſt potior q̃ vehit. Et vectores ſunt non ſolũ qui vehunt, ſed ẽt q̃ vehũt in naui, ſcd̃m Azo. in sũ. C. eo. tit. & ff. ad l. Rhod. de iac.

Vectores poſſunt dici ſiue habeant merces, ſiue nõ, dum tñ operas ſuas magiſtró nauis exhibeant ad nanigandũ. Et ſunt quinque nomina quæ præſtant actum, & paſſionẽ, vt hoſpes, zelotypus. &c. Require ſupra A.

Vectura. i. vectigal ſiue naulũ.

Vegetari pro recreari. l. 1. C. de cuſto. reo.

Vehiculum ſecundum le. 12. tabul. eſt via in octo pedes in porrectũ, ex tranſuerſo in anfractu in decimoſexto, qđ nõ eſt neceſſariũ in actu. Ius trahẽdi lapideſve permittiẽ hñti actũ, ſed nõ habenti viã niſi ſpecialiter conueniſſet de hoc, ſuprà in actus, & infrà in ver. via.

Vel ẽt poniẽ pro, & interdũ, vt in l. ſæpè, ff. de verb. ſign. l. cùm quidam. C. de verborum ſig. etiam ponitur alternatiuè, vt in c. inter cæteras, de reſcri.

Velum eſt quadruplex, ſ. conſecrationis, ordinationis, prælationis, & profeſſionis. Profeſſionis ſuſcipiẽ à virgine, vel corrupta cùm profitetur de altari, vel de manu, in 20. anno ad minus. 20. quæſt. 1. ca. 1. & ea cau. quęſt. 2. puella. conſecrationis imponitur in 25. anno. vt ea cau. q. 1. placuit. & 77. diſt. placuit. Poteſt autem conſecratio virginum fieri in die Epiphaniarum, in albis paſcalib. ideſt tota ſeptimana paſchali, in Apoſtolorum natalibus, niſi ſint graui languore detentæ, tunc enim alijs tẽporibus, poſſunt, imò etiam alijs præcipuis feſtiuitatib. & diebus dominicis. vt in capit. 1. de tempo. & quad. ordi. Viduas autem nullus pontificium velare pręſumat. 20. q. 1. deuotis, in fi. ſed ipſęmet Velum ſuſcipiant de altari. 27. q. 1. viduas, quę capitib. ſuis imponãt. capit. pręlatum. de his quæ vi metusve cau. fin. Velum autẽ religionis, vel veſtem

religioſam de manu preſbyteri ſumere poſſunt, 20. q.j. Vidua. Secus de velo cõſecrationis, quod ſolenniter a ſolo epiſcopo ſoli virgini ſolennibus dieb. Tertium eſt velum ordinationis, quod olim dabatur diaconiſſis in 40. ann. 20.q.j. ſanctimoniales, 20.q.j. diaconiſſam. Quartũ eſt velum prælationis quod olim dabatur abbatiſſis in 40. anno. 10. q.j. iuuenculas.

Venalitiarij ſunt, qui quęſtus cauſa venalitiarũ rerũ negotiationẽ exercent, quos vulgo appellamus reuendi tores. In iure aũt venalitia rij intelligunt ferè ſemper mãgones, quia venalitia, l. ſeruos venales expoſitos ipſi emere pręoccupãt, vt charius vendant, l. mercis, de ver. ſig. vbi Alc.

Venalitiæ res ſunt quæ in vsũ indigentium venales proponuntur.

Venatio quid ſit, hẽs ẽm Goff. in ſum. titu. de cle. vena. Et eſt triplex, ſ. oppreſſiua, arenaria, & ſaltuoſa. Oppreſſiua eſt hominũ. de qua dr̃ Cępit Nembroth eſſe robuſtus venator coram Dño, i. extinctor, & oppreſſor. Et ſic venator eſt hominum exactor, & oppreſſor, qui aliquẽ venatu opprimit. Arenaria eſt quæ fit in arena, vt cum quis locat operas ſuas, vt pugnet in arena cũ aliqua beſtia dentata, hanc qui exercet peccat grauiter niſi exerceat gratia virium experiendarũ, vt ff. de poſt, l.j. §. item ſenatus, & 3.q.7. tria, ver. infames, circa princip. & de hac loquitur. 86. diſt. qui venatoribus, cum duob. c. ſequen. Saltuoſa eſt quæ fit in ſyluis, & ſaltibus ad capiendas feras, & hæc eſt licita, ſed illicita ex tempore, & perſona. Et tpe, vt in quadrageſima, & ſabbatinis noctib. 36. diſt. an putatis. Et perſona, vt in cler. in quo tamen diſtinguendum eſt, quoniam epiſcopo ſemper eſt illicita. 33. diſtin. quorundam. Alijs vero clericis licita eſt cauſa neceſſitatis, vtilitatis, & recreationis, cum retibus, laqueis, & canibus fit cum ſilentio, & modeſtia, nam etiam monacho licet texere ligna pro piſcib. capiendis, vt de conſecr. diſtin. 5. nunquam. vide Goffred. in ſum. de cle. vena.

Vendere eſt rem pro certo pretio dare.

Ven-

Venditionis verbũ, ſæpè inue nire eſt poſitũ pro emptione, ſicut & ex cõtrario emptio pro venditione.l.veteres, de cõtra. empt. Imo in .12.tabu.appellatione emptionis,& venditionis continebatur omnis alienatio. l.ſtatuliberi.de ſtatulibe.

Vẽditio in aſſẽ apud Modeſt. in l.filius,quib. mod. pign. vel hyp. ſolui. accipitur ꝓ inſolutũ datione, cũ quis tanti rẽ pignorauerit quanti vendi poterat, & ideò eã dat creditori inſolutũ imaginaria vẽditione, quæ per æs ſeu aſſem,& libram fiebat author Alcia.in Parer. lib.2. c.33.

Venditi actio, require ſupra actio venditi.

Vendicare eſt corã iudice dicere,vel intendere rem eſſe ſuam,vel allegare, vt quando qs dicit,hæc res eſt mea & eſt idẽ quod intentare. ſ. ad hoc ſolùm intendere,vt res ſua declaretur,& ſibi dominium applicetur.

Venenarij ſecundum Alci. li. 4.de verb. ſign.ſunt qui aliquẽ veneno neci dederũt, eiuſque criminis ſunt rei.

Veneni appellatione continẽtur quæ nõ ſolum nocent, ſed etiam medicamenta ſalubria, & ideò mentionem faciens veneni,adijcere debet vtrum bonũ ſit,an malum leg. qui venenum, de verb.ſign.

Venia ætatis dicitur bñficiũ, ſeu permiſſio,vt qui minor eſt habeatur pro maiore,& talis indulgẽtia datur mulieri in 18.anno, viro autẽ in 20.l.omnes,C.de ijs,qui ve.æta.impe.

Venire, ideſt vendi, vt in l. Fulcinius. §. ſi in diem, ff. quib. ex cau. in poſſeſſio. ea.cum ſimilibus.Eſt enim verbum neutro paſſiuum, ſub voce neutrali ſignificans paſſionem, vnde Exulo, &c. Et differt venire à venio, & venire à veneo, vnde.

Si vis venire,debes cras mane venire.

Venire diem debiti, eſt poſſe pecuniam petere.

Veniſſe ad aliquem id ſolum intelligitur,quod remanet deductis onerib. l. veniſſe, de verb.ſig.

Venter,require ſuprà, Mittere in poſſeſſionem nomine ventris.

Vepres dicuntur ſpinæ, quæ vi præhendunt, & lacerant carnes,& veſtes,ſecũdũ Io. An.in cle.dudum. de ſepu.

Ver-

Verbum, in larga ſignificatione ponitur in iure pro qualibet parte orationis à uerberando dictũ eo, quod aerem verberat, vt dicendo in gl. ſuper ver. inſt. ſuper uer. velociter, & ſuper verſi. infra, & cætera. Nõ ergo capitur hic uerbum, ſicut in lo. c. j. In principio erat verbum, & ſicut in Donato. Verbũ eſt pars orationis prout eſt diſtincta ab aliis partibus orationis, ſed ſignificat dictione cuiuſcubque parti, orationis.

Verbis dr̃, obligatio contrahi per ſtipulationem, vt inſti tut. de uerborum oblig. in princ.

Verbis coniuncta quæ dicantur, req. ſupra in uer. complexus.

Verna eſt ſeruus ex ancilla in domo natus, inde dr̃ uernaculus, & eſt paruus ſeruus, diminutiuum. ff. de lega. 3. l. ſeruis. §. fi. C. de rei vendi. l. cum ſuper.

Vero quandoque ſtat incœptiue, quãdo non precedit materia cui iungatur ſequẽs, ut de electio. ſuper eo uerbo. Quandoque aduerſatiue, de hoc in authentica de hæred. & fal. in prin. coll. 1.

Verſicolores appellat Vlp. in l. ſi cui. §. 1. de leg. 3. lanas, quæ natiuum colorem mutarunt, ſiue cocco, ſiue purpura, ſiue quo alio colore infectæ ſint.

Verſum in rẽ alicuius quid dicatur, perſpicue apparet ex l. 3. ff. de in rem verſo. & ex § præterea. Inſtitutione, quod cum eo.

Veruex dicitur ab inuerſis teſticulis, eſt enim mas inter oues cui inuerſi ſeu ademptiſunt teſticuli. Iu. Sat. 3. Sutor, & elixi ueruecis labra comedit. de quo meminit Vlp. in l. 1. §. 1. ff. de abige. licet quidam verbicem legant, & male.

Verũ uſurpari pro iuſto, not. glo. in §. ſemel, inſt. quib. ex cau. man. non lic.

Veſanus dr̃, qui ſine ſanitate eſt, ſicut vecors ſine corde, vt ff. de uerb. ſig. l. malum.

Veſpertiliones appellari in iure Alcia. ait, qui ne creditoribus ſatisfaciant, latitant, & ueſpera tantum exeunt, vel quia rationes conturbauerunt.

Veſpillo, ut interpretatur Nebriſſen. dicetur quàm veſpertino tempore effert defunctos pauperes ſine põpa funerali.

Ve-

Veſtiarij ſunt, qui veſtiũ exercent negociationem.

Veſtiarium, quod pro veſtitu impenditur vel datur.

Veſtibulum ſm Azonem, eſt locus ante oſtium vtriuſq; domus, vel primus aditus ſeu introitus, vel porticus, &c. & tectum erat, quod vt veſtimento tegitur homo, vel dr̃ ab aue, i. ſalutatione quę fiebat ibidẽ ſtantibus.

Veſtigatores venatores ſic dicti a veſtigijs ferarũ ſequẽdis, l. quęſitum, de fun. inſt.

Veſtimentum dicitur omne illud quod induimus.

Veſtimenta interpolata, dicuntur veteres veſtes iterum politæ.

Veſtis, idem quod veſtimentum, l. veſtis, de auro, & ar. lega.

Veſtis virgata vel partita, & de caligis ſchalatis habetur in clem. 2. de vita, & hon. clericorum.

Veterana mancipia ſunt quę anno deſeruiunt, l. vlt. de public.

Veterani ſunt milites emeriti, i. extra militiam propter ſua merita poſiti. C. de vet. in rub. Et in legenda S. Martini vbi dicitur, quod imperator præcepti, quod veteranorum filij ſciẽtijs militaribus implicarentur.

Vetus, & veteranum quid intelligantur, uide ext. de ele. c. generali, li. 6. & Albe. ſuper uerb. nunc uideamus quanto, C. quæ ſit longa conſuetudo.

Veteratores ſerui, qui diu ſerui erunt, & iam in ea conditione quaſi callũ fecerunt & ita crebrius ſumitur in iure. nonnunquam tamẽ, & aliter accipiuntur, ut annotauit doctiſſimus Alci. lib. 4. de uerb. ſig.

Vetus ius, req. ſupra ius.

Vetus vinũ dicitur, quod non eſt nouum, & anni prioris vinum appellatione vini veteris continetur, l. vetus, de tri. vino, & ole. leg.

V *ante* I.

Via eſt ius eundi, ambulandi, vehendi vehiculũ, & iumentum ducendi, ita ille cui cõpetit ius viæ, poteſt illa facere, differt ab actu, quia plus cõtinet via quàm actus. Nam via iter & actum in ſe continet. Itẽ eo contentus eſt actus, vt iumentum agat quis, & ſi non vehiculum, plus enim vehiculum occupat quàm iumentum. In via neceſ-

ſarium

ſariũ eſt vtrumq; poſſe agere. Item uia hẽt ius trahendi lapides, ligna uel trabes, & ferendi erectã haſta, qđ non hẽt actus niſi de hoc ſpecialiter conueniſſent, licent a tergo ducere uellet, non in collo, qđ potius vr̃ rigoroſum, quàm æquum. Itẽ uiæ latitudo ad uehendum uehiculũ, ſi latior uel anguſtior nõ deſignetur ꝑ contrahentes. l. 12. tab. diffinitur, ſ. octo pedum per rectum ubi via eſt recta, non tortuoſa, ſed ĩ anfractu 16. pedum, i. vbi reflexa eſt, quod in actu non oportet. vide ſupra vehiculũ. Viarũ autem quædam ſunt publicæ, quædam priuatæ, quædam uicinales, ut elegãter ꝓſequitur Iuriſconſultus, ĩ l. 2. ne q d in loc. pub. & in l. vlt. de lo. & itine. pub.

Viam aperire, eſt ad ueterem altitudinẽ, latitudinẽq; reſtituere, l. 1. de uia pub.

Viaticũ eſt merces itineris, ſle ge. Titio. ff. ad muni. Item expenſæ ſtudiorũ, l. ſi longius. §. ſi filius, ff. de iu. Aliqñ ſumitur ꝓ corpore Chriſti, cap. quod in te. extra, de pœn. & remiſ. & ca. qui recedunt. 26. q. 6.

Viatores erant, qui magiſtratibus præſto erant. §. tripli. inſt. de act. & l. magis, §. ne tamen, de rebus eor. qui ſub tut.

Vi bonorum raptorum, uide ſupra actio vi bonorum raptorum.

Vicarius ſ̃m Goff. eſt, qui uices alicuius gerit, ſiue ĩ officio cõtentioſo, ſiue in nõ cõtentioſo, vt C. de off. eius qui ui. alle, gerit, per to. & de offi. Arch. cap. 1. & de of. Arch. c. 1. in fi. Et ſciendũ, quod illi vicarii, de quibus in legibus ſub illa ru. poſitis tractatur, ſunt non delegati, ſed ſub delegati, vel ordinarii iudices, Nam eligebantur in certum tempus, quod ordinariis erat præfixum; ut ipſi uices ordinariorum pręſentium, & uiuentium ſupplerent. Erant alii, q gerebant uices mortuorum, & abſentium, qui & ſuffraganei appellabantur, hi omnia poterant agere, quæ pertinebãt ad iuriſditionem præter ultimum ſupplicium, & membri abſciſſionem, ut C. de off. ui. l. 2. & vicarius eccleſiæ eſt ꝑſbyter, qui uice principalis rectoris deſeruit eccleſiæ. Et ſunt quatuor ſpecies uicariorum. Quidam ſunt

perpetui ad parrochiales ecclesias constituti, vt in c.G. perpetuus, de fid.instr. & c. extirpandę, de pb. Quidam nō ppetui, ſed aliquos act⁹ cōſtituti: vt tpales, de quib. in c.peruenit, de app. & iſti dr̄ mercenarii. 7. q.1. nihil. Quidā sūt ſpeciales, nō ad curā, ſed ad certū locū articulū vel actum cōſtituti. de quib. c.tua, de off. uic. Quidā nec ppetui, nec ad curam, nec ad certum actū ſed gn̄aliter danť ad oīa, vt vicarius in curiis epōrū, de hoc gl. optima in clem. quæ de eccleſiis, de off. vic. Et vide in lect. Inn. Item vicarii dr̄ illi qui, vt cuiuſcū que vicem cōpleant uel gerant, ſunt cōſtituti, vn̄ vicarius dr̄ quaſi vicem gerens.

Vicarius ſeruus, vide Seruus vicarius.

Vicecomes, ſm Spec.eo.tit. dr̄ ille, cui dn̄s tpalis cōmittit executionē iuriſdictionis ſuæ in aliquibus caſtris, & ſic talem uocant uulgariter Lombardi, & aliqui in patrimonio Beati Petri.

Vicedominus ſecun. Spec.eo. tit. proprie ſecundum iura eſt, qui præeſt reb. epiſcopa. lib.70.diſt.colonus.

Vicini ſm Bart. in l.ſi tertius, ff.de aq.plu.ar.dn̄r. quouſque uox hominis exclamātis audiri pōt.l.1.§.eodem. autem tecto. ff.ad Silla. Et intelligitur de voce cōi, nō nimis gracili, nec nimis ta buli ſicut vox tauri. Etiā dū clamās medio mō ſit, nec in tecto, nec in apice turris, nec in cellario.

Victimarii (inquit Bud. in l. vlt.de iu.immu.) in comitatu caſtrenſi erāt ob hoſtias. q̄ in ſacrificiis cædebantur.

Victores ſerui ſunt, quos qs habet victus parādi gratia.

Victus nomine intelligitur omne illud, qđ neceſſe eſt homini ad viuendum.

Veſtis vicem habet victus, ff. de uer.l. ſi victus, & l.quos

Videtur, eſt uerbum fictionis. vt ff.de ui & ui ar.l.1.§. deieciſſe, & per Bart. in l.ſi is qui, ff.de vſu. & glo.in ver. habere uidentur. c.non minus, de immu.eccle.

Videtur interdum eſt ſignū veritatis, nō fictionis. l. ſeruum filii, §. ſi quis rem. ff. de leg.1. Et quandoque videtur ſignificare ſententiā diffinitiuam, ut c.præterea requiſiti, de app. & reſpondetur de iure per ipſum, vt c.1.de iud.li.6.

Vidua eſt nō ſolum illa, quæ

deſijt eſſe nupta, vt in c. vidua. 34. diſtinctione. verũ & propriè eſt illa, quæ nunquã fuit nupta, vel quæ nõ habuit virũ. l. malũ, de ver. ſign. Et dr̃ vidua quaſi viro priuata, vel ſine dualitate. Dr̃ ẽt vidua. quæ maritum hẽt inutilẽ, i. damnatũ ad perpetuos carceres, gl. ſolẽnis, & ſing. in l. ti. in verbo orbitates. C. ad leg. Fla. de Pla. per quã not. ibi Bald. quod priuilegia data viduis, danẽ inutiliter nuptis quod verbũ dicit do. Iaſ. in leg. ſi qui pro emptore, in 3. colum. ver. adde Ioan. de Lig. ff. de vſucap. & confirmari poteſt ex text. in ca. 2. §. ſed neque. illud extra de translat. epiſcop. vbi Pontifex dicit, quòd ſecundum communem vſum loquendi eccleſia dicitur eſſe viduata ſponſo, quæ habet epiſcopum inutilem, & gl. in capitu. admonere, in 1. gloſſ. vbi dicitur. Si re priueris, nec nomen habere mereris, 33. q. 2.

Villa eſt locus ruralis, inde in villa natus dicĩt villanus. l. is qui. ff. de verb. ſig. & differt villa à vico. l. vrbana prædia, ff. eo. tit.

Villæ dicuntur ædificia ruſtica: & villa ponitur pro ciuitate, de cenſib. venerabili.

Villici dicuntur vel ſunt, qui ad villam mittuntur: vel ſunt, qui in villis morantur. Item villicus eſt gubernator villæ: vel qui præeſt toti rei ruſticæ; vt inquit Paul. in l. ſi cum villico. ff. de inſtitu. actio.

Vinacea in l. ſi quis vxori. de furt. pro granis vuarum, cum ex eis vinum expreſſum eſt.

Vinaria propriè ſunt torcularia, ſeu dolia, vel certa vaſa vini, quæ etiam ad aliũ vſum transferri poſſunt, & tandiu vinaria dñr quãdiu vinum habẽt: vt ff. de ver. ſign. l. vinaria.

Vinarij dicuntur ebrioſi. Etiã vinarius eſt ortus, vbi creſcit vinum, l. ædiles. §. prædius. ff. de ædil. edi.

Vinea, locus viribus conſitus. leg. certo vbi glo. de ſer. ruſti. præd.

Vinearij orti, qui vineas habent. l. vrbana prædia, de verb. ſignifi.

Vinctus propriè non dicitur qui detinetur in carcere, niſi & vincula eius corpore adhibita ſint. l. verum, de verb. ſig.

Vinculorum appellatione tã

publica, quàm priuata vincula ſignañt. l: vinculorũ, de ver. ſig. & propriè loquẽdo nemo in vinculis eſſe dicitur, niſi cuius corpori vincula ſunt adhibita, d. l. verum de verb. ſig. licet latè, & per interpretationẽ etiã ſimpliciter incluſi ĩ aliquo loco pro eo habeãtur, acſi in vinculis coercentur, le. ſuccurritur. ff. ex quibus cauſ. maior.

Vindiciæ dicebantur ius poſſeſſionis, quæ diſceptabatur, pendere iudicio, penes quem ex litigantib. res, quę vẽdicabatur deberet remanere, interprete Alc.

Vindicta dicitur modus manumittẽdi, & dicitur à vindicta pręroris virga, qua ipſe caput ſerui tãgebat hæc verba ſolemnia dicens, Aio te liberum more quiritum. Vnde Perſius.

Vindicta poſtquã meus à prætore receſſi.

Vindicta ſecundũ alios eſt ipſa libertas, quæ apud iudicẽ dat ſeruis à vindicto ſeruo vitelliorũ, qui vindicauit ciuitatẽ R. a cõiuratiõe dominorum ſuorũ contra temp. factam detegẽdo, pp quod apud conſiliũ liberta tem conſecutus eſt, fine libertate à populo donatus, & in poſtmodum obtentũ eſt, vt omnis illa libertas quæ à populo datur, vel à magiſtratu qui vicem populi gerit dicat vindicta. Hæc Azo. in ſumma. C. de vin. li. & apud conſi. manu miſſione.

Vini appellatione quid contineatur, ſatis ſuperque liquet ex titulo, de tri. vi. & oleo legat.

Vinitor ruſticus vinearũ cultor appellatur, & de eo loquitur Vlpian. in l. inſtrumenta fundi, ff. de fundo inſtr. licet aliqui mendosè legant monitor.

Vinũ abſynthiacũ eſt cũ melle, & abſynthio cõfectum.

Vinum picenum, & tyriacũ dicitur à locis. 14. quæſt. 3. pleriq; ue.

Violator eccleſiæ dicitur quicunque ipſam eccleſiã frangendo oſtia. capiendo res ſuas, & inuadendo, priuilegia ſua non cuſtodiendo, vel corrumpendo, offendit.

Vir, & vxor illi dicuntur, qui matrimoniũ contraxerunt per verba de præſenti, de futuro ſponſalia. Require ſuprà, ſponſalia, quandoq; tamen dictio vir, refertur ad om-

omnes maſculos licet non duxerint vxorem cuiuſcun que ætatis ſint, vt not. Bar to. in l. ſeruus, de lega. tertio. vbi vide.

Vir bonus dicitur iudex, gloſ. not. in capitulo, potuit, in ver. ſceleri. ad fin. de loca. l. continuus, §, cùm ita. ff. de verb. oblig.

Virginitas eſt in carne corruptibili perpetua corruptionis euitatio.

Virilis portio intelligitur æqualis, quãque tñ complectitur totam, & ideo ſi Titium, & Seium hæredes inſtituam in viriles patres, alter autẽ eorum non poſſit ſuccedere alter capax habebit totum, l. viris, de verb. ſig.

Viriolæ inter mulierum ornamenta enumerãtur in l. argu. §. mulieri. ff. de auro, & vrg. leg. iuncta. l. fina. §. fin. eo. tit. & eſt diminutiuum à viris, quæ minores annulos, quos vulgus corrupto vocabulo vergelas nuncupant, ſignificant.

Virtus ſecundũ Philoſophũ 2. Eth. eſt, quæ hñtem perficit, & opus eius bonũ reddit, & dr̃ quaſi virum tuẽs, à vitijs præſeruãs, de pœn. diſt. 2. illa anima, & ca. ſeq. & not. Io. Andr. in cle. 1. de ſum. Trin. & fid. catho.

Virtutes theologicæ sũt tres, Fides, Spes, & Charitas, capitulo, quia paſſus, de conſec. diſt. 2.

Viſitatio quõ, & qñ fiat per Archiepiſcopũ, & quæ crimina punienda ſint, & in quibus procuratio fiat, vide c. 1. de cenſ. lib. 6.

Vis eſt rei maioris impetus, q̃ repelli nõ poteſt, vel cui reſiſti nõ poteſt, ſupple commode, ff. quod vi metusve cau. ſin. l. 1. & 2. & quot modis ſumatur, & quot actiones, vel interdicta introducat, not. in cap. ad audientiã. eo. ti. in glo. 2. glo. cuius glo. effectus intra patebit. Eſt generalis quandoque, vnde ſecundum Goffre. & Azon. eodem titul. Vis eſt quintuplex, ſcilicet impulſiua, ablatiua, expulſiua, & turbatiua, & inquietatiua, vide infrà.

Vis ablatiua eſt rerum mobilium, & hæc inducit actionem vi. bon. rap. in reb. mobilibus, eſt enim circa mobilia tantum, vt ff. de vi, & vi arma. l. 1. §. ſi fundus, §. 2. & inſt. vi. bon. rap. §. ſed nedum talia, per illã enim alicui bona ſua, vel res ſuæ violenter rapiuntur.

Vis copulſiua eſt, per quã cõpellitur quis ad faciẽdũ illud, quod nõ faceret, ſi eſſet liberi arbitrij, nec compelletur, quæ imponit neceſſitatem contrariam voluntati ſpontaneæ, & ex hac vi oritur actio, quod met. cau. ff. eo. ti. l. 1. in fi.

Vis expulſiua eſt, quãdo quis eijcitur de poſſeſſione ſua, & ſm iſtã inducitur interdictũ, vnde vi, & eſt tantũ rerũ immobiliũ, vel de his, quę immobilibus cohęrẽt.

Vis turbatiua eſt, qñ quis turbatur in poſſeſſione ſua, q̃ inducit interdictũ vti poſſidetis in reb. ſoli, ſed in reb. immobilib. inducit interdictũ vtrobi, cũ duo ſe poſſidere contendunt eandẽ rẽ.

Vis inquietatiua eſt, q̃ introducit interdictum quod vi aut clam. Et dicit̃ inquietatiua, quia non ſinit vti aliũ re ſua quiete, vt arare, vel aliquid facere, vel qñ alter vult alio inuito aliq̃d ædificare in ſuo ſolo, vel forte iam ædificauit. Nam diſtinguitur in hoc interdicto, an iuſtè, vel iniuſtè fecerit, vt ſi quis à me prohibitus, vel putans ſe prohibendũ quid in meo faciat ſiue ius faciendi habuerit, ſiue nõ, vt ff. quod vi aut clam. l. 1. Et dico ſecundum Azo. in rubr. quod metus cauſa ꝙ accipitur hic vis prout nullo modo poteſt ei reſiſti, ſed in rubrica, de his, quæ vi metus ve cau. fin. accipitur prout poteſt, reſiſtit, licet cum periculo, & eſt cõpulſiua, hæc ibi. Itẽ eſt quędam vis publica, quæ fit cũ armis, quædam priuata, ſine armis. de ordine cognitionũ, cũ dilectus, in gl. 7. Item vis maior dicitur impetus rei cui reſiſti non poteſt, vt ſupra dictum eſt de his, quæ vi metus ve cauſa fiũt, ad audientiã, in glo. 2.

Vis maior quæ dicenda ſit cuius meminit Caius in l. ſi merces. §. vis maior pulchrè Bud. in l. ex cõducto. §. ſed & ſi labes. ff. locati. & cond.

Vis negatiua eſt quãdo res alicuius inquietatur.

Vis publica eſt, quæ fit cũ armis, ſed priuata, quæ fit ſine armis, inſt. de publ. iud. circa fin. in §. item lex Iul. de vi priua. Vnde

Vis priuata reũ deponit ordine rerũ. i. mulctabit ĩ tertia parte bonorũ. Sed deportatur cum vis armata probat̃ vt in glo. 1. c. 2. de ord. cog.

Vis, ſiue metus cadens in conſtantẽ virũ eſt metus pęnę, vel cruciatus, ſiue amiſſionis omnium honorum, & iſta excuſat, niſi poſtea conſenſerit, ut in cap. de illis, 2. de ſpõ. Alia eſt vis uel metus non excuſans, quæ non cadit in conſtantem virum vt in c. veniens, & c. conſultationes, eod. tit. Et not. ꝙ poteſt quis vim ui repellere, ut c. ſignificaſti. 2. de ho. & c. ſi uerò, de ſent. excõ. & di. 1. ius naturale, l. 1. §. vim vi. ff. de ui. & ui arg. l. ſcientiã, §. qui cũ aliter. ff. ad l. Aq. Et hoc uerum, ſi repulſio fiat incontinenti non ex interuallo, ut l. idẽ eſt. §. cum igit. ff. de ui & ui arg. Dicit autem ſic fieri incontinenti, qñ fit in flagranti crimine, hoc eſt donec animus continuus durat, & nõ diuertit ad alios actus, vt §. vim ui. præal. Secundò dẽt fieri cauſa defenſionis, non offenſionis uel ulciſcẽdi, vt §. pen. in l. ſcientiam, prælle. Tertiò debet fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ. C. vnde vi. l. 1. & c. ut famæ, §. ult. de ſen. excom. Et datur ibi talis concluſio, ꝙ iſta defenſio eſt vera, & iuſta quæ fit tũ, & tunc quantũ, & qñ eſt opportunũ, ut in gl. l. 1. C. vñ vi. prælleg. tñ ſi defendens modum excedat non ex ꝓpoſitio, non tenetur, 23. q. 3. non inferenda. Alan. & Io. diſtinguunt, aut uis fit pſonæ, aut rebus, de hoc ui de gl. in c. ſignificaſti, pręal. & c. dilecto filio. de ſenten. exc. li. 6. & in c. ſignificauit, de pœ. & re. vbi conſideratis circunſtantiis imponit̃ pœnitentia arbitraria illi qui, defendendo modũ exceſſit. Quartò põt fieri qñ habet iuſtum timorem offenſæ, puta per minas alicuius, qui minas exequi ſolebat, aut per ocurſum, nõ. n. oportet expectare quouſque detur primus ictus q̃ talis poſſet eſſe lætalis.

Vitæ hominis tẽpus longiſſimum eſt ſpatium ce. anno. l. fin. & ibi do: Iaſ. in 7. not. C. de ſacroſan. eccle. Adde quod homo poteſt uiuere centum, & 20. annis, vt eſt tex. in §. 1. & ibi not. Ang. in aut. de mo. ponit. d. Iaſon. in d. l. fi. in fine.

Vitium eſt perpetuum corporis impedimentũ. l. inter, ſtuprũ, de ver. ſig. ubi ponitur differentia inter morbum, & vitiũ; ſed Sabinus

in l.j.de ædi. edi. uitium ẽt ad animum referri ait.

Viuarium dr̃ indago, vbi feræ ſunt incluſæ, vel dr̃ locus, in quo piſces ſeruantur, ut ibi viuant ſm Io. Andr. in cle. ne in agro, de ſta. mon. Et differunt viuarium, ſaltus, foreſta garena, inſula, &c.

Vix qñq; denotat affirmationẽ, nã qđ vix fit, fieri tñ dubiũ nõ exiſtit, ut c.2. de cognat. ſpir. li. 6. ff. de iu. l. vix certis ex cauſis, & 15. q. 1. merito q̃ritur. Qñq; ẽt generat negationem, i. nullo mõ, vt ff. de leg. 1. ſi ſeruus legatus. §. q quinq;. Sic etiã dr̃. Vix bono peragunt̃ exitũ, quæ malo ſunt inchoato prin. 61. diſt. miramur.

V ante L.

VLtra aliqñ ponitur tẽporaliter, 32. q. 5. ſi Paulus. ff. pro ſocio l. cum duob. §. idẽ rñdit. Aliqñ notat modicũ tp̃s, extrà, de dila. c. literæ. Aliqñ includit. C. de non nu. pec. l. cũ ultra, de vſur. l. eos, & l. cũ allegas, de col. filiã, & de in of. teſt. l. 2. Aliqñ taxat. C de iu. l. ꝓperandũ circa prin. Itẽ adde qđ ultra importe: in teſtamento Barto. in l. Celius, ff. de uſur.

Vltro citroque perinde valet quaſi dicas, vtrinque ſiue hinc atque illinc. l. Labeo, de verb. ſig.

V ante N.

VNanimiter, vide extra, de cã poſ. cum eccleſia, de elec. cũ dilectus, & ca. in cauſis, & de cõceſ. p̃b. poſt electionẽ, & de poſtu. p̃la. c. ult. Itẽ adde, ꝙ vnanimiter factũ dici põt qđ factũ eſt à maiori parte capituli ſeu collegii aliquib. contra dicẽtibus, ita colligit d. An. in c. ad aures, ext. quod metus cau. adde ẽt Barb. poſt alios in c. cũ eccleſia Sutr. de cau. poſ. & propri.

Vncia eſt duodecima pars aſſis, vt nati ex cõcubinis in domo, ſuccedũt ĩ duab. vnciis. i. in duab. partib. duodecim partiũ aſſis, ſi alii legitimi nõ ſuperſunt̃. Cætera noĩa aſſis, reqre ſup. As.

Vncia ex octo. drachmis conſtituit̃, vt not. p gl. in l. 1. C. de metallis, & metal. li. 11.

Vnde agnati, & vnde vir, & vxor require ſuprà, bonorum poſſeſſio.

Vnguenta appellant̃ nõ ſolũ qui-

quibus ungimur tã voluptatis, ſed ẽt valetudinis.l. in argento.de au.& ar.leg.

Vniones, i. margaritæ.l.ſi q.d. §.1.ff.de fur. & ibi not. & l. apud Celſum, §. itẽ quæritur.ff.de do.excep.

Vniuerſitas, ſm Azo. in ſum. quod cuiuſq; vniuer.nom. eſt plurium corporum inter ſe diſtantium, uno nomine ſpecialiter eis deputato,collectio.

Adde, ꝙ triplex eſt vniuerſitas,quædam eſt vniuerſitas ſolius facti ſeu corporum; vt grex,chorus, familia, q̃dam iuris,& facti ſimul, vt peculium,dos patrimoniũ, quædam ſolius iuris, vt hæreditas,ea.n.ſeruat nomen ẽt ſi nulla adſint corpora hæreditaria.l.hæreditas,de pet.hær. & de nomine vniuerſitatis, vide Bar.in l.aut facta.§.vlt.de pœn.

Vno cõtextu fieri aliquid, eſt fieri nullo alieno actu interpoſito niſi fiat ex neceſſitate,& actu naturæ, vt ſuperflui ponderis depoſitio, vel medicinæ acceptio, vel breuis lãguor, vt C.de teſt. l.cum antiquitas. Hæc Az. & Gof.eo.tit.

Vnuſquiſq; eſt verbũ vniuerſale.ff.de hęr.inſt,l, hoc articulo, & hr̃ hæc dict o.C. de ſacroſ. ecc.l.1. Aliqñ in diſtinctè ſumitur.C.de pa. pot.l.vnuſquiſque.

V *ante* O.

VOcare in ius, eſt vocare ad eum,qui ius dicturus eſt.§.vl.inſt.de pę. te. litig.

Volo,hoc verbum ſignificat, ꝑut eius ſignificatum, uel quodlibet adiunctũ vel qđ libet circunſtantia ſignificare dictat.Nã qñ ſimpliciter profertur ſignificat motum animi ad aliquid proſequendũ. Et cũ nihil adiungit̃,ſeu nõ apparet id, ad qđ refertur in iure nullius eſt effectus,Etiã non diſponit,per Bar. in l.ſi qs in prin.de leg.3.& ẽt C.de sũ. Tri.& fi.cat.l.1. Et not.in l. qui ſe pr̃is. C. vñ liberi, ꝙ volo & nolle non ſunt oppoſita,quia uolo ad oẽ tp̃s referẽ,vt dicẽdo, uolo adire hr̃ditatẽ, ſed uolo ad p̃ſens tp̃s tm̃ refertur dicendo, nolo adire intelligitur nunc,licet poſtea uelim.Et ideo facit orationem ambiguã,de qua ambiguitate de uerbo nolo, not.d.Ant. de Bu.in ca. ex literis. 1.de ſponſa. Sed ibi, ſi ille, cui

reli-

relicta eſt electio, dicit, vo-
lo eligere hāc rē ſignatū il-
lorū uerborū eſt ambiguū
q̃a pōt intelligi dupliciter.
Vno mō. i. primus motus
meus fertur in hanc rē, nō
tñ deliberatè. Secundò mō
pro ipſo actu acceptionis.i.
accepto hāc rē. Si ergo quę
ris in quo iſtorū ſit retinē
dū,rñdeē ſi eſt traditus ter-
minus ad eligendū ſeu de-
liberandū,& in fine termi-
ni rñdes,uolo eligere hanc
rē,tūc ſignatur electio, fa-
cit.l.ſed alio.j.rñ.ff.ad Tre.
cum dicit,poſt deliberatio-
nis tempus, & ſic delibera-
tionis dat ſignatū. facit, l.
omnis,qui.ff.eo.tit.Item ſi
ad interrogationē eius,cu-
ius intereſt, eodē modo re-
ſpondēs,ſ.volo eligere hāc
rē, ſignificato ſumpto ex
verbis ꝓ certo, maximè cū
dicis pro certo uolo eligere
hanc rem. Si aūt non eſt a-
liud,vnde recipiatur ſigni-
ficatum niſi ex ipſis uerbis.
tunc non ſignificatur elec-
tio, imò recipit̄ primò, i.
primus motus finitur in
hāc rē.Itē ibi, legatari⁹ cui
relicta eſt electio, dicit uo-
lo hanc rē,ſignificatur elec-
tio, vt l.2.ff.de opt. lega.
quia motus cum ſignifica-
tur per verbum uolo, refer
tur immediatè ad rem, per
quod ſignificatur accepta-
tio rei .Et idem ſi hæres in-
ſtitutus diceret, volo hanc
hæreditatem, q̃a per hoc ſi-
gnificat̄ aditio, ſecus ſi di-
ceret,uolo eligere , volo a-
dire,q̃a tūc nō ſignificaret̄.
acceptatio,& aditio , quia
motus aī non fit immedia-
tè ad rē, ſed ad actum eli-
gendi,vel adeundi.Item ibi
inſtitutus dicit,volo eſſe hę
res,ſignificatur aditio,ut l.
nam dubitari.ff.de hær. in-
ſti.Et ſic aliud eſt dicere,vu
lo adire,& uolo eſſe hæres,
quia per ſecunda verba ſi-
gnificat̄ ſimpliciter aditio,
ſed per primā non . Et idē,
eſt dicere, uolo eſſe hrs, &
volo hanc hæreditatē. Itē
ibi uolo relinquere, ſignat
ideſt relinquo,ut in l.Pam-
philo.§.propoſitum. ff. de
leg.3.Et ſumitur ſignifica-
tum ex natura vltimæ uo-
lūtatis,cuius eſt ꝓuidere ī
futurū, etiam fauore eius,
vt valeat diſpoſitio.Itē dicē
do,uolo per talem geri ne-
gotia mea,ſignificatur mā
datum,ff.mandati.l.1.Item
ſi vendere volens dicit, uo
lo uendere pro x. & emens
dicit uolo emere pro de-
cem,

cem, ſignificatur emptio, & venditio, quia per verbũ præſentis temporis ſignificatur conſenſus de præſenti. Secus dicendo, vellẽ vendere, & vellem emere.

Voluntas coacta etiam eſt voluntas. 15. q. 1. merito. ff. quod metus cauſ. l. ſi mulier. §. ſi dos. & §. ſi metus. Sed hoc intelligitur ſic, ꝙ non eſt libera voluntas.

Voluntarium exilium, vide Exilium.

Voluntaria iuriſdictio, vide Iuriſdictio.

Voluptariæ impenſæ, vide Impenſæ.

Votum eſt alicuius boni cum deliberatione facta ꝓmiſſio, vel Deo facta pollicitatio. 27. q. 1. de viduis 2. Et dr̃ boni, quia de malo, nec etiam de re bona ſine deliberatione nõ procedit obligationẽ de malo, quis non obligatur, quia in malè ꝓmiſſo reſcinde fidem, & in turpi voto muta decretum 22. q. 4. in malis. Dicitur cum deliberatione, quia votum quod facilitate animi potius, quam arbitrio diſcretionis emittitur, nõ eſt vſquequaque obligatoriũ, vt in c. veniens eo. tit. Et eſt triplex votum. Primum neceſſitatis, quod quis neceſſario ĩ baptiſmate promittit, vt abrenũciare diabolo, & pompis eius, tenetur fidem ſeruare decalogum, de conſec. diſt. 4. c. 1. Secundum eſt voluntatis, quod quis voluntariè emittit ſuper his, ad quæ ante votum non tenetur, vt continentiæ, abſtinentiæ, &c. Tertium eſt votũ mixtum ex his duob. ſ. partim neceſſitatis, & partim voluntatis. Sed votum voluntarium, ſubdiuiditur in votum ſolenne, & ſimplex vnde ſimplex eſt, cui nulla ſolennitas adhibetur. Solũ autem votum continentię ſolennizat. Quæ autẽ vota redimi, & cõmutari poſſint, vide Goff. in ſum. eod. titul. Item votum obligat quem Deo, cum dicitur, vouete, & reddite, vt cap. & ſi Chriſtus, & ca. debitores de iureiu. & ca. magnæ. de uo. poſt princ. vel deſcribitur ſic. Votum eſt animi conceptum cum deliberatione firmatum.

V ante R.

VRbs ſimpliciter prolata pop. Ro. ciuitatem ſignificat antonomanicè, ĩſt. de iu. nat. §. ſed quoties. Vrbis

autem

autẽ appellatio muris, aut cõtinẽtibus ædificijs finit, vt c.ſignificauit de pœn. & remiſ.ff.de verb. ſign.l.2.& appellatur ab vruo. i. aratro, quia aratrũ in vrbe cõdẽda adhiberi ſolebat. l.pupillus.§.vrbs.ff.eo.

Vrbana mãcipia nõ loco, ſed genere vſus cognoſcũtur, & à mãcipijs ruſticis diſtinguuntur.l.quemadmodũ. de ſup. leg. l. vrbana familia.de verb.ſig. l.ſeruis vrb. de leg.3.

Vrbana prædia oĩa ædificia accipimus, non ſolum ea, quæ sũt ciuitatibus, vel oppidis cõſtituta, ſed ẽt in rure, niſi fortè ſtabula ſint, q̃a locus non facit prædia vrbana, ſed materia. ff. de verb.ſign.l.vrbana prædia. vide ſup.prædium.

Vrbanorum prędiorũ ſeruitutes, req.ſup.ſeruitutes.

Vredo eſt morbus herbarum, frugum, & arborũ in vitib. & alio nomine carbunculus, & appellari poteſt. l.ex cõducto. §. 1. ff.loca. & de frigore. procedit, nã & frigus vrit, Virg. Aut boreę penetrabile frigus adurit. Aliquando ponitur pro pruritu, vt apud Plinium de vrtica piſce. Tacta (inq̃t) vredinem immittit.

Vrepotrophiũ dictio græca, eſt locũ ſignificãs ad infantes nutriendos paratũ, vrephon. n. græci infantẽ dicũt.l.illud.§.1.C.de ſacroſ. eccl.licet in aliquibus codicibus mendoſè legatur.

Vrinatores appellantur natatores ſubaquatiles. l.nauis ad l.Rhod.de iac.

V *ante* S.

VSiam pro ſubſtãtia dixit Vlp. in l.vẽditionibus de contrahen. emp.

Vſio, idem quod vſus.l. Quintus. §. ſi factum. de aur. & arg.leg.

Vſque, ſtat quandoque incluſiuè, vt ff.de ſen. l.fi.& in c. 1.de or.ab ep.qui re.quandoque etiam excluſiuè, vt c.cum dilectus. de fi. inſtr. eſt ergo dictio vſq; ſignificata vltimi termini ad quẽ, ſicut dictio à vel ab, primi termini à quo.

Vſuarius eſt, q. alicui rei vſũ hẽt, vt ſi tu q̃ es dñs huius ſerui, non ſenſeris, ſiue conceſſeris mihi vti miniſterio eius ſalua proprietate. & dominio, vnde, vſuarij dici poſsũt clerici, q. nõ poſſunt vẽdere, vel teſtari, ſiue donare de bonis eccleſiæ, ſed victu tm̃, & veſtitu debent

bent eſſe cõtenti x.q.2.eps hẽat,& c.cũ cõſtat. de pig. ẽm Ber. Cõpetit ergo vſuario ius,& vſus, ſed non põt vẽdere;locare, vel alienare, ſed ſolũ, & ad vſum ſuum, & familiæ ſuæ poteſt vti ſeruitute tali, vt in ortis,fundis,& ſimilibus, ſi quis habeat in his ſeruitutẽ vſus.

Vſus eſt ius vtendi reb. alienis ſalua rerum ſuba, proprietate,& dominio,& quomodo accipiatur, vide Archi. de off.de leg.c.quãuis. li.6.

Vſucapio eſt acqſitio dñij vtilis directa rei alienę p cõtinuationẽ poſſeſſionis tpis lege diffiniti .i. p ſpatium tpis à lege diffinitũ. ff.eod. tit.l. 3.v.g. Emi rẽ mobilẽ à nõ dño bona fide, putãs rẽ eſſe vendẽtis, & p cõtinuũ triẽniũ poſſideo ſine interruptione ipſo iure efficior dñs illius rei. Directũ autẽ dñiũ hẽt verus, & principalis dñs rei. Sed vtile dñium dr, qñ qs in veritate nõ eſt dñs,ſed hẽt vtilitatẽ rei, ac ſi eſſet dñs, vt feudatarius vaſallus,& ſimiles. Et dicit vſucapio, q̃a vſu quodã & cõſuetudine poſſidendi cępi, & acquiſiui dñim. Scdo in reb. mobilib. vel ſe mouentib. nã immobilia non dñt vſucapi propriè,ſed potius pſcribi. In immobilib. n.pſcriptio locũ hẽt. Tempus.n.à lege diffinitũ ẽ triẽniũ in vſucapione, ſed ĩ pſcriptione ſtatuit decẽniũ inter abſentes,& vigẽnium inter abſentes,vt inf.de vſuca. Et datvſucapio ne dñi à rerũ ſint in incerto,pro publico bono introducta, vt l.j.ff.eo. ti.cõtra æqtatẽ naturalẽ. ff.de neg.geſt.l.1.in fi.& de cond. ind. l. nã hoc natura. Nã locupletari nõ dẽt, quis cũ alterius dãno ẽm regulã locupletari, de re iud.lib.6. Et ſic aliud eſt æquũ,& aliud bonũ, vt C. de pac.cõuen.l.hac l. Et qñ opponit,æqtas ſcripta præfert rigori ſcripto. Solu. verũ eſt, dũ vtrũq; ſcriptũ eſt in ſpecie, ſed in pal. l.nam hoc narnra. æqtas eſt ſcripta in genere,& hic rigor ĩ ſpẽ,ergo pfert rigori. Etiã ĩ vſucapio. vel pſcriptione verſat q̃dã ęqtas naturalis q̃ ſuadet, ꝙ poſtq̃ qs iuſto ti. bonafide certo tpis ſpatio rẽ renuerit, dñiũ acqrere debeat. & imputet dño, q negligens eſt tãto tẽpore rẽ ſuã quærere, & cuſtodire. Et ſic nemo dẽt locupletari, &c. niſi ſubſit cauſa,

vt hic propter cõmunẽ om
nium vtilitatem, & vt ali-
quãdo ſit litium finis.l.fi.
ff. pro ſocio. vbi datur hæc
ratio,ideo exceptio præſcri
ptionis eſt exceptio litis fi-
nitæ, & opponit ſicut aliæ
litis finitæ, excep.

Vſufructuarius eſt, qui fruit̃,
& vtitur reb. alienis, vel ꝗ
res ſuas nemini furatur.ff.
de vſufruc. l.iure cõmuni.

Vſusfructus eſt ius vtẽdi fruẽ
di alienis reb.ſalua ſubſtan
tia rerum,vt ff. de vſufr.l.1.
& inſt.de vſufr.in pri.& eſt
ius in corpore, quo ſubla-
to, & ipsũ tolli neceſſe eſt,
deſtructa.n.domo,deſtruit̃
& vſuf.ꝗ habetur in ea, vt
ff.eo.ti.l.2. & not.ſm Azo.
in ſum.C.eo.tit.ꝙ vſusfru.
formalis dr̃ ius. i. ſeruitus,
ſed vſusfr.cauſalis ſecundũ
quem aliquis habet cauſã
dominij, non dicitur ſerui
tus.& ponitur hic fruendi,
& non in diffinitione vſus
quia differunt ius vtendi,
& fruendi,vt infra patebit,
& vtendi dicitur ad differẽ
tiam creditoris, qui habet
ius in pignore, non tamen
poteſt eo vti, imo furtum
committit, ſi eo vtitur, ſm
ponitur ad differentiã vti-
lis dominij, quod habetur
in reb.alienis, ſicut emphy
teuta,& feudatarius hñt;
Sed fruendi ſecundum Ac
cur.& Bar. dicitur ad diffe
rentiã nudi vſus, quia mi-
nus eſt in vſu quàm in fru-
ctu. Dicitur in rebus alie-
nis,quia ſua res nemini ſer
uit.Salua rerum ſubſtantia
dr̃ ad differentiam ſuperfi-
ciarij, & emphyteutæ, qui
non tenẽtur reficere ædes,
ſed vſufructuarius tenetur
& etiã tenetur ad tributũ,
quia ad eũ ꝑtinet fructus,
Vnde Bar. exponit ſalua re
rum ſubſtantia.i.ne pereat
in toto ſubſtantia. Acc. ex-
ponit ſalua ſubſtãtia, quia
tandiu durat,vſuſf.quãdiu
durat ſubſtantia.& no.dif-
ferentiam inter eũ,qui ha-
bet ſeruitutẽ vſus, & eum,
ꝗ habet ſeruitutẽ vſusfru.
quia is,qui habet ſolum ſer
uitutẽ nudi vſus, ita vtitur
ꝙ fruct⁹ nõ percipit, ſicut
poſſum vti equa tua,ita ꝙ
fructus inde non percipiã
ſic quod partus nõ ſit me⁹,
ſic ſiſr, qui habet vſum tm̃
alicuius fundi, non põt vti
pomis,olerib.& cęteris fru
ctib. ad vſum ſuum quoti-
dianum, ille autem cui cõ
petit ſeruitus vſusfruc. po-
teſt hæc omnia facere.

Vſura ſicut cōiter dr̄, eſt quicquid præter uſum ſorti accidit, vel accedit ſecundum Goffr. 14. q. 3. pleriq;. Et ad dit ipſe intentione, uel pacto præcedente. Sola. n. ſpe vel expectatione uitiū uſu rarium contrahitur, ut c. 1. & cap. conſuluit, de uſu. & 14. q. 3. ſi fæneraueris. Et hoc cum principaliter hr̄ ſpes, & expectatio lucri, alias ſi ob charitatem moueatur, quis ad mutuandū & ſecundario ſperet de aliqua retributione, nō putat uitioſum. ar. ad hoc 86. diſ. in ſingulis. 61. diſt. quod ꝓ derit, ſm Gof. Itē uſura eſt vbi plus recipitur quam da tum eſt, & diffinitur ſecun. Azo. C. eo. ti. ſic, Vſura eſt, quod pp uſum rei conceſſæ datur. Conceſſæ, i. datæ vel mutuatæ, unde uſura dr̄ ab uſu & æs æris, quaſi uſu æra. i. uſu æris, data, ſ. pecunia, cum nomine pecuniæ quicquid homines habeant contineatur j. q. 3. totum, & not. ꝙ oīs uſura præſtatur ſuper facta dilatione ad annū, vnde q̄dam uſura uocatur centeſima illa, ſ. quæ infra annū æq pa ratur ſorti, quædā vocatur ſextupla (al's ſes cupla) a ſex quod eſt totum & plica, i. pars vel medietas, quæ ēt alio noīe dicitur hemiolō, ab hemi, quod eſt medium & holon, quod eſt totū, & eſt illa uſura, quæ totū con tinet, & medietatē totius, quædam uerò eſt triens, ſ. quæ præſtatur vſq; ad tertiam partem centeſimæ vel ſortis, quædam ſemis, quæ præſtatur ad duas partes ſortis, quædā ues, quæ præſtatur ad duas partes ſortis. Item quædam uſura eſt fœnus ſortis, & quædā fœnus fęnoris. Nam uſura dicitur, quæ ultra ſortem recipitur, ut c. ſi. 14. q. 3. ſed fę nus dr̄ lucrū de vſura ſumptum, uel uſura ubi ad mutuum reſtituendū non fuit certum tempus determinatum. Eſt tn̄ diſtinguendum inter vſuram, & rem illam in qua vſura committitur, nam quæ ab uſurario exigitur propriè eſt lucrum reſtituendum. Sed res, in qua vſura committitur, eſt mutuum de quo lucrum prædictum gignitur.

Vſurarius manifeſtus quis dicatur, uide ca. primo, & 2. de uſur. libr. ſexto, & vltra hoc dicitur Matt. quod ſi ille, qui vſurarius ex libris

bris ſuis conuincitur alle. cle.1.de uſur.& ca.q ſyncera,45.diſt.c.ſanè.24.q.2. & l.1.§.editiones. ff. de eden. do. Scdò ille, qui confitetur corã ſacerdote ſe eſſe uſurariũ, quia uſurarii iudex eſt ſacerdos,& ſic confeſſus corã ſuo iudice erit manifeſtus,ut c. quem pœnitet. de pœn.diſt.1.Io.An.dicit hoc uerum ſi adſint teſtes, ut c. quanquã,de uſur.lib.6. Idẽ ſequitur Io.de Lig.quia iudicium fori pœnitentialis non inducit illos effectus, quos iudiciũ fori cõtentioſi, ꝙ iõ ſit manifeſtus,quia cõfitetur corã iudice aĩę,niſi ad ſint teſtes. Tertiò dr̃ ille uſurarius manifeſtus,q hẽt altare paratũ. Sunt ergo uſurarii triplices. Primi notorii.q hñt altare conti nuè paratũ ſp mutuantes. Secundi nõ notorii,ſed manifeſti,q nõ hñt altare con tinuè paratũ,ſed interdum mutuãs. Tertii per famã tantum manifeſti ſunt.

Vſurpare eſt aliquem contra rationem ius,uſum uel conſuetudinem capere, inuadere vel præſumere, uide Alb.de Ro.in dictio.ſuo.in ver.uſurpatio,uide plenè.

Vſurpatio eſt interruptio uſucaptionis,ut in l.2.& in rubr. ff.de uſupapio. & dicit ibi tex. ꝙ oratores uſurpationem frequentem vſum uocant.

V ante T.

VT,hæc dictio mõ facit,ſicut ſi,conditionẽ, & cũ cauſam,facit C.de condi.q̃ ſuæ mo.l.j.& ubi not.& vide ff.de manumiſ.l. cauſã. §.fin.& deleg.2.l. ſi ita relictũ,& de contra.emp.l.cũ ab eo.& de man.teſt.l. Meuia.Aliqñ facit conditionẽ, ut l.cum tale.circa fin.ff.de condi.& dem. Aliquando, ut exponitur.i. ſicut. C.de ſep.uio.l.ſi qs. & ff.de acq. rer.do.l.in laqueum in fin. Aliquando.i. ſecundum C. de his qui parẽ.li. occid.l.1. Aliqñ ponitur cauſatiuè,& conſecutiuè.ff.de dona.ca. mor.l. ſenatus. Cauſatiuè ponitur,57.diſtin.ſi quis in princ.conſecutiuè ponitur C.de obſ.par.præſt.l.ſi manumiſſori. de epiſ. & cleri. l.in eccleſijs.ff.de ſer.& aq. l.1. & 1.q.1.cum liqueat, & c.venditio. Aliquando ponitur aduerſatiuè pro ſed. C.de ap.l.cum poſt. Aliqñ eſt aduerbium tpis, ut.i. poſt-

poſtquã.ff.de pig.l.1.§.idẽ quæſit. Aliquando ponitur vt, pro &,in authẽ.de teſti. §.ſi verò deducens, ibi non tñ per longum interuallũ, vt &c. Aliqñ ut i.tanquam, C.de leg.l.leges. Aliquando eſt aduerbium qualitatis uel quantitatis,ut i.quã tum vel optandi,ut pro vti nã. Aliquando eſt exemplificatiuum, vt cum dicitur, nomẽ appellatiuum ut homo.& uo.ff.de int.l.1.§.interdicta,de pac. l.iuriſgentium.§.quinimò. Aliqñ de neg.geſt.l.ſed an vltro,§.fi. C.de ſer.& aqua l.1. Aliqñ, vt exponitur,i.qñ. ff.de arbi.l.ſi cum dies. §.ſi arbiter. Aliqñ abundat. ff.ad l. Põpe.de parricid.l.1. & ibi in gl. Aliquando eſt aduerbium ordinis, ut i.poſtea. Aliquando eſt coniunctio adiũctiua,vt uolo, ut tu legas. Aliquando cauſalis,ut i.quia,unde verſus. Qualiter, & quantum notat,diſcernit,& optat. Ordinat exẽplat,ſimulat,utrumque requirit. Dat comitẽ, dat quoq; ſequens, ſic dat duo dena. Et de ſignificato huius dictionis,vt vide extra, de priu.ex ore,de confi.vti. vel in uti.ca.examinata,de uerborum ſign. cã.abbate. de effectu huius dictionis, vt vide extra de condi.apo. verum,in cle.de æt. & qualit.cap.1.

Vter dictio eſt diſtributiua, & verificatur in altero tantũ Bar.in l.pen.C.de impu.& aliis ſubſt.

Veterinus,vide in dictione fratres.

Vterlibet, alter ex duob. quẽ capere libet.l.arbo.§.de ueſtibulo de condi.

Vterque, aliquando ponitur coniunctiuè,ff.de lega.2.l.ſi quis duob.& de leg.3.l. Titius,& ff.de condi. inde.l.ſi non ſortem.§. fi.de euic.l. ſi duos. Aliquando ponitur diuiſiuè, vt ff. de rei uendi. Pomponius cõia præd. l.binas,& de actio.empt.l. ſi ea res.§.fi. Aliqñ dr̃ de tribus ſm̃ unã expoſitionem, glo. inſt.per quas perſo.no.acq. §.non ſolũ. Item adde quomodo vterque attribuit actum,& in quo verificetur Bar.in l.hoc articulo. ff.de hær.inſti. Item quæ ſit eius natura,uide eundem Barr. in l.cũ quidam, C. de imp. & aliis ſubſti.

Vti,& frui differunt ſic, quia vti dicitur ille, quia utitur re, ꝙ fructus non percipit,

cipit, ſicut poſſum vti ad vſum quotidianũ,& miniſterium equa tua, ita, ꝙ fructum non percipiam, ꝙ ſ. partus non ſit meus, ſed is, ꝗ alicuius fundi vſum hẽt, pomis.& oſerib. uti põt ad vſum quotidianum, nõ tñ donare, vel vendere poteſt. Frui verò dicitur ille, qui fructus percipit, & ſic vſuarius habet vſum rei, vt cui dñs nemoris conſtituit vſũ nemoris ad neceſſitatem ſuam & familiæ ſuæ, vt accipiat ligna, olera, poma, flores,&c.quæ naſcũtur in nemore pro ſe,& ſuis conuiuis, nõ tñ vendere pmittit ipſum, alias frueref, quare clerici dici poſſunt uſuarii, vt ſupra dictum eſt.

Vtilis actio, vide ſuprà, Actio directa.

Vtilis impẽſæ, vide Impenſæ.

Vtilitas publica quot modis conſideretur, tradit Bart.in l.j.ſolut.mat.

Vti poſſidetis eſt quoddã interdictum cũ poſſeſſio inquietatur a nõ poſſidente, ut iudex pro ipſo det ſnĩa. Si unus fuerit, tũc ꝓnũtiare hẽt in ſingulari numero vt ita poſſideas, vt poſſides. Si autem plures, tunc debet ꝓnũtiare in plurali numero, vt vti poſſidetis ita poſſideatis. hæc Az. in ſum.eo.ti.& vide glo. antep.in c.licet, de proba.

Vtpote pro quia, auth. ingreſſi.de ſacroſ.eccl.

Vtique, i. certe. ff. de rei ven. l. vtique. Aliquando ponitur continuatiuè. ff. de dam. in fe.l.vtique. Aliquãdo.i.ita demum. ff. de neg.geſt.l.diuortio.§.ſed nec. Aliquando, i. ſicut. ff. de actio.empr. l.ſicut. Aliquando, ideſt tãtum. ff. ad munic. l. non vtique. Aliquando ideſt, vſque adeo. de ca.di.l. amiſſione. §.1. Aliquando vtiq; ſunt duæ partes ſcilicet, vti.i.ſicut,& quæ, pro & vt no. de ęd.ed.l.æediles.

Vtro.i.altero, C.de agri.& cenſi.l.diffinimus, li.11.

Vtrobi componitur ex vtrum & ubi, pro ad, quaſi dicat apud quem eſt poſſeſſio, apud illum ſit, no. per Hoſt. extra de prob. c.licet.ĩ ſi.& vide C.& ff. in ti.utrobi. & inſt.de ĩterdictis.§. vtrobi.

Vtroque iure, i. in ſpiritualib. & temporalib. extra de priuil.quoniam. Aliquãdo ponitur ſimulatiue. ff. de pac. l.reſcriptum.§.ſi pacto. & de reb. dub.l.ſi is qui ducẽta.§.utrum.

V *ante* V.

VVlgaris, hæc dictio quot modis capiatur, docet Bart. in l.1.ff.de vul.& pu.ſubſt.

Vulgaris perſona dicitur minus honeſta.l.legitimos.ff. de leg.tut.

Vulgaris ſubſtō dr̄, cū quis loco inſtitui, vel eius cui aliàs puta ab inteſtato eſt ius adeundi, in caſu hæreditatis non additæ apponitur, ſeu ſubrogatur. Vnde conditio eſt ſemper, ſi hæreditas nō adeatur. Et dicitur vulgaris, quia in hunc caſum, ſeu euētum fieri poteſt à quolibet q̃ teſtari poteſt, & cuilibet, qui ius adeundi habet ex teſtamento, vel ab inteſtato, quia volūtas talis diſponētis ſimpliciter admittitᷣ de iure ciuili, ſecus ī pupillari, & alijs ſubſtitutionib. vbi non ſimpliciter admittitur, imò reſtringitur, & limitatur. Et qn̄que penitus non admittitur iure ciuili ſcripto. Et not. ꝙ conditio ibi appoſita, ſi hæreditas non adeatur, poteſt dupliciter intelligi, ſecundum ꝙ non adire dupliciter contingit. ſ. vel propter nolle adire, vel propter nō poſſe. Et iſtud non poſſe multis modis poteſt contingere, vel quia euenit furor, vel deportatio, vel quia bonorum acquiſitio interdicitur. Vulgaris enim ſubſtitutio ſemper continet conditionem de euentu non aditæ hæreditatis, licet iā vnū caſum, vel plures, vel omnes continere poſſit. Cætera vide ſupr. de ſubſtitutiōib.

Vulgo cōcepti dicuntur, qui patrem demonſtrare, non poſſunt, nati ex meretrice, quę plures admiſit.l.vulgo concepti, de ſtat.hom.

Vulua ſecundum Arch. 14.q. 3. pluriq́ue. quandoque illud eſt, quod extra naſcitur, vel eſt venter porci, vel vrbe, farcimen, vel ilia ſcilicet ſalcitia.

V *ante* X.

VXor iuſta, vt ſcribit Alc. lib.4. Parad. dicitur quæ verè vxor, & perquàm ſolemniter dicta eſt, non quę ſimplici ſpōſione vxor eſt, tametſi legitima ſit. l. ſi uxor. de adul.

De litera X.

XEnia dicuntur munuſcula quædam quæ dantur eſculēta, & poculenta, quæ vulgo dicuntur appeſationes, cæterarum vero rerū, quæ vſum edullium excedūt, magis propriè dicunt

munera. dicitur.n.fieri xenium de pomis cum, quis habet hoſpites ſm Arc.14. q.3.plerique in fin.

Xenodochius eſt,qui xenomẽ alicuius ciuitatis procurat.

Xenõ eſt domus, in quo ęgrotantes recipiuntur, curantũ & alimentis ſuſtentãtur, vt C.de epiſ. & cler. per totũ.

Xenodochium eſt domus ad hoſpitium peregrinãtium deputata, vt quidã dicunt. Sed tñ xenon, & xenodochium eadem domus dici pt. ſ.in qua valetudinarij, & ſenes.i.infirmi decipiuntur, & aluntur. Prædictam aũt differentiam faciẽtes, zenon per z. literam,& ſenodochiũ dicunt eſſe ſcribendum per ſ.vide.ca.3.de rel. do.& varia nomina talium locorum habes.23.q. vlt.ſancimus.vbi de hoc. & 1.q.2. ſi quis hom. ad fi.in auth.de alie. & empt. §.qñ in pri.colum.9 & de eccle. tit.9.fi.& eſt gloſ.in cle.per literas de præb.

Xenoparochi, quorum meminit, l.vlt. ff.de munc.appellantur qui præbẽdis hoſpitij præſunt, autore Alc. in l.pupillus.de verb.ſig.

Xerolophum, locus erat Conſtantinopoli celebris. §.itẽ lex Corn. Inſt. de pub.iud.

Xp̃s eſt Rex Regum dominus dominantium, vt in clem. paſt.de re iud.

Xp̃e eleyſon, vide de conſec. diſt.1. hoc quoqac. & diſt. 2.c.te vera.

Xp̃ianorum nomẽ primo ortum eſt apud Antiochiam vbi Ignatius fuit epiſcopus 7.q.1.mutationes. Nam prius oẽs fideles dicti fuerunt diſcipuli, vel fr̃es. Sed poſtquã Apoſtoli fecerunt Conciliũ Antiochenũ, tũc dicti ſunt chriſtiani, vt eſt glo.22.di.ſacroſ.& ibi text.

Xyſtici, Athletæ ſunt,de quibus meminit Iuriſc. in l.athletas,ff.de his,q no.infa. licet ibidem corruptè legatur, ſexuſticiſunt aũt illi, qui pugnabant in porticu ampliſſimo. Sueto. Nec tamen eo minus xyſticorum concertationes,aut gladiatorum pugnas ſeueriſſime ſemper exegit. Græci.n.xyſtum porticum vocant ampla latitudine,in qua athletæ per hyberna tp̃a exercẽtur. Has & paradromidas Græci appellant, & à nr̃is ambulationes dñr. Vel ſm aliquos xyſtus hẽt originẽ à xyſtos, quod haſtam, ſeu telũ ſpiculumve denotat.

De litera Y.

YAtus aliquando ſumitur propū̃cto mortis, ſeu pro emiſione ſpiritus vltimi de pœn. diſt. 7. c. nullus. Aliquã do eſt apertio terræ, c. non offeramus. 24. q. 1.

Imò verò hiatus ſcribendum eſt à verbo hio.

Yconomus dr̃ illę, cui res eccleſię gubernãda dat̃. ſ. epa lis, & ꝓpriè res canonicorũ Etiã qñque eſt vice dñs, vel ꝑpoſitus. 1. q. 3. ſaluator, vide glo. in c. Imperatorē, de iur. cal. vbi conc. Vnde ſ̃m Goffr. differũt yconomus, ſyndicus, procurator, & actor. Nã yconomus adminiſtrat res eccleſię, & aliqñ defendit in cã, & qñque in eccleſia vacãte fit ad percipiẽdos ꝓuẽtus, & ſeruãdos ad futurũ ꝓlatũ. Syndicus aũt ĩ reb. & negotiis cuiuſlibet corporis, vel collegij. Et ſ̃m leges nõ differt à defenſore, & eſt vniuerſitatis. Sed procurator eſt priuatæ perſonæ ad vnum negotiũ vel plura. Actor autem pro vno, vel ꝓ vniuerſitate ad vnam cauſam, & pñtem, & cũ decreto cõſtituit, in conſtõne yconomi non eſt, ita oĩmodo neceſſariũ decretum iudicis. Ange. Are. & Io. Ea. inſt. de cur. §. ꝙ ſi, & idẽ in cõſtõne ſyndici dicẽdũ Bar. in l. nulli. ff. qđ cuiuſq; vniuer. no. nõ nego tñ quin tutius ſit decretũ adhiberi. gl. & Bart. in l. actor. ff. rem ratam haberi. Speci. de ſyn. ver. itẽ ꝙ eſt conſtitutus minus ſolemniter.

Imò vero œconomus ſcribendum eſt per œ, diphtongũ.

Ydoneus quis dicatur, & in quib. cõſiſtat idoneitas vide c. cùm in cunctis, de ele.

Scribendum eſſe idoneus, nulli dubium.

Ydrophillati dñr ab ydria qđ eſt vas, quo aqua defertur, vel ab ydor. aqua, & phylare cuſtodire, quaſi cuſtodes aquarum ſecundũ Io. And. in cap. ſi iudex laicus. de ſenten. excom. lib. 6.

Scribendum eſt hydrophylaces, à Græco nomine hydor, quod eſt aqua, & phyliattein, quod eſt cuſtodite, vide C. de acquæd. l. decernimus.

Ymo, hæc dictio ſignãt, quandoq; correctiuè, vt teſtator dicit, Titius, imò Seius hæres eſto, vt l. ſi ita ſcriptũ. ff. de hære. inſtituẽ. ibi tex. dicit adijciẽtes, & detrahentes, ymò, & mutãtes. Ponitur etiam copulatiuè, C. de no-

nouo Cod. cõpo. l. 1. §. quibus. Et ſumit̃ ſignificatũ ex copula adiũcta, & eſſet idẽ dicimus etiam. Sed ibi, yconomus, q hoc fecerit, imò fieri paſſus fuerit priuetur, ponit̃ alternatiuè. vt l. iubemus. §. yconomus. C. de ſacroſ. eccl. quia hẽt locũ, vel ipſo alienante, vel alienari patiente. Põt etiã ibi accipi correctiuè, q a eadẽ, vel maior eſt rõ in alienãte, quã ĩ patiẽte alienari, ꝙ puniat̃. Itẽ quo ad deciſionẽ legis ponit̃ ibi copulatiuè, quia pęna hẽt locũ, & in alienãte, & in patiente alienari.

Cum i Latino ſcribendũ eſt, & vt quibuſdam placet, cũ ſimplici, imò.

Ypocomus dicit̃ ab ypo, qđ eſt ſub, & comos villa. Inde ypocomi q ſunt ſub villanis ſ͠m peritiores hyppocomi (ſic. n. ſcribendum eſt, nõ ypocomi) dicuntur ſtabularij, qui equos curant.

Ypocriſarius quandoque ponitur pro ſyndico, quandoque pro ęconomo, vt not. Spec. in tit. de his, qui aliena. poſſ. vel non §. licet.

Apocriſarij legitur extra, de electio. ca. ſignificaſti. 1. q. 7. conuenientibus.

Yposſtaſis dr̃ ab ypo, quod eſt ſub, & ſtaſis ſtatus, vel ſtãs, quaſi ſubſtãs, & vtunt̃ Græci ſicut nos, pro pſona, q a hẽt ſubſtare oĩb. accidentibus, & oĩa accidentia ad ſe recipit, à nullo tñ informatur, ſecũdum Hugo. glo. eſt in clem. 1. de ſum. Trinitat.

Aſpiratur, & hæc, hypoſtaſis, de quo ſuprà ſuo loco.

Ypotheca ẽ res immobilis pignori obligata, vt domus, ager, fundus. Pignus autẽ eſt res mobilis ꝓpriè à pugno dictum, quia pugno tradi poteſt. Et ſic ypotheca nõ eſt aliud, quàm obligatio, vel pignoratio. Ius autem ypothecarum eſt illud, quod competit creditori in bonis debitoris ſui ſibi obligatis pro debito tacitè, vel expreſsè, & dicitur ab ypo, i. ſub, & theca poſitio, quaſi ſuppoſitio, nam creditor rem pignoratã creditori ſupponit, & ipſa ſibi ius conſtituit.

Ypothecare eſt obligare, pignorare, vel ſupponere, vt patet per rubri. ff. de rebus eod. qui ſub tuto. & cura. dum ſubditur. Sine decreto pignori nõ ſupponendis.

Aſpirantur & hæ voces, hypotheca, hypothecare.

Yſothomus eſt terra ĩter duo maria.l.Lucius.ff.de ſerui. ruſt.præd.

Yſthmum puco intelligat.

Yſtriones,i.ioculatores, ab yſtria.c.clericus, de vita, & hon.cleri.de conſecra.diſt. 2.c.ſcenicis atque yſtrionibus,& c.pro dilectione.

Cumi, Latinè ſcribitur hiſtriones.

De litera Z.

ZAbarella nomẽ eſt unius Iuriſconſulti,q fecit utilem lecturã ſuper Clemeotinas, & tractatũ de horis canonicis, pro funere ſuo fertur oraſſe Pogius Florẽtinus. Sepultus eſt Conſtãtiæ apud minores.

Zelotypia eſt ſuſpitio vel furor.q.5.§.hoc autem.ſub c. conſuluiſti.

Zelotes idem eſt, quod zelãs, & ulciſcens, vt in c. niſi cũ pridem.de renun.§.perſonæ uerò,ubi dr̃. Ego ſum (inquit Deus)zelotes, i.requiſitor, & exactor caſtitatis.1.q.3.§.hæc ultra 23.q. 1.§.1.i.viſitans peccata patrum in filios uſq; ad tertiã, & quartã generationẽ in his,qui oderũt me.i.cõtra me paternũ odiũ imitantur. Et ſunt verba Dñi ad Moyſem,Exodi.20.c.

Zelus qñq; exponitur, i.inuidia,vt 23.q.4.ca.q peccat, & ibi dicit tex. Dñs flagellatos expulit de templo improbos mercatores, vbi eſt connexũ teſtimonium ſcripturæ dicentis, Zelus domus tuæ comedit me, ibi gl.exponit zelus, i. amor, quẽ habui ad tẽplũ comedit me.i.fuit mihi cã inuidiæ pp quã occiderũt me. Aliqñ zelus exponitur, i. feruor dilectionis,extra, de reg.c.2.lib 6.per Io.And.in hoc ſignificatu magiſtri noſtri dicuntur viri zelob non zelotypi, Aliqñ ſumitur in bona parte. Aliqñ in mala pro odio, ut not.per Ber. extra], de off.cuſto.ca. Aliqñ ponitur ꝑ ira 23.q. 8.legi.Aliquando pro ſeueritate.28.q.8.hi ergo.

Zenotapiũ qd ſit,vide ff.de rerum diui.intantum. §.fin.

Cenotaphium, ſcribendum eſt,qd imaginarium ſepulchrum ſignificat à Græca uoce cenos,i.inanis, & taphos ſepulchrum.

Zeugma eſt figura Grammaticalis. ff.de petitione hæreditatis.l.ſi quis libertatem, in gl.per zeugmam.

Zeleucus eſt proprium nomē cuiuſdā iudicis, qui (ut eſt apud valerium lib.6. hiſto. 12.) lata lege de adulteris exoculandis, filiū in adulterio repertum exoculare parabat, ſed precib. populi victus, filium uno, ſe altero priuauit.

Zygoſtatē Alc. interpretatur, pro eo, qui ponderū & ſtaterarum rationem peroptimè calleat.

Zythum potus eſt, quē è frugibus excogitauit Ægyptus.

Zizania eſt ſeges vel herba puerſa.C,ſolium.66.diſt.c.naſci.22.q.1.quod militare, & quandoque ponitur pro ſorde omniū ſegetum glo. bona in cle.dudum, de ſepul.& cap.licet, de elect. & ita Saluator dicit ad uolentes eradicare zizaniam. 11. q.3.c.nolite.1.poſt prin. & 23.q.1.§.1.Mathæi 12.

Zocomenus eſt proprium nomen viri Græci genere, qui compoſuit 9. libros hiſtoriæ eccleſiaſticæ, exordiens à conſulatu Criſpi, & Conſtantini Cæſarum vſq; ad tēpora Theodoſii iunioris.

Zona zonæ uocabulum interpretatur tibi Calderinus in hoc Martialis Apophoreto.

Longa ſatis nunc ſum, dulci ſi pondere venter.
Intumeat, fiam tunc tibi zona breuis.

Et clericus coniugatus deferens zonam bicolorē perdit priuilegium clericale. Aufre.in addi. ad q. Thol. 232. cum appellatione ueſtis contineatur zona, alle. l.veſtis, de au. & ar.leg. Bar. in l.diuus. ff.de bo.dam.

Finis vocabularij vtriuſque Iuris.

SAN.

SANCTISSIMI IVRIS CIVILIS LEXICON.

AB ANTONIO NEBRISSENSI VIRO vndecunque doctiſſimo, aduerſus quoſdam inſignes Accuſij errores, ordine alphabetico editum.

A

ABAX, is, ſiue abacus abaci tabula eſt, in qua eſcaria, & potoria vaſa collocantur, quæ ſunt menſæ miniſterio parata; Iuue. Lectus erat Codro procula minor, vrceoli ſex, Ornamentum abaci. Auſonius: Fictilibus fama eſt cœnaſſe Agathoclea Regē, Atq; abacos Samio ſæpe oneraſſe luto Ci.5.Tuſcu.q. Abacus complures ornauit auro, & argento cęlato, idem in Verrem: Abaci uaſa oīa vt expoſita fuerāt ſuſtulit. Sed abacus, i. ab eo quod ē abacos Græcè, eſt inclinatum, qđ teſte Priſcia.li.7.de octo partibus orationis, pe nultimam genitiui breuiauit, qđ ſignificat præterea vaſa q̄dā uiliora, in quibus ꝑtioſiora ponunt, ataiſor Pœni vocāt, de q̄b. Paulus Iuriſc.lib.34.dign. q. eſt de leg.tertius.l.hæres. cui Corinthia, inquit, vaſa legata eſſent, & abaces, huic quoque eo. vaſorum collocādo rū cā paratos videri Trebatius rn̄dit. Pro quo in codicib' recētioribus mendosè baces, à litera diſpuncta legitur. Accurſius non ratione aliqua, ſed veriſimilitudine ductus, capſulas eſſe interpretatur baces. Quod cum ſit nihil verbum, interpretamentum quoque erit inane. Phil. Beroaldus quoſdam in loco ſuarum commentationum, baſes legit uocem vulgi ſequutus. Sed de hoc lege verbum, Corinthia vaſa.

Aba-

Abactores ab oratorib. & hiſtoricis appellāt,quos Iuriſconſulti uocant abigeos Ductum utrunq; nomen a verbo abigo,is, quod inter alios ſenſus ſignāt ēt à grege, ſiue armento pecudem furto ſubduceret:hinc abactores,& abigei dicti hmōi fures. Qđ genus hominū in Hiſpania maximè inuenit,dicente Vir.in 3. Geor. Aut in pacatos à tergo horrebis Iberos.Qđ Seruius interpretatur, abactores, & ſubdit:nam oēs ferè Hiſpani,q̃ idem ſunt, & Iberi, accerrimi abactores ſunt. Apuleius 7.de aſino aureo. Abactorem indubitatum cruentumq; percuſſorem criminantes. Ambr. in ſermone de hoſtib.carnalibus non metuendis: Armenta diripiet,iſtud damnum ab actore tolerando iam dicit. Sed quemadmodum diximus,a Iuriſconſultis potius abigę dñr, de quib. titulo, eſt li.47.dig. In cuius prima lege Vlp.his uerbis ſcribit: Qui pecora ex paſcuis uel armentis abigunt, hi propriè dñr abigei. Quod ſi quis oues aberrantes,aut alias quadrupedes abduxerit, non erit reus crimine abiegatus,ſed potius furti. Eſt.n.abiegatus ipſum abigei crimen,quod in Hiſpania grauius, quàm alibi gētiū debere puniri Hadrianus Cæſar conſul. reſcripſit: Abigei, inquit, cum duriſſimè puniūtur,ad gladium damnari ſolent. Puniuntur autem duriſſimè non ubique, ſed ubicunq; frequētius eſt id genus maleficii. Atqui diximus ex autoritate Virgilii,& Serui Hiſpanos maximè hoc crimine laborare.

Abrogare legē, idem eſt quod tollere ſiue antiquare, q̃a à magiſtratu, q̃ eā ptātem hēt populo interrogato,an uelit iubeatq; eā legem tolli,illo annuente antiquamtur tolliturq; quemadmodum eodē populo interrogato fuerat ꝓmulgata vñ, & lex plerunq; dř rogatio. Cic.lib.2.de legib. Eas, inquit,tu leges rogabis, quæ nunq̃ abrogenť. Liuius li. 22.Plebiſcitum primus ego antiquo,abrogoq;. Et itaque abrogare legem idem propriè quod derogare.Iuriſconſultus tamen de uerborum ſignificatione inter utrunque uerbum non nihil diſtate facit: De-

ro-

rogatur, inq̄t, legi, cũ pars detrahitur: abrogatur, quũ prorſus tollĩt. Adde tu qđ abrogatur, quum prioris legis infirmãdæ cauſa ꝓmulgatẽ altera. Sermonis Latini ignari vulgari voce decepti, pro eo quod eſſe debet abrogare, ſiue derogare legem, ipſi reuocare dicunt, quũ ſic reuocare, vt autor eſt Varro de lingua Latina, rurſus in cor vocare, hoc ẽ renouare Iuuenalis de Domitiano, qui legem Iuliam iã obliteratã dormientẽq; excitauerat, ſic inquit. Qui tũc leges reuocat amaras. Oĩb. atq; ipſi Veneri Martiq; timendas. Virg. primo Aeneid. Reuocato à ſanguine Teucri, ideſt renouato, quippe qui iam propemodum extinctus erat.

Acinacium vinũ eſt, quod ex vuarum folliculis aqua addita diſtenditur. Græci deuterion, i. ſecũdariũ Latini. tũ lorã, tũ loreã appellãt. Varro in primo de re ruſtica. Acinorum, inquit folliculi in dolia conijciuntur eoque aqua additur, eaque vocatẽ lora, qđ lora acina, ac pro vino datur operarijs hyeme. Nonius quoq; Marcellus: Loram, inquit, dicebant in vindemia cum expræſſiſſent muſtũ ex acinis, & folliculos in dolium cõieciſſent. Plinius libr. 38. quæ Græci deuteria appellant, Cato, & nos loream. Scripſit autẽ id Cato in libro, de ruſtica, dicẽs: Lorea erat familiæ quod bibat. Vlpian. li. 33. dig. tit. de vino, & trit. leg. l. Si quis. Vinũ, in q̃d acinaciũ planè vino cõtinebitur Accurſius acinaciũ pro acinatio legit: interprætaturque eſſe vinũ ad vſum cõparatum. Quid verò per tale vinũ ipſe intelligat, ego non video. Nã ſi vinũ, qđ eſt ad vſum cõparatũ, vinum eſt, quid ineptius dici põt, q̃ appellatione vini vinum contineri? Atqui Iuriſconſultus alius proſpiciebat, quod poterat in dubitationẽ venire, an ſcilicet lora, ſiue lorea, hoc eſt vinum illud ſecundariũ quod ex vuarũ acinis expreſſo muſto atque addita aqua maceratis cõficitur, appellatione vini cõtineatur, quũ præſertim maior pars aquę ſit in eo ꝓmixta.

Acapna ligna dicuntur, quæ ſunt in furno, aut ad Solẽ exiccata, ita vt cũ focis admoueanẽ, nõ fumicent, di-

cta ab a, particula priuatiua, & capnos, qđ interpræ-tatur fumus qua ſine fumo. Apud Martialem in diſtichis, lēma eſt ligna acapna: & Straboni. li. 9. mellis quoddā genus acapniſton appellatur: quod ita purgatū ſit, vt non aſpiat fumū. Vlpianus, li. 32. dige. q̃ eſt de legatis tertius. leg. ligni. Sed & Titiones, inquit Iuriſcōſultus, & alia ligna cocta ne fumum faciāt: acapna volens ſignificare.

Aconitū, veneni genus quoddam eſt celebrariſſimum, dictum ab aconte quod interpræta̅t eos, qm̄, vt inq̄t. Ouidius ea herba ex cotibus colligitur: ait nanque li. 7 Met. Quæ quia naſcuntur dura vinacia caute Agreſtes aconita vocant. Idē lib. 1. Lurida terribiles miſcēt aconita nouercæ. Iuuenalis. Sed nullis aconita bibunt Fictī lib. A Græcis quoque pardalianches dr̄, i. pardi, pardi animalis ſtrangulator. Sed quod ferè ignora̅t quæ ſit ea herba aconitū vulgo pro quocunq; veneno accipitur. Marcellus li. 48. dig. tit. ad legē Corn. de ſicarijs, & veneficis. l. eiuſdem. Si quis, inquit, temere cicutam, & ſalamandram, & aconitum, pityocam pas, & bupreſtin dederit, & cætera.

Ad, præpoſitio compoſita cū dictionibus, à cōſonāte incipientibus. mutat d, in cōſonantem, quæ ſequitur, id quod omnes, q̃ de ortographia ſcribunt, annotauere, vt accurro, quod ex ad & curro cōponitur: affligo ex ad, & fligo. In Pandectis tamen quas Florentini ex p̄da piſana in archiuo adſeruant, ſemper reperiuntur præpoſitiones integræ, qđ & antiquos obſeruaſſet ex numiſmatis, & monumentis literarum marmorib. incuſis etiā hodie videmus. Itaque in codicibus illis archetypis non legitur ex orthographorum rationē, accreſco, affero, affinis, agnatus, appono, errogo, aſſcribo, aſſentio, aſſideo, aſſiduus, aſtringo, & huiuſmodi, ſed adcreſco, adfero, adfinis, adnatus, adpono, adrogo, adſcribo, adſideo, adſiduus, adſtrigo, hoc eſt, ad, præpoſitiones integra. Hęc nāq; oīa, & ſimilia (tametſi non mutant ſenſum) retinenda. eſt tamē antiquorū librorū maieſtas, in libris

bris maximè legũ, quo sũt vetuſtiores eo habētur maioris authoritatis. Nā ſi qs per regulas artis grammaticæ conaret̃ talia caſtigare, nō minus peccaret, quã ſi pro repetundarum, & finium regundorum, & de familia herciſcunda, & de communi diuidundo contenderet, ſcribendum eſſe repetundarum, & finium regendorũ, & familia herciſcenda, & commune diuidendũ, quòd regulæ quę traduntur, à Grammaticis de formatione, verborum id fieri debet præcipiant. Apud antiquos nanque gerundia, & participia futuri in dus, à verbis tertiæ, & quartæ cōiugationis inclinata in vndus nō in endus definebant. Plautus in ipſo ſtatim initio Amphitrionis: Vt vos in veſtris voltis mercimonijs emundis vēdundiſque, pro emendis, & vendendis. Permanſit tamen hæc declinãdi forma in hoc verbo, Eo is, & ab eo cōpoſitis, vt eundi eundo eundum, adeundus, a, um, prætereundus, a, um. Dicimus quoq; hodie præeſſe quempiam iuri dicundo potius, quam præeſſe iuri dicendo.

Addico is, xi, pro eo, quod eſt adiudico ſimpliciter accipitur vt Cicero. in offic. addictus morti dixit ꝓ adiudicans. Et Horatius in 1. epiſtola. Nullius addictus iurare. In verba magiſtri. Aliquãdo etiam inuenitur pro eo, quod eſt vendo, vt apud Martialē: Addixit Labienæ creis agellos pro addixiſti, hoc eſt vēdidiſti Gellius quoque lib. 10. Liberos verberari addiciq; iuſſerũt ei, cui furtum eſt. Et eſt vnũ de verbis trib. quæ Prætori accommodant̃, de quibus, intellexit Ouid. in 1. Faſt. ſcribens: ille ne faſtus erit, per quem tria verba ſilentur, Faſtus erit per quē iure licebit agi. Erit igitur tunc addicere ex venditione aliq́d alicui adiudicare. Apud Iuriſconſul. lib. dig. titul. eſt de in diem adiectione; pro eo quod eſſe debet de die in diē addictione, quē errorem primus omnium deprehendit, agnouitque. Laurentius Valla. Verbum quoq; ipſum nihilominus corruptum cum alijs in locis, tum in eodem titulo legitur adijcio videlicet ꝓ addico, vt in leg. Vlpiani.

ni, cuius initiũ eſt. Quoties
Quoties inquit, fundus in
diem adijcitur. Et ibidẽ. Si
res in die adiecta ſit, ꝑ ad-
dicĩ, & addicta ſit, quod in
emendatiorib. libris repe-
rias. Itẽ lib. 40. dige. titulo,
de fideicõ. lib. ſæpẽ legitur
adijcio, & adiectio in eadẽ
ſignificatione, ſed corruptè
pro addico, & adictio.

Adrogare, & adrogatio, ado-
ptare, & adoptatio, ſiue a-
doptio differũt, autore Gel
lio lib. 5. no. c. Att. vbi ex e-
quo diſtinguit adrogatio-
nẽ ab adoptione, nec alte-
rũ ſub altera cadere putat.
Eius verba ſunt. Cũ in alie
nã familiã in quẽ libertorũ
locum extranei ſumuntur,
aut ꝑ Prætorẽ id fit, aut ꝑ
populũ. Quod ꝑ Prætorem
fit adoptio dr̃: quod per po
pulum, adrogatio. Adoptã
tur aũt cum à parẽte, in cu
ius ptãte ſunt, tertiam mã-
cipatione in iure cedũtur,
atque ab eo qui adoptat,
apud eũ, apud quem legis
actio eſt, vindicãtur. Adro-
gantur aũt ij, qui cum ſuis
ſui iuris ſint, in alienã ſeſe
ptãtem tradũt, eiusque rei
ipſi autores fiũt. Et ſubdit:
Adrogari nõ põt, niſi iam
veſticeps, i. eum ad annum
duodeuigeſimũm peruene
rit. Adrogatio autẽ dicta,
quia genus hoc in alienam
familiam tranſitus ꝑ popu
li rogationẽ fit. Eius roga-
tionis verba hæc ſunt. Veli
tis iubeatis Quirites, vti L.
Valerius, L. Titio tam lege
iureq; filius ſibi fiat quam
ſi ex eo patre, matreque fa
milias eius natus eſſet, vtq;
ei vitæ necisq; in eum pote
ſtas fiet, vt pariẽdo filio eſt.
Hæc ita vti dixi, ita vos.
Quirites rogo. Modeſtinus
lib. 1. dig. tit. de adoptio. l. 1.
ad rogationem ab adoptio
ne eo differe putat, quo
ſpecies diſtat à ſuo genere.
Adoptionis, inquit, nomen
generale eſt. duas autẽ ſpe-
cies diuiditur, quarũ altera
adoptio ſimiliter dr̃, altera
adrogatio quaſi velit dice-
re, adoptio duas habet ſpe-
cies, quarũ altera nomine
caret, & ex doctrina Ariſto
tel. nomine generis appel-
latur, altera verò eſt adro-
gatio. Accurſius adrogatio
nem dicit appellari, nõ qđ
populus rogaretur, vt ſcri-
bit Gellius, ſed quod ado-
ptator interrogatur, an ve-
lit eum, quem adoptat, ſi-
bi iuſtum filium eſſe, ex
eo fortaſſe deceptus, quod
le-

legerat primo Inſtitutionū titulo, de adopt. adrogatione fieri ſolitam Imperatoris an puritate, quia lege regia populus ei, & in eū omne imperium ſuum, & poteſtatem conceſſit, quod ſi ita eſt, non adoptator, ſed Imperator, qui in locū populi ſucceſſit, in huiuſmodi adrogationibus faciendis rogandus eſt..

Adulterina res dicitur, q̄ non eſt legitima, ſed ſuppoſitia vnde, filii adulterini dicti, ex adulterio cōcepti. Hinc adulterinæ lr̄æ apud Apuleiū libro quarto, de aſino aureo, & adulterina clauis apud Saluſtiū, & adulterina ſigna vocat Feſtus Pōp. q̄ sūt alienis annulis facta. Ipſe quoque nnulus, quo ſigna imprimuntur, adulterinus dici pōt, li. 48. dig. ti. ad l. Cor. de fal. de legib. l. Cornel. vbi Modeſtinus ait. Qui ſignum adulterinum fecerit, vel exculpſerit. Aphricanus quoq; ī eo. ti. l. ſi quis. Quòd ſi teſtamētum, inquit, adulterinū nō eſſet. In eōdem quoq; 48. li. ti. ad legem peculatus. l. ſacrilegij. Vlpia. ait, Non videntur adulterinam monetam execuiſſe.

Aedicula pro parua æde, hoc eſt, ꝓ tēplo paro accipitur. Nā ædes, is in numero ſingulari ſemper accipitur ꝓ templo, ſemper adiungitur illi, cui Deo ſacrata eſt atque dedicata, vt ædes Iouis ædes Caſtoris, ędes Concordiæ. Dr̄ quoque ædes ſacra. Aedes, dium, in numerō multitudinis ſignificat, domum priuatam, caretque numero ſingulari. Ab æde igitur ſacra fit ædicula, pro alicuius Dei tēplo paruo, vt Pli. 35. Supra ædiculam, inquit, Iuuentutis: hoc eſt, Deæ præſidis iuuentæ ætatis. Iuriſcon. li. 48. dig. ti. ad l. Iuliam peculatus. l. ſacrilegij. Qui ædiculas, inquit, īcuſtoditas tētauerit. Qđ ſi ædiculę non eſſent ſacræ, tentare illas non eſſet ſacrilegium, atq; ex conſequenti ad legem peculatus non pertineret crimen.

Æſtimo, as, pro eo, quod eſt taxare accipitur, verbum frequens in iure, ſcribiturque per æ, diphthōgum, qđ ab ære, & timæ, qđ eſt pretium componitur. Sic quoque in Archetypis illis Florētinorum Pand. ſemper ſcriptū repetitur, neq; ſcribendum extimo, as, id quod in libris

re-

recentioribus legitur. Hinc eſt apud antiquos pœna, æſtimata, ab ære, inquit Feſtus, q̄a æſtimauerunt eam ouem decuſſe, i. 10. aſſib. bouem centuſſe, i. centum aſſibus. Hinc rurſus fit æſtimatio, æſtimator, & æſtimatorius, vt Vlp. li. 19. dig. tit. de æſtima. actio.

Agnus pro fœtu ouis, dictio græca eſt, ſignificatq; purũ ſiue caſtum, dictusque eſt agnus, quòd ea ſit hoſtia pura, & immaculata. Varro tamen de lingua latina, agnum putat ab eo dictũ, q̄d ſit pecori agnatus. Pan. lib. 32. ff. qui eſt l. de leg. 3. l. cum quæritur. Agni, inquit, legati quatenus uidereñtur, quidam aiebãt tm̃ menſium eſſe. Sed verũ ſex eos legatos, qui minores eſſent anniculis. Hinc pelles aginæ dictæ, ut apud Vlpi. lib. 33 ff de aur. & arg. leg. le. l. veſtis, Pelles, inquit, caprinæ, & agninæ.

Agrippinenſis Colonia, ciuitas eſt Germaniæ inferioris, ſiue Gallicæ Belgicæ, autor Pto. Tẽpeſtate quoq; noſtra Colonia appellatur de qua Pau. li. vlt. dig. ti. de cenſib. l. iuris Italici ſunt, in Germania inferiori Agrippinenſis Colonia.

Agootheta interpretatur certaminis diſpoſitor, & eſt q̄ certantibus, ꝓponit p̄miũ quod det victori Hier. pri. in Iouin. lib. Proponit ago nothetes prę́mium, inuitat ad curſum. Item ad Luci. Bæticum. Non eſt inuidus agonotheta noſter, nec alteri palmã, alteri parati ignominiã. Mod. libr. 60. dig. de pol. l. Septitia. Agonem inquit, cõſtituto trietericũ, & ſequit̃, agonothetā exiſtente ac præſidente viro meo. Accur Agneta legit, non minus falſo interpretamẽto, quàm lectione.

Album, tabula erat, in qua iudicũ nomina ſcribebantur quod leucoma Græcis dicitur, vt eſt apud Iul. Poll. Plinius in prœm. Nat. hiſtor. Quid te iudicẽ facis? cũ hanc operam cõdicerẽ, non eras in hoc albo. Suet. in Clau. Cæſare. Iudicũ inquit albo eraſit. Itẽ in Domit. Equitẽ T. eraſit iudicũ albo. Seneca lib. 5. Epiſtol. Turpes infameſque etiam ad album ſedentibus, exceptiones. Vlp. li. 4. ad edictũ cuius uerba trãſcribuntur in 2. li. dig. ti. de ede. l. prima. Eum inquit, edere La-

beo ait, qui producat aduerſarium ſuum ad album, & demonſtret quid dictuius eſt. Sic.n.in Pan.Florẽ. pro totypis legitur, non ad aliũ Quo in loco A cc. multa hę ſitatione ſeipſum atque alios torquet. Deprehendit hunc errorem primus omnium atque monſtrauit. Ang.Pol.cui ſæpe data fuit copia inſpiciendi lib. illos.

Algidum, oppidum erat tráſmõtes Tuſculano. 15. mil. paſſ. ab vrbe R. nunc vrbis tantũ veſtigia extant. Hor. 1. car. Quæcunque aut gelido prominet Algido. Põp. de orig. iuris, l. neceſſariũ. Virgineus, ĩquit, recẽs a cęde, madensque adhuc filiæ cruore ad cõmilitones confugit, qui vniuerſi de Algido monte, vbi tunc belli gerendi cã legiones erant, relictis ducibus, protinus ſigna in Auentinum montẽ tranſtulerunt. Atqui Algidum, vt diximus oppidum fuit, in cuius agro eo tpe Romanorum exercitus ab equis cęſus fuerat. Neq; ab Algido, ſed Auecilio monte tunc exercitus Romam venit, vt author eſt Li.li.30

Allego allegis, pen. breuis, ꝓ eo, quod eſt cooptare, hoc eſt, in collegiũ adſciſcere, componiturq; ex ad, & lego, gis. Vlp. li. 50. dig. tit. de decur. l. generaliter, Allegi inquit, i. per electionem in ordinem aſſumi. Allego, gas, quod eſt compoſitũ ex ad, & lego, gas, penul. longa, eſt ad aliquem locum mittere. Vnde iuris profeſſores conſueuerunt allegare leges, i. citare teſtes ad id de quo diſputant comprobandum, ſed non ſine barbariſmi vitio quod pro allego penult. longa, proferunt allego penu. breui.

Alueus, fluminis eſt vallis, ſiue foſſa, ſiue conceptaculũ & locus, per quem fluuius labitur, dum intra ripas no tas currit, nã cũ euagat̃ alueũ tranſcẽdit. Põp. Mela. Ora. inquit. Aſiæ, cũ alueo Nili amnis deſcẽdit in pelagus. In hac ſigñatione accipitur in iur̃, cũ ſæpe alias, tñ li. 41. ti. de rer. diui. l. iõ quę eſt Caii. Quòd ſi in toto, inquit, alueo naturali flumen alias fluere cepit, prior quidẽ alueus eorũ eſt q̃ prope ripã p̃dia poſſidẽt, & ibidẽ ſæpe. Alias alueus eſt apiũ receptaculũ, vt in eod. titu. l. naturalem. Antequam apes, inquit, in al-

ueo à nobis concludãtur.

Ambitus ab ambitione diſtat qđ ambitus in actu eſt, am bitio verò in aīo eſt habitus, ambitione nanque pec cat, qui præter modum cupit honores, qui ambitioſus dr̄. Ambitum verò com mittit, qui largitionib. magiſtratū conſequitur, quæ in reb. ſacris ſymonia & in religione Chriſtiana vocatur; dictus ambitus, vt inquit Feſtus, ambitu ædificiorū, qui patet in latitudi nē pedes duos, & ſemiſſeū, in longitudinē, idem quod ædificium, li.48.dig.tit.eſt, ad l. Iul. de amb. vbi Mo. Hæc, inquit, lex in vrbe ho die ceſſat, quia ad curam Principis magiſtratuum creatio pertinet, nō ad populi fauorem, qui, ſ. decalaratur per ſuffragia.

Amphora vas eſt, ſed quantū capiat pauci nouerunt, illi maximè, quorum id ſcire plurimū intererat. Et itaq; ſpatiū ꝙ circunſcribitur, a ſex (vt ſic dixerim) ſuperficiebus, quarū latera ſunt pedalia, anguli verò tecti, de qua Priſc. in libro, de ponderibus, & menſuris. Pes longo ſpatio ſolido latoq; notetur, Angulus vt par ſit, quem claudit linea triplex. Quatuor ex quadris medium cingatur inane. Amphora fit, cuius vim ne violare liceret, Sacra verò Ioui Tarpeio in monte Quirites, lib.35.diſt.qui eſt de lega. 2. Hermog. in l. ſi quis. Serui. ex illo, inquit, dolio amphoras 10. Et ibidem: Vinum amphorariū. Item lib.33. de penu leg. Scæuola in l. penum. Sin in quit, & in horreis amphoræ an hęc quoque deberen tur. Accurſ. vaſa tantum eſſe dicit.

Aminæum vinū ex celeberrimis Cãpaniæ, de quo Virg. 2. Georg. Sunt amineæ vites firmiſſima vina, dictū aminæū, vt putat Seruius, quaſi ſine nimio. i. rubre, nam vt ait, album eſt Plin. lib.34. Principatus, inquit datur aminęis ꝓp firmitatem, ſenio quoq; proficien tem. Idem quoq; Falernū & Cęcubum dicitur. Macrobr. in 3. Satur. de generi bus vuarū. Aminea inquit a regione dicta: nā Aminæi fuerunt, vbi nunc eſt Faler nū. Quòd verò Aminęum Cæcubum, & Falernum ſynonyma ſint, teſtat̄ Galen. in 6. Decameridon: In muſto,

ſto,inquit,vuarum auſtera rum,quas vocāt Aminæas, eaſedm & Falernas. Idem in libro,de vinis: Aminæū quod antiqui Rom. nominant Cęcubum. Idem in libro de Euchymia: Album, inquit, quale eſt Aminæū: nominãt autem id antiqui Latini Cæcubū. Proculus li.33.tit. de vi. & trit.legat. leg. qui Amineum, inquit, Græcum, & dulcia omnia.

Amurca eſt ſanies,ſiue ſuccus ille aqueus, atq; niger,qui ex oliuę ſimul cum oleo exprimitur,atque ſubſidit;nā oliua ex quinq; ſubſtantijs cōſtant,oſſe,nucleo, ſanſa, oleo.amurca.Virg.j.Georgi. Profuit interdum nigra perfundere amurca,quam Seuius interpretat̄ olei ſordes, ſed non exponit quas, cum ſint duplices: nam,vt dixi, quod ſubſidit oleo,ex oliuarum expreſſione dicitur Amurca: qđ verò poſt oleum in dolia conditum, quaſi ẽm purgamentum, Fraces appellantur.Plinio. lib. 15. Oleum, inquit, in amurca, & fracib. deterius fieri. Adſeruabātur autem amurca ad multos vſus.Vnde Cato de re ruſtica. Dolia, inquit, amurcaria decē habeat.Vlp.li.33.dig.tit.de pen. leg. l.cui penum. Ariſto.notat,notat etiam quæ eſui potuiq; non ſunt,contineri legato, vt puta ea in quibus eſſe ſolemus oleum fortem, garum, amurca. Accurſ. ſalſamenta eſſe dicit,ſed non quæ illa ſint exponit. Cum vero in amurca nullus cib. quod ego legerim, eſitari ſit conſuetū, fortè pro amurca legendū eſt muria.

Anadema ſimpliciter corona eſt, nā diadema propriè regum habetur, dictum anadema ab anadeo, quod eſt corono. Lucre.lib.4. Fluūt annademata mitræ.Pau.li.33.dig.tit.de auro, & ar.le. l.quamuis.Sicut mitræ,inquit, & anademata.

Analogiſtæ dn̄r tutores illi, qui non tenentur reddere rōnem tutelæ adminiſtratæ,ab ana præpoſitione, & logos rō, vt anatollat rōnē Iul.li.26. tit.de admin.tut. l.quidam decedens, Eos,inquit, analogiſtas eſſe volo, & paulo poſt. Teſtamento comprehenſum ſit,vt analogiſtæ eſſent.

Angaria,pen. longa,atque in eodem accentu,interpretatur coactio. Veg. lib. 1. de re

re militari loquẽs de tyronib. In angarijs,inquit,plurimũ detinẽdi ſunt, proculque habendi a ciuitatibus. Idem lib. 2. ad vigilias vel angarias faciendas. Acc. in Codice Iuſti. tit. de ſacroſan. eccl. neminem in angarijs vel perangarijs, &c. Angariæ, inquit, per ſunt in operis perſonarum.

Perangariæ, in quib. vtrunq; vertitur, ſ. perſonarum, & rerum impendia, verbum, quoq; angario,as,qđ interpretatur cogo, gis,ſicut angaria eſt coactio. Matth.c. 27.atq; iterum Luc. 15.Angariauerunt Simeonẽ quẽdam Cireneum. Vlp.li.50. dig. tit. de priuilegio veteranorum,naues, inquit,angariare poſſe.

Animaduerto,præter illam ſignificationem, quã habet in promptu,hoc eſt cõſiderare,ſignificat ẽt punire eũ tm̃modo,qui in alterũ puniendi habet ptãtem: differtq; conſtructione,nã dicimus animaduerto te,pro conſidero te. Sall. in Cati. Vt prius inqt, in eos aĩaduerteret,& paulò poſt Verberibus, aĩaduertebãt in ciues.Vlp.li.46.dig.tit.de iniu.l.itẽ apud Lab, Ait prætor, ne q.d inſinuãdi cauſa fiat,ſi quis aduerſus ea fecerit, ꝓut quæq; res erit animaduertã. Et animaduerſio ꝓ punitione. Vlp.47.li. dig. tit.de fur.l.meminiſſe. Extraordinaria, inquit,animaduerſio eſt coercenda.

Ancones vaſa ſunt cubitalia, quoniam ancõ Græcè, cubitus interpretatur.Pau.li. 33. de fundo inſtr. l.tabernæ. Doliariæ, inquit, vaſa, ancones, calices, trullæ.

Anniculus, inquit Valla, & ſi formam diminutiui habet, diminut. non eſt,& dr̃ tàm de reb.animatis,q̃ de inanimatis, quæ ſunt vnius anni, vt anniculus puer, anniculus agnus,anniculum vinũ.Paul.de verb.ſig.l.anniculus. Anniculus,inqt, amittitur, qui extremo die anni moritur.Et infrà:Anniculus,inquit,non ſtatim vt natus eſt,ſed 365.die incipiente planè non exacta dicitur, Item Aphrycanus de legat.3. l.cum quæreretur. Agni,inquit,minores eſſent anniculis.

Annona propriè dicitur de re frumentaria. Sed de alijs quoq; reb. poſſe dici autor eſt Cice.in 2.de Diuin. Annonã, inquit, cariorem in ma-

macello. Erat aut pręfectus annonę: de eius origine Liuius l. 4. ab vrbe cōdita. Dicta eſt aūt annona, propterea qđ ſit alimētū annuū.

Annua, bima, trima die, id qđ multis in locis apud Iuriſc. legit, quo ſenſu accipi debeat, manifeſtauit Iuriſcō. de annuis legatis, l. ſi legatum. Si legatum inquit, ſit relictū annua, bima, trima die, fortè dena, p ſingulos debent annos licet nō fuerit adiectum æquis penſionib. Rō aūt huius dicendi generis illa nimirum, eſt, ꝙ cum dies in genere fęmini nō tps ſignificet, vt apud Cicer. longa dies adimit ęgritudinem. Et illud poetæ: Longa dies homini docuit parere leones. Annus autē ſignificet quod eſt vnius anni: bimus quod eſt duorum annorū: trimus, quod triū annorū: erit annua, bima, trima die, diem quod anno, biēnio, triennio. Qđ Iuriſconſultus, quinque ex preſit in tit. de manu. teſta. leg. ſi ita. Si ita, inquit, ſit ſcriptum in teſtamento: Stichus ſeruus meus hæredi meo mille nummos annuo, biennio, triennio. ſi ſoluerit, liber eſto.

Antiades, & pariſtmi, a Gręcis dnr, quæ ſunt Latinis tonſiliæ, & ſunt inflāmationes circa eas partes, q̄ mela, i. poma, a recentiorib. verò amygdalæ appellātur. Celſus, li. 7. c. 11. Tonſilas quæ poſt inflāmationem induruerunt, Græci antiades appellant. Gal. lib. 6. Decāmeridō: Hortulanum, inquit, ab vulua, & antiadib. & pariſtmijs ſoffocationem patientem. Idem verò lib. 10. de medicina ſimplici, pariſtmijs ſiue faucib. vuluæ, & antiadib. Vlp. lib. 21. tit. de ædil. edic. leg. quæritur. Et ſi quis habeat antiades, & ſi antiades ſunt quas exiſtimo, i. inueteratas, & quæ iam diſcuti non poſſunt, vtrubique mendum eſt Antiachę pro antiades. Accur. faucium tumores exponit, non tamen dicit quos tumores: quod vero ſubdit vt ſcrofulæ omnino falſum eſt, cum ſcrofulæ ſint apud iuniores medicos, quæ ab antiquis dicuntur, chœrades Græcis, & Latinis ſtrumæ.

Antidorū ex Gręco interpretaī remuneratio, ſiue retributio, ab anti quod eſt re, & dotatio, donum, quaſi

doni reditio. Vlpian. lib. 5. dig. tit. de petit. hæred. l. ſed & ſi planè. ſi antidora accẽperunt dicẽdũ eſt eatenus locupleriores factosquatenus acceperunt. Locus eſt in 5. Ethicorum Ariſtotelis liber hucuſque ab expoſitoribus non enrratus, vbi Leonardo interprete legitur, vnde ſacra gratiarum ſunt: quo in loco Ariſtoteles de hac remuneratione loquitur.

Antidotũ ſiue antidotus eſt medicamentũ, quo nos cõtra venenũ præmunimus, ex eo, quod cõtra detur, dicta. A. Gellius li. 26. Huius autẽ Regis andidotus celebratiſſima eſt, q̃ mithridaticos vocatur, Serenus. Antidotus vero multis mithridatia ferẽ Conſociata modis, & Plin. lib. 7. contra venena præcipuũ antidotiũ, Pau. lib. 33. dig. tit. de pen. leg. l. nõ oẽ, Quo, inquit, in numero antidotum nõ eſt. Item li. 18. ti. de contrahenda empt. l. qđ ſæpe. Antidota, inquit, & alia quædam ſalubria medicamẽta. Vtrobiq; Accurſius nihil aliud dicit, q̃ eſſe genus medicamẽti, ſed nõ quid illud ſit.

Antimonia poteſt interpretari legũ cõtrarietas, ab anti contra, & nomos lex, vt in cod. Iuſtin. tit. de vet. iure enucl. l. Deo authore. Nulla, inquit, in oĩb. prædicti codicis mẽbris antinomia. Sic enim a vetuſtate Græco vocabulo nuncupatˀ. Et paulò poſt: Per ſuum vitiũ antinomias induxerunt.

Antonius, & Seuerus quoties in lib. Digeſt. legitur, mendum eſt inſigne, pro eo, qđ eſſe debuit, Antonius, & Verus, tum ex codicib. illis vetuſtis Florentinorũ, tum etiam ex ipſa temporum hiſtoria.

Apocha dictio Græca eſt, interpretatuŕq; receptio: nã tunc illã creditor dat debitori, cũ ab illo pecunias numeratas, aut rem quam illi dẽat recepit. Vlp. li. 46. dig. de acceptil. l. ſi acceptilatũ. Intra acceptilationem, inquit, & apocham, hoc inter eſt, qđ acceptilatione omnimoda liberatio cõtingit, licet pecunia ſoluta nõ ſit. Apocha nõ aliàs, quã ſi pecunia ſoluta ſit. Item de fide inſtrumen. l. plures apochis. atque in eodem ti. eſt de apochis.

Apolides Græcè dñr, qui extorres ſiue exules ſunt, di-

ſti,

cti, vel ab apoleo, quod eſt de perdo, ſiue ab a, particula priuatiua, & polis, quod interpretat̃ ciuitas, vt Martia. ſcribit lib. 48. dig. de pę. Quidam inquit, apolides ſunt, i. ſine ciuitate. Vlpia. quoq; de leg. 5. li. 1. Nec teſtamẽti, inquit, faciẽdi ius habent, cum ſint apolides.

Apoſtoli, orũ, ex Gręco interpretant̃ dimiſſoriæ literæ, ab apoſtello, qđ eſt remitto. Vnde eſt apoſtole, es, idẽ quod remiſſio. T. Liu. Apoſtolos inquit, fregit in ſenatu.

Titulus eſt apud iuriſconſul. de libel. dimiſ. qui dñr Apoſtoli, li. 50. dig. Mod. quoq; de ver. ſig. l. dimiſſoriæ. Dimiſſoriæ, inquit, literæ dñr, quæ vulgo Apoſtoli.

Apparitores dñr, qui apparẽt, & præſtoſunt, obſequunturq; magiſtratibus: Virg. 9. Aen. quã ipſi cupiant regi apparere Latino; Gell. lib. 2. Poſtea quã lictor, qui illi apparebat, intellexit. Cicer. lib. 3. de leg. Leges, inquit, ſunt, qua apparitores noſtri volunt. Hierony. ad Saluinã: Nihil nocuit militantib. paludamentum, & baltheus; & apparitorum caterua. Vlpi. lib. 21. tit. de euict. l. ſi pignora. Si pignora, inquit, vænẽant per apparitores.

Appendicus, a, um, dr̃ quod ab alio pendet. Hier. ad Feriam: pudicitia ſine comitibus, & appendicijs ſuis cõtinentia, & parcitate. Vlp. lib. 20. dig. de aeq. hęred. l. ſi quis. Sunt, inquit appendiciæ pręcedentis inſtõnis.

Aquiminarium vas eſt, quod quoquouerſum fundit aquas, vñ Gręci ex Herodoto, interprete Valer. parirhanterã dr̃, à peri circum, & rantizo ſpargo, ſiue irroro, Pomponius lib. 34. de auro, &c. l. & ſi. De aquiminario dubitatũ eſt. Et puto contineri: nã, & hoc propter ęſcã paratur. Et eo. tit. l. in argento. De aquiminario, inquit, Caſſius ſe conſultũ rñdiſſe. Item de ſuppell. leg. l. 1. aquiminarij ſæpe meminit.

Arcarius, is dr̃, qui pecuniam publicã adſeruat. Hieronymus in calce epiſtol. ad Roma. pro eo, quod in Græco eſt œconomus ipſe arcari9 interpretatus eſt. Salutat, inquit, vos Eraſtus arcarius ciuitatis. Scæuola lib. 40. dige. in titu. de fideicom. liber. l. Thais. §. Stichũ, in-

quit, rationibus redditis manumitti volo: Stichus arcarius ꝓbante dño nomina fecit. In codice quoque Iuſtinian. titu. eſt de ſuſceptoribus, & ꝑpoſitis, & arcariis, pōt igitur arcarius eſſe publicè, & priuatim.

Archiatros ex Græco interp̃tatur princeps medicorũ, dictus ab arcos quod eſt princeps, & iatros medicus Augu. lib. 3. de ciuit. dei Vbi ſe inquit, Aeſculapius excuſabit quod archiatrum ſe nō obſtetricem profitebatur. Hierony. ad Euang. Ne fieret, ait, aliqua plaga, q̃ ſcientia nři lateret archiatri. Iulius quoq; Firm. lib. 2. matheſ. Mercur. in 3. ab horoſcopo loco conſtitutus facit archiatros. In codice iuſtiñ. ti. de ꝓfeſſionib. & medicis, li. 10. Medicos, inquit & maximè archiatros, vel ex archiatris, & infra, l. archiatri, inquit, ſcientes annuaria ſibi commoda.

Archigeron interpretatur prĩceps ſeniorum, quorum gerontos Grçcè eſt ſenior, ſiue ſenex. Iu. C. Iuſt. tit. de epiſcop. aud. leg. archigerōtes. Archigerontes, inquit, & dioecetæ. Acc. quod mirũ ſit, archigerontes archipresbyteros interpretatur rectè, quod presbyteros ęquè ſenior interpretatur, vt idem ſit archigerō, quod archipresbyter.

Archigubernius interpretať gubernatorũ princeps, ſiue claſſis præfectus: cōpoſitũ nomen ex Græco, & Latino quod per quam rerum eſt, aliqñ fieri ſolet, vt Quin. li. 1. oſtendit. Liboneus. li. 36. dig. tit. ad Senatuſconſultũ Treb. l. eius. Saturnius inquit, Archigubernius ex claſſe Britanica.

Archimādrita interpretať agminis ſiue gregis princeps: mandra nanq; multa ſignificat apud Græcos ſpelũcã interpretatur frater Ioannes Carmelitanus. Iuu. mãdrã poſuit pro mulione, cũ in 3. Satur. ſcripſit, Stantis conuicia mādræ. Martialis pro ipſa multorum concatentatione, dicēs: Vixq; daŧ longas multorum vincere mandras. Atque idē alibi pro calculo in ludo, quē vocat vulgus ſcacorũ, his verbis: Sic vincas nouiumque publiũq; Mandris, & vitreo latrone clúſos. In Co. tamē Iuſtin. lib. primo, pro pontifice accipitur. Reuerendiſſimi, inquit, archimādritæ.

Idem

Idem col.1. de monachis. Deo,inquit, amabiles epiſcopi, & archimandritæ, vtrobique pro paſtore.

Archimimus interpretatꝰ princeps minorum. Sunt autẽ Mimi poemata laſciuiẽtia in turpitudinẽ,de quib.ſcripſit,Ouid.Scribere ſi fas eſt imitãtes turpia mimos. Et Martia. Mimos ridiculi Philiſtrionis. Mimus verò, authore Diomede,dictus ẽ qđ oĩa ſolus imitetur, a verbo Græco mimeone, quod interpretatur imitor,nã cũ alia poemata idem faciãt, hic tamen peculiari quodã modo.Iulia.lib.38.de oper. li.l.patronus.Nam ſi quis, inquit,archimimum vel pãtomimum.

Architectus interpreratꝰ princeps fabrorum,nam tecton eſt faber lignarius maximè ſed architecti negotium ad plura ſe extendit Vitr.lib.1. de architect.Architecti, inquit, ſcientia eſt plurib. diſciplinis,& varijs eruditionib.ornata, cuius iudicio probatur oĩa,q̃ à cæteris artib.proficiſcũtur opera, ea naſcitꝰ ex fabrica, & ratiocinatione.Hinc Pau.apoſt. translatione vtens dixit in Epiſt.quadã.Quaſi ſapiens architectus fundamẽtũ po ſui.Calliſ.li.6o.de iu. im.l. quibuſdam Veterinarij, inquit,architectus.

Archiuũ interiectꝰ, u, à Latinis dr̃, quod eſt Græcis archion, quod interpretatur principiũ, & eſt locus vbi monumẽta literarũ publicè adſeruatur. Mar. in Philol. nuptijs. Cloto & Lache, ſis librariæ ſuperũ archiuique cuſtodes. Hier.in prol. Eſter. librum inquit, Eſter varijs trãslatorib. conſtat eſſe vitiatum, quẽ ego de archiuis Hæbreorum reuelans verbum è verbo expreſſius tranſtuli. Vlp.li.48. tit.de pœnis.l.mortis. Quo loco,inquit,publicè inſtrumenta deponantur archiuo fortè, vel grammatophylacio.

Area, inquit Feſtus Pomp. locus, eſt uacuus quaſi exaruerit,& nõ poſſit quicquã generare, qualis eſt in qua teruntur meſſes. Eſt quoq; in urbe ſolum, ſiue terrę ſuperficies, in qua nihil eſt ædificatũ. Florent.de verb. ſign.l.fundi. Locus,inquit, ſine ædificio in vrbe, area, in rure, ager.

Arelatenſis ab eo eſt, quod eſt Arelas,ſiue Arelate, ciuitas

nitas prouinciæ Narbonẽſis, nũc eſt Arles. Pli. lib. 32. Pompeius Paulini equitis Arelatenſis filius. Scæuola li. 33. dig. de vſu, & vſufr. l. codicillis. Ad temp. inquit, Arelatenſium pertinere.

Arenã plerunque pro amphiteatro ponit̃, quo in loco beſtiæ cõficiebat̃, ſic appel- tus, ab eo, q̃d arena in ſolo ſpargebat̃, quę ſanguinem effuſum ex vulnerib. ſiue ferarum, ſiue gladiatorum ebiberet. Iuuẽ. Leaonibus atq; laniſtis. Libertas iuriſque idẽ contingat arenæ. Vlp. lib. 48. dig. tit. de accuſatori. l. qui iudicio. Qui cũ beſtijs, inq:uit, depugnandi cã in arenã intromiſſi sũt'. Hinc & Arenarij dicti, qui operas ſuas locabãt, aut ob ijciendo ſe feris, aut cõgrediendo cũ altero gladiatore, cuiuſmodi hoĩes infames ſunt, Calliſtratus lib. 38. de operis libertorum, l. hæc demũ. Neq; arenarius inquit, manumiſſus, &c.

Areuſa nomen celebre eſt fęminarũ in libris digeſt. In libris recẽtiorib. mendosè legitur. Aretuſa. Neq; ignoro Arethuſam nympham eſſe, & fontem eiuſdem nominis in Sicilia, de vtraque Virgilius in Bucolicis, & in quarto Georgicorum lib. Sed quod ad iuris rationẽ attinet, nihil refert Areuſam dicas, an Arethuſam, nos puritatem lectionis defendimus, quod Grãmatici proprium eſt officium.

Argentarius non tam argenti opifex eſt, quàm is, qui pecunias publicas exigit, aut pecunias ſub fide publica pmutat, q vulgo Cãpſores appellãtur. Marcellus lib. 40. de ſtatuliberis, l. Stichus. Aut Argentarię, inquit, menſæ exercitores. Itẽ li. 2. dig. ti. de edendo. l. prætor. Prætor ait, Argentariæ menſæ exercitores.

Armentum, inquit Varro de lingua Latina, dictũ eſt, q̃d boues maximè parabãtur, vt inde elegerent ad arandũ, inde armenta dicta postea, tertia litera extrita, ꝓ aramenta. Feſtus tamen Pompeius armẽtum id genus pecoris appellat, quod eſt idoneũ ad opus armorum. Pomponius tit. de verbo. ſign. l. boues. Boues inquit, armentorum magis quam iumentorum nomine appellantur.

Armillę, inquit Feſtus, erãt ex auro, quas viri militares ab

Impe-

Imperatorib. donati gerebāt dictæ, ꝙ antiqui humeros cū brachijs ramos vocabāt vnde arma ab his depēdentijs ſunt vocata Vlp. lib.34. dig. de auro, & arg. leg.l.argumento. Inaures, inquit, & amillæ.

Arra,arræ,ſiue arrabo,arrabonis,propriè illud eſt,qđ datur pro emptionib. confirmandis. Nā quemadmodū Vlpianus ait,ſine pretio vēditio nulla eſt, neq; pretij numeratio, ſed conuentio facit emptionē. Sed, vt Caius Iuriſcōſultus ait,qđ arra pro emptione dare,non eo pertinet, quaſi ſine arra cōuentio nihil ꝓficiat,ſed vt euidētius probari poſſit conueniſſe de ꝑtio.Sed cur in ſponſalibus cōtrahēdis a ſponſo arræ dētur ſponſæ, vndeque ea res habeat, originem, pauci nouerūt. Conſuetudo fuit apud maiores noſtros,vt ſponſus,& ſponſa inituri fœdus matrimonij ſe inuicē coemerēt, facta igitur pretij conuentione,& ſpōſa emebat ſpōſum dotis ꝑtio. Id qđ Plautus expreſſit dicens. Imperiū accepi,dote libertatem vendidi, & Iuuenalis. Veniunt an dote ſagittæ Libertas emitur, Econtrario ſpōſam,Vnde eſt illud Virgilianum ex primo Georg. Teq; ſibi generum,Tethys emat oībus vndis. Sed qa vtrūq; pretiū erat in ꝑtāte viri, accipit ille dotē, quia emptus eſt a ſponſa, illa verò tm̄ accipit arras, quod eſt quaſi quoddam emptionis ſignum. Aliquando tñ arra pro pignore ſimpliciter accipit̄ apud authores.

Arremo,onis,trochleę genus, eſt manicha ad ſubleuāda onera, quæ Græcè dr̄ epagon.Vitruuius lib.10.de Architectura. In radice inqt, machinæ collocatur tertia trochlea,eā Gręci epagonta, noſtri artemonē appellāt. Lucas in apoſtolica hiſtoria,c.27.Artemone quaſi Gręca dictione vtit̄, cum dicit. Et leuato artemone ſecundā auræ ſtatū, tendebāt ad littus, Nā in Græco artemona poſuit, ſed fieri poteſt vt a ſermone Latino acceperit Lucas,cū præſertim qui cū Paulo erāt in ea nauigatione Romani eſſent, aut ſaltē Romanè loquerētur. Quod ſi artemo dictio Latina eſt, non pōt per th, aſpiratū legi, id qđ Iſodorus putauit, cū nulla dictio

dictio Latina th, ſed neque vllam aliam conſonantem aſpiratam recipiat. Iabolenus, de ver. ſig. l. malũ. Malũ nauis eſſe partem, artemonẽ non eſſe, Labeo ait.

Aſſeſſores dñr, qui aſſident iudici, non vt iudices, ſed vt approbaturi iudicis ſniãm quõ Saluator noſter diſcipulis dixit. Sedebitis, & vos ſuper duodecim ſedes, iudicantes 12. trib. Iſrael, Iul. Firm. li. 2. Matheſ. Mars, inquit aſſeſſores maximos iudiciũ facit, Paulus li. 1. dig. ti. de off. aſſeſſ. l. 1. Officiũ aſſeſſorum, quo viri ſtudioſi partib. ſuis fungũtur, in ijs cauſis conſtat. In codice quoq; Iuſt. titulus eſt de aſſeſſoribus, & cancellarijs.

Athleta interpretaẽ pugil ſiue certator, quia athlos eſt certamen, & athlon ipſum certaminis pręmiũ, res quidem honorifica nõ quemadmodũm eorum, qui artẽ ludicram exercẽt, infamis. Iuuenalis. Leuibus athletis & vaſa nouiſſima denotat. Vlp. li. 27. ti. de excuſationibus. Athletæ, inquit, habẽt a tutela excuſationem. Vlpi. li. 2. dig. ti. de ijs qui not. l. athletas. Athletam autẽ artem ludicram nõ facere.

Atriẽſes ſiue atriarius, ſeruus eſt, qui alijs ſeruis a dño p̃ponitur, dictusq; atrio, hoc eſt primæ domus parti, vbi apud antiquos diuitiæ adſeruabantur, cuſtos adhibebatur, de cuiuſmodi ſeruo Virg. intellexit cum in Ae. dixit. Fiduſq; ad limina cuſtos. Et qualis eſt aut fingitur Plautinus ille Saureas atrienſis, qui ſit quaſi ęconomus, ſiue villicus. Plin. Cęcilius in epiſt. Sumptus atriẽſium, topiariorum, & fabrorum. Seneca quoq; in epiſt. Sed habet villicus atrienſis colonus, Vlp. li. 33. tit. de fundo inſtru. l. inſtrumenta. Si villa, inquit, cultior eſt, veluti atrienſes. & ſcoparij. Item de ver. ſig. in l. lege. Vtrum, ait, diſpenſatores, inſularij, villici, atriẽſes. Accu. trienſes interpretatur, qui purgant atrium.

Attellanus, a, um, ab Attella vrbe Cãpaniæ, de qua Sill. li. 11. Punicorum. Iamque Attella ſuas, iamq. & Calaria adegit. Inde Attelani ludi, & Attellanę comędię. Iuue. Vrbicus ex odio riſũ mouet attellanæ Geſtib. autonoes. Scę. tit. de le. 3. l. patronus. Fundum, inquit, in regione Attellana legauit.

Au-

Autorare aliquē, eſt illū ſibi obnoxium facere atq; obligare, qm̄ authores dicunt, qui habent poteſtatem aliquid faciendi, & ſine quorū authoritate non pōt aliquid fieri. Vnde tutores dicūtur authores pupillorū, & milites dn̄r authorari a duce ſine præfecto exercitus, i. obligari in illorū verba iurantes. Vnde titulus eſt apud Iuriſc. de legendo vel authorādo milite, & inde authoramentū pro ipſa obligatione. Vn̄ Sen. dicit, Nullū ſine authoramento malum eſt. Et Cic. in 1. off. Eſt. n. illis ipſa merces authoramētū ſeruitutis. Vlp. li. 26. ti. de autor. & con. tu. l. etſi plurib. Si tutor, inqt authoretur cui adminiſtratio tutelæ conceſſa non ſit, pro obligetur. Inde componitur exauthorare pro eo, qđ eſt ab obligatione ſoluere, in l. verbo ex authorare.

Aurum coronariū dicebatur, quod erat coronis faciēdis aptiſſimum, & quantū poſſumus, coniectura aſſequi eſt illud quod ex inſulis Indorum nuper repertis aduehitur, non quodcunque ſed, ꝙ vulgo dicitur Guanin, neque enim eſt eiuſdem ſpeciei cum auro communi, quoniam igni purgatum, non pertingit gradum vigeſimum in ſacris literis hoc genus auri Cethim dicitur, & inde Cether dicta, eſt corona auri. Huius generis auri meminit Iuſt. in ſuo codice titu. de Iud. l. Iudæorum. Quam formam, inquit, patriarchæ quondam coronarij auri nomine poſtulabant. Item libro 10. de auro coron. l. vnica. Ad collationem, inquit, auri coronarij placuit neminem abſque conſuetudine eſſe cogendum. Sed cur illud auri genus deſtinaretur coronis, illam puto fuiſſe cauſam, quod ſplendore quodam peculiari fulget.

B

Bacula aurum eſt nondum purgatum, neque adhuc in maſſam redactū, Græcè chryſamos dictum, & quaſi ab eo, quod ſit aurum imperfectum. Neque eſt verbum Latinum, quod Accur. putauit, ſed Hiſpanum. ſcribit Plin. lib. 33. Nat. hiſt. Hiſpani, inquit, aurum

aurum quod minutũ eſt, balucã vocant. Iuſtinianus li.11.in ti.qui eſt de metallaris. Octonos, inquit, ſcrupulos in baluca. Et infra l. ob metallum. Quatuordecim, inquit, vncias in baluca. Cuius legis ſẽſus hic ẽ, qđ ſi metallarij cõduxerũt a principe aurifodinam aliquot auri libris, puta centũ, id debere eſſe purgatũ, quod ſoluẽdum eſt. Quod ſi voluerint ſoluere in baluca, debere pendere pro ſingulis libris quatuor denas vncias, hoc eſt pro intertrimento, & ſpurcitia duas vltra duodecim. Eſt operęptiũ aud reſomniãtẽ Accurſium, Baluca inquit, vas lucens, quaſi in eo vaſe aurei illi vectigales principi deferrentur. Sed quia hæc interpretatio ſibi non placebat, adiecit aliam non minus ridiculam. Vel baluca inquit, quaſi baiulans lucẽ hoc eſt auri ſplendore. Dic mihi, ò Accurſi, hoc eſt de quo tu gloriaris, accurrere, vel ſuccurere legibus an potius ea, quæ dilucidè a legislatore dicuntur, tenebris inuoluere.

Bannum a recentiorib. dr̃ illa ſpecies exilij, quæ ab antiquis dicebat̃ proſcriptio. En cartados hmõi exules Hiſpani appellãt, Itali bannitos, ij ſunt, de quib. in iure ciuili, & apud authores Latinos dicit̃, quod carent de iure togę, quibus aqua, & igni interdictum eſt, C. de epiſcopis, & clericis, in noua conſtitutione Federici, Banno, inquit, imperiali ſubiaceant.

Bapheus interpretat̃ tinctor & baphe tinctura, vtrunq; ductum a bapto, quod eſt tingo, ſiue colore inficio. Ser. in illud Virg. li.4. Geor. Hyali ſaturo fucata colore, iuxta Tarẽtum, inquit, ſunt Baphia, vbi tingitur lana, Inſt. lib.11. eod. titu. de murilegulis, l. baphei, inquit, Per quos & priuata noſtra ſubſtantia tenuatur & ſpecies gynecij confectæ corrumpuntur. Idem in ti. de veſtib. holobaris, lib.11. l. purpuræ. Ad baphia, inquit, Phœnices.

Baſtagiarij, ſiue baſtazontes dicũtur baiuli, & corbulones, qui ferũt onera humeris, dicti a baſtazo verbo græco, quod eſt porto, as, latinè. Iuſt. li.11. eo. ti. de muril. & baſtagarijs. Quod ad præſens, inquit, remedium

per-

pertinet, quintum animal baſtagarijs pro reparatione prębeatur. Accur. nihilo plus ſuccurrit, quã ſolitus eſt. Sunt, inquit, baſtagarij, qui cogũt ruſticos ad hoc, vel ſunt becharij de domo principis. Becharios Itali vocant lanios, ſiue laniones, ſed diuinat, vt ſolitus eſt alijs in locis.

Berytos ciuitas eſt Syrię Phęnices prope Tyrum & Sidonia patria Vlp. Iuriſ. Pli. li. 5. Berytos inquit, Colonia, quæ Fęlix Iulia appellatur. Scę. lib. 45. dig. tit. de verb. obli. l. qui Romę. In prouincia, inquit, Syria in ciuitate Beryto. Pau. quoq; in ti. de cenſib. Beryto, inquit, in Phęnicia. Hinc beritius, tia, tium. Vnde Plin. vina berytia celebrantur. lege ſtatum biblij.

Biblius, a, um, a Biblo oppido quoq; Phęnices, de quo Strabo, Plinius, Mela. Eſt & in eadẽ prouincia Palębiblos, i. antiqua biblos. Bibliorũ meminit Ezechiel Proph. c. 26. & 27. Iuſ. li. 10. Codicis, ti. qui eſt de municipibus, & originarijs. Cũ te Biblium origine, incolã autem Berytium eſſe proponas. Vtraque enim Syriæ Phęnices eſt ciuitas, & altera alteri finitima eſt.

Bibliotheca locus eſt, vbi reponuntur libri, nã biblos interpretatur liber, theca repoſitorium, quẽadmodũ Dactylotheca, vbi reponũtur annuali, Oporotheca, vbi fructus arborũ, Pinacotheca, vbi tabulæ, Vlp. li. 32. diſt. qui eſt de leg. 3. l. librorum. Libris, inquit, legatis bibliothecas nõ contineri.

Bidens, tis, genus eſt inſtrumẽti foſſori dictum ex eo, ꝙ duos hẽat dentes, quemadmodum raſtri, ꝙ habent plures. Iuuenalis. Viue bidentis amans, & culti villicus horti. Vlp. lib. 33. dig. l. inſtrumenta, Ligones, inquit, ſarculi, falces putatoriæ, bidentes.

Bini, æ, a, nomẽ eſt numerale diſtributiuũ, ſiue diuiduũ, hoc eſt, quod ſignificat tot res illarũ, quæ diuiduntur ſingulis cõpetere, vt ſi dixeris, bini argẽtei ſunt viritim diſtribuendi, intelligimus qđ ſingulis viris cõpetunt duo argentei. Poetæ abutunt̃ hac ſignificatione accipiẽtes bina ꝓ duobus ſimpliciter. Vir. 1. Ae. Bina manu lato criſpãs haſtilia fer-

ferro. Idem in 8. Frænaque bina meus, quæ nunc hēt aurea Pallas. Accurſius huiuſmodi noīa in bis tantū interpretatur, vt bina pro quatuor, qina pro decem, dena pro vigin.i. cōtra mē tē legislatoris, magnoq; ſenſus detrimento. Lege in dictione deci. Eſt alia ſignatio huiuſmodi noīum q iūgumur noīb. pluraliter declinatis, vt ſi dicas, binas literas tuas accepi iutelligo, ꝙ accepi duas epiſt. ſed binas dixi, quia literæ, arū, ꝓ epiſt. caret numero ſingulari. Hinc eſt ꝙ M. T. reprehendit filium Ciceronem quia ſcripſerat ſe accepiſſe duas literas, cum debuiſſet dicere binas, nam dicendo duas, ſignificabat, quòd duo tantum elementa accepit, puta a, b. Neratius li. 39. tit. de damno infe. l. qđ Cornelius Binarū, inquit. ædiū, & in alia lege de ſeruitutib. vrbanorum præd. cuius initium eſt, Binas ædes habeo, alteras tibi lego vtrobiq; ſignificat duas domos. Nam ædes pluraliter declinatum (vt diximus in dictio ædicula) domū priuatam ſignificat, ꝙ ſi dixiſſet duas ædes, intelligendū eſſet, ꝙ habebat duo templa, quando quidem ædes templum ſignificat in vtro que numero, aut quemadmodū Accurſius interpretari conſueuit, in bis tantū quatuor templa.

Biſextus appellat̄ dies ille intercalaris, q in quarto quoque anno interponitur, mēſe Februario, die 6. Calend. Martij, vnde biſextus dicitur, ꝙ bis numeramus 6. Calendas Martij. Sed vt alterum ab altero diſtinguatur, in priori dicendum eſt ſexto Calen. Martij die intercalari, in poſteriori ſimpliciter ſexto Cal. Martij. Eſt autem intercalare ferè interponere. Cauſa verò adijciendi illum diem ea nimirum fuit, vt curſus ſolis cum numero dierum cōgrueret, quod fieri nō poſſet, niſi quarto quoque anno dies vnus adderetur, qui colligitur ex quadrāte, hoc eſt ſex horis, quæ ad complendum ſolis curſum poſt 365. dies ſuperſunt, de quo multa apud Macr. in j. Satur. Celſ. de verbo. ſig. l. cū biſextus, &c. vbi Accurſius multa delirat.

Byſſic⁹, a, um ſiue byſſinus a, um, eſt res byſſi materia cōſtans.

ſtans. Eſt autẽ byſſus genus lini cãdidiſſimi circa Elidẽ Achaiæ naſcẽs, neq; vſquã ferè alibi, quẽadmodũ Carbaſus ĩ Hiſpania iuxta Tarraconẽ de vtroq; Pli. eſt autor li. 19. Nat. hiſtori. Byſſi meminerũt ſacræ literæ in vtroq; teſtã. Martianus lib. 39. ti. de publicanis. l. fi. Xylocinnamomum. opus byſſinum, vbi pro byſſico mẽdosè buſſicum legitur.

Bombycinus, a, um, qđ eſt à bõbyce, Eſt aũt Bõbyx vermiculus, ex cuius capillamẽto depectitur, qđ vulgo dř, ſirgo ſiue ſeda. Nã ſericum lõgè aliud eſt, q̃ quod putat, vulgus ĩcertus loquẽdi artifex, de quo in verbo Sericũ. Sũt igiř veſtes bõbicine, q̃s ignari harũ rerum vocant ſericeas Iuuenalis. Hæ ſunt. q̃ tenui ſudent in Cyclade, quarum Delicias, & paniculus bombycinus vrit. Vlpi. li. 33. tit. de au. & ar. le. l. veſtis. Veſtimentorũ, inquit ſunt omnia lanea, li neaq. ſerica, vel bõbycina.

Bona orũ, inq̃t Feſtus, dñr ſubſta rerum, ſic dicta, qđ viris bonis digna sũt. Sed aľ vulgus accipit bona, aľr ſapiẽtes. Vulgus nãq; imperitũ ea tm̃ appellat bona, q̃ sũt fortunæ ſubiecta, cum illa infimũ gradum in genere bonorum obtineãt, imò vero ſm Stoichos neq; oĩno ſint bona ſimpliciter, cætera vero bona cum additamento, aut bona vtilia, aut bona iucũda, Iuriſconſulti tñ quia cũ vulgo & ad vulgum loquunť, bona vocãt patrimonium & cẽſum cuiuſque, vt Vlpian. ti. de ver. ſign. l. bonorũ appell. &c.

Bractearius eſt ille, qui eſcat aurũ in tenuiſſimas laminas, q̃ dñr bracteę. vt apud Vir. li. 6. Aẽ Tenui crepitabat bractea vẽto. Inde bractearius d. Iul. Firmicus li. 3. matheſeos. Venus, inquit aurifices, inauratores, bractearios, & argẽtarios facit. Inſt. li. 11. Cod. l. 1. Artifices, inq̃t, bractearii. Accu. Pẽtabu gos interp̃tať, i. q̃ faciũt q̃ iã volubilia circa frænos, ſed in qua lingua dicantur hmõi artifices pẽtaburgi, ego fateor me ignoraŕ, quẽmadmodũ poſſum per ſancte iurare. Accurſium oĩno non intellexiſſe. quid bractearij nomine ſignaretur.

Brephotrophium, locus eſt, vbi ĩfãtes expoſiti publicè aluũť, nã brephos ĩterp̃ta. ĩfans, & trophe alimẽtũ, ſic

orphanotrophium dr̄, vbi alũtur orphani,& ichthiotrophiũ vbi piſces, periſterotrophium ubi columbæ. Iuſt.in Cod. ti.de ſac. ſanc. eccleſ.l.illud, vbi mendoſe bephotrophium legiẽ expũcta ſecunda litera. Item, & iterum.l.ſancimus, atque iterum l. vt inter, habetq; accentum in penultima.

Bubulcus eſt cuſtos bouũ,aut qui bob.vtitur. Ouid.4.de Põto.Per medias.Iſtri plauſtra bubulcus aquas. Cato de re ruſtica. Bubulcũ unũ habeat,aſinariũ unũ Pau. lĩ.3.dig.de fun.inſt.l. cũ de lanionis. De bubulco inquit,ſiue de eo qui ibi bobus arat.Inde bubulonic⁹, a,um,res ad bubulcũ pertinens,ut in eo.titu.l. ſed, & ſtragulas,veſtes, & bubulonicas, q̃ eqs inſterni ſolẽt.

Buccinũ, genus conchyliorũ eſt,ex q̃b. purpureus color inducitur,nã purpuræ annumerantẽ murices, Buccina,q̃ à Græcis dicũtur ceryces,& quæ ꝓprio noĩe dñr purpuræ.Vlp.lib.32.qui eſt de lega.3.l.ſi cui. Purpuræ appellatione oĩs generis purpuram contineri puto, ſed coccum non continebitur: buccinum aũt & ianthinum continebitur.Acc. colonis genus dicit.

Bupreſtis,ut ſcribit Pli.beſtiola eſt rara in Italia, ſimilima ſcarabeo lõgi pedi. Idẽ li.12.Pollet,inquit, contra catharides bupreſtim,& Pityro cãpas. Apud Marc.48. lib.digeſto.l.eiuſdẽ.vbi pro bupreſti, & pityocampis mendoſe legitur buboſtris, & pituo carpas. Si quidẽ dr̄ bupreſti quaſi bonis p̃ſter. i.ſerpens,nã ſubit nares bouum, atq; ita enecat illos.

Burbo,partus eſt ex equo, & aſina,ſicut ediuerſo mulus ex aſino,& equa. Hiſpani burdieganos appellant. In 4.Reg.li.c.5.Hier.interprete.Obſecro,inquit,cõcede mihi ſeruo tuo, ut tollam onus duorum burdorũ de terra. hos Græci ginnos vocant. Theo. Gazes ex Ari. in lib.de animal.Inos interpretatur.Vlp.li.32.di.q̃ eſt de leg.3.l.item legato. Vel lectica,vel burdones.

C

CAballus ab equo eo diſtat,ꝙ caballus fera nunquam ſine deriſione dicitur,atque ideo Satyrici poetæ, qui cum riſum excutiant

tiant nemini parcũt, caballo potius q̃ æquo vtunt̃ Lucili. apud Nonium Marcellum. Succuſſatori tetri tardique caballi. Et Horat. Satureiano circũuectare caballo. Equus verò nõ dr̃ niſi de apto, & qualem Vir. 3. Geor. deſcribit, dicens. Cui ardua, ceruix, Argutumq; caput breuis aluus, obeſaq; terga, Luxuriatq; thoris animoſum pectus, &c. Pomponius lib. 33. ti. de fund. inſt. l. ſi ita. Caballos, inquit. qui in priſtinis eſsẽt. Nã priſtinis nõ delegant̃ niſi mali, & de q̃bus Iuuenalis dixit. Dños pǩijs mutare iubent̃. Exiguis, tritoq; trahũt epithedia collo. Segnipedes dignique mola verſare nepotis. Hos Hiſpani rocines illos caballos appellant.

Cacabolla grãdior eſt, ſiue illa ſit ex argilla, ſiue ex ſtãneo, ſiue ex argẽto, vel alia quacunq; metallica materia Col. lib. 13. de re ruſt. in cacabo figlino nouo coqui tur, vel ſtanneo muſti arbuſtiui aminęi, vrna. Eccl. 13. Quid cõcabit cacab. ad olla qñ. n. ſe colliſerint, conſtringent̃, quaſi cacabus ſit metalli tm̃ materia, & olla ex creta duntaxat figlina. Põp. li. 33. ti. de au. & ar. le. l. & fi. Certè, ĩ q. t, ſi cacabos arg. habebat, vel miliariũ argẽteum. i. vas ad coquendum milium.

Caducũ, ex l. Papia, legatũ erat relictũ ſub cõdõne, qua deficiẽte, vel viuo, vel mortuo teſtõre cadebat, & redibat, vel ad teſtõrẽ viuũ, vel ad ſubſtitutũ eo mortuo. Vñ ti. ẽ ĩ C. Iuſ. de toll. cad. Iuuen. Legatum omne capis, nec non, & dulce caducum. Commoda præterea iunguntur multa caducis.

Cæduus, a, um, à cedẽdo. i. ſcindẽdo dr̃, vñ ſylua cędua dicta, q̃ḋ illius arbores licitũ ẽ ſcindere, ſiue lignorũ, ſiue materię cã. Nã ſyl nũq̃ dr̃ niſi de arboribus. Pli. Cęcilius in epiſtolis. Cæduæ, inq̃t, ſylue, cum mõte ipſo deſcẽdũt. Caro de re ruſti. Sylua, inq̃t, cędua, &c. Papin. 24. dig. ti. ſol. mat. l. diuortio. Si arbores inq̃t, cæduę fuerũt, vel germinales. Itẽ ḋ ver. ſig. l. ſylua cędua.

Cœmentũ dr̃ à cœdendo, nec eſt quod vulgus putat, ædificij fundũ, ſed ſunt lapides, vt ait Nonius, quib. ędificia cõſurgunt, citatq;: Siſennam in 4. hiſtoriarum. Formidine, inquit oppreſ-

lis quod humilem cæmentis inſtructũ oppidi murũ ſciebat. Vit lib. 1. Saxa quadrata. ſiue ſilex, ſiue cæmẽtũ, ſiue coctus later. Vlp. li. 41. ti. de riuis. l. Seruius. Si riuũ cęmenticiũ velit facere, audiendum eſſe, hic pro lapidib. quadratis poſuit.

Caius Iuriſc. fuit, pace aliorũ dixerim, peritiſſim⁹ oĩum. Eius cõſulta conſultiſſima citanť q̃ ſæpiſſimè ĩ libris Pãdectarũ, ſed in illis Florẽtinis ſemp per C. Caius. in recentiorib. verò per G. Gaius. Cauſa verò erroris ab eo eſt orta, qđ Seruius grãmaticus ſcribit in 1. Georg. Virg. lib. tria eſſe nomina, q̃ ſcribunť p c, proferri dẽnt per g. Cneius Caius, Amurca. de Amurca ſuperius dictũ eſt in ſuo loco: de Caio per c, debere ſcribi. Quinti. eſt autor lib. 1. orator, inſt.

Calata, comitia dicebanť, autore Gel. quæ pro collegio Põtificũ hr̃i ſolebãt, aut regis, aut Flaminiũ ĩaugurãdorũ cã. Ea aũt in duo genera diuidebať, curiata videlicet, & cẽturiata de q̃b. Dion. Halic. & Liu. in 1. ab V. C. ſcripſerunt, Comitia verò calata dicebantur ex eo, ꝙ populus vocatus in vnum locũ ad ferenda ſuffragia cõueniebat. Cato. n. eſt vocare. Comitia præterea à coeundo, hoc eſt, conueniẽdo dicta ſunt Iuſt. li. 2. Inſt. tit. de teſt. ordinandis. Teſtamentorũ, inquit, duo genera in vſu fuerunt quorũ altero ĩ pace, & otio vtebãť qđ calatis comitijs appellabãt. i. ad cui⁹ ſolẽnitatẽ requirebať ppľi vocari cõſẽs⁹ đ reliquo lege ibidẽ.

Calcaria ẽ fornax, vbi calx ex coctis lapidib. conficiť. Vñ Plin. in hiſto. natu. ſcribit, oliuas cinere ex calcariis lętari. Imperator in titu. de pœ. l. aut dãnum. ꝓ fodina poſuit lapidũ, ex q̃b. igni: reſolutis calx ipſa cõficiť, nã de dãnatis ad metallũ loquiť, ſunt autẽ lapides ĩ genere metalli. Nam quod Accurſius dicit calcariã eſſe opus calcãdi terrã, ẽt pueri, qui nõ dũ ætate leuanť, intelligunt eſſe perinane.

Calculator propriè dicitur, q̃ per lapillos ruſticorum more competat, nam calculus eſt lapillis, vnde calculare, per lapillorũ ſigna cõputare. Mar.. Nec calculator inq̃r, aut notari⁹ velox. eoſdẽ appellamus, & calcularios Modeſt. li. 37. dig. de excuſ.

l.ſpadonum. Neq; calcularios inquit, quos vulgò ratiocinarios dicimus.

Calendariũ liber erat rẽnum quorumcũque, ſed earum tm̃,quæ ad fœnus pertinebant, & in quo debitorum noĩa ſcribebantur: dictum calendariũ, quia primo cuiuſq; menſis die, hoc eſt Calendis,pecuniæ dabãtur fœnori, & exigebantur cum vſura. Ouid. Si puteal Ianumq; times celeresq; calendas. celeres dixit, quia debitorib.cito redire vr̃ terminus debiti ſoluendi Hora. Qui niſi cũ miſero triſtes venere Calendæ. triſtes autem ab effectu vocauit quæ debitorẽ faciũt triſtẽ. Idẽ quoq; in Epodo de Alphio fœneratore. Oẽm redegit Idib. pecuniam, q̃rit Calendis ponere, i.ad vſuram, Seneca lib.1.de beneficijs, Nemo bñficia in Calẽdario ſcribit, i.in li. fœnera ticiarum rationum, vt inde ſortem cum vſura recipiat. Idẽ in quinto eiuſdẽ. Quid fęnus & calendariũ, & vſura, niſi humanę cupiditatis extra naturã quęſita noĩa? Atq; adhuc in epiſtolis: Forũ conterit,calendariũ verſat, fit ex dño procurator. Scæuola lib.33. dig.titu.de fundo inſtr. l. nepoti. Legauerat,inquit,prędia,vt ſtructa ſunt cum vino, grano, calẽdario. Itẽ Aphricanus, de leg.3.l.qui filium, Certa prædia nepoti per fideicõm ſsũ dederat. excepto calendario. Atq; ibidem.l.nomen. Noĩa,inquit,ex calendario, q̃ elegerit. Accur. nomina debitorũ calendariũ interprætatur, verè quidẽ, non ſufficienter, neq; enim quodcũq; debitũ venit appellatione calẽdarij,ſed tm̃ q̃d ex fęneratione conflat.

Caligatus miles dicebat̃, qui erat manipularis. Manipulus aũt exercitus, Varro de ling. Latina appellat minimas manus, q̃ vnũ ſequuntur ſignum, ex manipulis aũt cohors cõponitur. Caligatus autem dr̃ à caliga, hoc eſt, tibiali, ſiue ocrea, quod erat crurũ armatura de qua Tranquil. in vita Caij Cæſaris, Caligula, inquit,cognominatus eſt,q̃a manipulari habitu eſt inter milites educatus, De milite igitur caligato, hoc eſt,manipulari ſiue infimę cõditionis,dixit Iuuenalis, Cum duo crura habeas oſtẽdere tot caligatos Quin-

tilianus in declamationibus. Parere caligatū tribuno lex iubet. & paulò poſt. Cōmendent ibi ordinē caligati militis. Vlp. in titu. de ijs, q notanť infamia. Ait, inquit, Prætor, q ab exercitu dimiſſus erit, dimiſſum accipere debemus militem caligatum, vel ſi quis alius vſq; ad cēturionē, uel præfectū cohortis, vel aliç, ſiue legionis. Itē de cuſto. & exhi. reorū. l. de militib. & de re milit. l. omne delictum.

Camelaſia, ſiue camelaria, eſt curatio camelorū, q publicè, & ad vſus publicus alebanť. & Camelarij ipſorū camelorum curatores; quorū duo ſunt gña, alterū bactrianum, qđ vnū tm̄ hēt tuber, alterū arabicum qđ duo tubera in dorſo habet, eoſdē & dromedarios ob velocitatē curſus vocāt. Arcadius. lib. 50. tit. de muneribl. munerum; Camelaſia, inquit, perſonale mun° eſt. Et ibid. de camelario.

Cannabis herba eſt & materia vtilis, ex qua nō modo texa fiunt, ſed ēt funes torquētur. Vñ Perſ. Tibi torto cannabe fulto. Cœna fit in trāſtro. Vlp. li. 14. de exercitoria actione. l. 1. præpoſitus inquit, eſt legumini, & cannabi.

Cācelli ſunt ligna ĩnter ſe modicis interuallis in trāſuerſum connexa, quib. tribunalia, ſcenæ, & feneſtræ muniri cōſueuerunt: Cic. in verſi. Circundati cancellis vñr in ſua ꝓuincia. Idem j. de orat. Forēſib. cācellis circūſcriptā ſnīa. vtrunq; p translationē. Sed ꝓpriè Sidon. li. 1. de turba ſatelliū Theodorici Regis. Excluſa, inqt, velis, incluſa cācellis. Canticorū. c. 2. Hiero. interpræte. Reſpiciēs, inquit, p feneſtras, proſpiciēs p cācellos. i. per foramina cancellorū. Hmōi quoq; feneſtræ Clatratæ dñr. Aphricanus. lib. 30. qui eſt de le. 1. l. cætera. Si cancelli, inquit ſunt, vel vela. Itē ti. de fūdo īſt. l. q̄ſi tū. Cācellos quoq; inſtrō cōtineri puto, & alijs ĩ locis.

Cancello, cellas, verbū vr̄ eſſe ductū à cancelli, in quibus vt tranſuerſaria nectunť ligna, ita cū ſcripta ex pungēda ſunt, tranſuerſo calamo lineæ indicunť, quibus propriè illinire, ſiue allinire eſt vñ litura. Hora. in arte poet. In cōptis allinet arte Trāſuerſo calamo ſign. ac ſi dicat, cācellabit, Vlpi, lib.

li.28. ti. de iis, quæ in teſtõ delentur. l. cancellauerat, quis teſtm̃ uel induxerat,& ibid. l. proxima. Si omnem ſcripturam cancellaſſe. Itẽ lib. 12. de proba. l. ſi chirog. cancellatum fuerit.

Cãtharis, cantharidis, ſcarabei qdã ſpecies oblongioris eſt, maculas rubras trãſuerſarias hñs, Hiſpani in Bætica mea cubiculus uocant, aliis in locis Anadeios: in quo falluntur tẽpeſtatis nrę medici ꝓ cãtharidib. vt entes q̃ buſdã uermiculis ad muſcarũ ſimilitudinẽ. Pli. lib. 18. Eſt, inqt, cãtharis dictus ſcarabeus paruus. Gal. pꝛterea de medi. ſimplici, Cantharidum, inquit ſiue ſcarabeorum. Nã cantharis eſt ſcarabeꝰ cãtharis vero ſcarabei hñs effigiẽ, Marc. li. 48. tit. ad l. Cor. de ſicar. & ven. l. eiuſdẽ Et ꝙ qs, inquit, luſtramenti cã dederit cantharidas.

Cantharus uas erat, quo utebant in ſacris liberi pr̃is, habet anſas, atque ut ait Acrõ, patulũ erat. Virgi. in Buc. Et grauis attrita pendebat cantharus anſa. Pli. lib. 33. Cantharis potaſſe exẽplo Liberi pr̃is traditur. Eſt pꝛterea cantharus illud atq; conceptaculum, unde ſalientes erumpunt, quemadmodum apud Aphricanũ li. 30. dig. tit. de leg. 1. l. cætera. Cãthari, inquit, ꝑ quos aquæ ſaliunt.

Capitale odiũ, capitale ſupplicium, capitalis morb. qđ caput alterius, i. uitam petit. Capitalis hõ, & capitale crimen propter, quod caput cõmittentis peti dẽat ad pœnã. Feſtus Pompeius Capitalis, inquit, locus eſt, ubi ſi quid uiolatũ eſt, capite uiolatoris expiatẽ. Cic. de ſenectute. Nullam capitadiorem peſtem, quam uoluptatẽ corporis hoĩnib. à natura date. Pau. libr. 48. de publicis iudiciis. l. publicorum. Capitalia, inquit, iudicia ſunt, ex q̃b. pœna, mors, aut exilium eſt, hoc eſt aquæ & ignis interdictio per has. n. pœnas eximitur caput de ciuitate.

Capitiũ eſt capitis tegmẽ, ut inquit Nonius, citatq; Varonẽ in 4. lib. de uita patrũ in li. tñ de ori. ne ling. Lat. ab eo capitiũ dici putat, quod capit pectus, i. ut aliqui putãt, indutũ cõprehẽdit Iob. ca. 30 Quaſi capitio tunicæ ſuccinxerũt, ubi interpres capitium pro col-

latio vt accipere. Vlpi.li.34. de au. & argen.leg.l. vetus. Muliebria, inquit, ſunt veluti ſtolę, pallia, tunicæ, capitia, zonæ.

Capitulum à Pli.lib.3. naturalis hiſ. eſt oppidũ Italiæ, vnde poſſeſſiuum gentile, ponitur, capitulenſis Pau. lib. 50.dig.tit. de cenſib.l.fi. Similes ſunt Capitulenſes.

Capſarii dñr qui filiis nobiliorum ciuiũ ad ſcholas euntibus, libros deferunt in capſula. Iuuenalis de ſeruo capſario. Quem ſequitẽ cuſtos anguſtæ vernula capſę. Suetonio. Nerone. Conſtat quoſdam cũ pædagogis, & capſariis vno prandio pariter necatos. Vlp. lib.40. tit. de manu. vin. l. ſi collactaneus, vbi exprimitẽ capſarii offm̃, i. q̃ portat libros. Itẽ đ iure ĩmunitatis l. q̃buſdã

Careum genus eſt aromatis myropolis cognitum, nobis vero incognitum, quippe quod peregrinũ ſit. Pli. lib. 16. Peregrinum inquit eſt careum gentis ſuæ nomine appellatum, culinis principale Gale. ad Paternianum. cap. de careo. Vtitẽ eo quoque Apitius de re coquinaria. Paulus lib.33. dig. titulo de penu. legata l. non omne. Sed quod quidam negauerunt piper ligusticum careum, & laſer, eiuſmodi in penu non eſſe improbatum eſt.

Carrum ſiue carrus, & carruca plauſtra ſunt oneraria, hoc eſt comparata ad ferẽdum tm̃ onera. Cæſar in primo comment. Iumentorum inquit, & carrorũ quã maximum numerum coemere. Ita cõmentario quoque Hiſpanienſi. Per viarũ anguſtias carra complura. Martialis. O iucũda Couinẽ ſolitudo Carruca magis eſſedoq; gratũ. Iuriſcõſult. lib.39. ti. de donationib.l. ſi id. Vel grex, ait, vel carrũ, vel carruca. Item Scęuo. tit. de au.& arg.leg.l. vxori. An carruca dormitoria debeatur.

Carthaginiẽſes poſt n, literã, per i, non Carthaginenſes i, litera diſpuncta, vt nunc vulgus loquitẽ, debere ſcribi & proferri adſtipulãtur Florentinorum Pandectæ, in quibus quoties. Carthaginenſium fit mentio, ſic ſcribi aduotauit Lodouicus Bonegoitius, data ſibi copia libros illos ſæpe legendi. Sed, & Priſcianus lib.4. de octo partibus orationis;

tionis: Si nomina, inquit, ſunt tertiæ declinationis, abijciunt is, extremã geniti ui, & aſſumunt enſis, vt piſtor piſtoris, piſtoriẽſis: Carthago carthaginis carthaginienſis: hoc eſt ſex ſyllabarum. Atque ita in omnibus codicibus vetuſtis ꝓpè ſemper legit̃. Oſtendit hũc locum primus omniũ Laurentius Abſtemius, atq; ab omnibus viris doctis eius inuentio eſt admiſſa.

Caſſiopa ciuitas, & promontorium eſt Epiri, Strabone Ptolomęo, Plinio, atq; alijs authorib. Vlp. 12. lib. digeſt. tit. dę exercitoria actione, l. 1. Sunt, inquit, naues quæ a Brundiſio, vel a Caſſiopa, vel a Durachio vectores traijciunt.

Caſtellum eſt aquę conceptaculũ, vnde ex aquæductu publicitus diſtribuenda eſt per vrbem aqua. Feſtus ab antiquis ait, caſtellum diui diculum fuiſſe appellatũ, ex eo dictum, ꝙ inde aquæ diuiderentur. Apud Plinium, Vitruuium, & Frontinum, de aquæductibus, ſępe caſtellum in ea ſignificatione legimus. Aphricanus de leg. 1. l. cætera. Si cancelli, inquit, ſint, vel vela, legari poterunt non fiſtulæ, vel caſtella. Item lib. 43. de aqua quotidiana, l. 1. quid ſit. Vlp. ſatis clarè interpretatur: Ex caſtello, inquit, id eſt ex eo receptaculo, quod aquam publicam ſuſcipit. Caſtellanos Frontinus quoque illos appellat, qui caſtellorum curam gerunt.

Catadromus interpretat̃ decurſus, nã catadromeo eſt decurro, decurſio autẽ per catadromum nõ ſine periculo erat, quod & Iuriſcõſultus ſignificat, lib. 19. digeſt. de actionib. emptio. l. ſi ſeruus tuus. Eũ, inquit, fuiſſe ſeruum, qui per catadromum deſcẽderet, vt in cloacem demitti ſolitus eſſet. Suetonium in Nerone: Nouiſſimus eques Roman. elephanto ſuperſedens per catadromũ decurrit. Quod autem ludicri genus catadromus eſſet, nemo dicit, quod ego ſciam, neque auſim diuinare.

Cauma, atis, calor ſiue incẽd. interpretat̃, cauo. n. eſt calefacio ſiue incendo. Vlpi. de leg. 1. l. cũ res. Si fundus, inquit, cumate perierit. Atq; aliubi: prædia, inquit, quæ cumate perierunt. Atq; adhuc

hucalibi: Si caumate alioue caſu pars fundi perierit, quib.in locis caſma pro caumate legitur. Caſma naque per ch. aſpiratũ aliud ſigni fiat: hoc eſt cælihiatũ ſiue receſſũ. Authores ſunt Ariſtoteles in Meteorol. Pli. in 2. nat. hiſtoriæ. Seneca in prima, nat. quæſtione. Seruius lib. 9. Aeneid.

Cauillatio, inqt Nonius Marce. eſt ocioſa calũniatio, & cauillari, & iocati. Valla: Cauillatio, inquit, ſubdola, quidam, ratio, quã nõ conſcii nobis mendacii, vincendi cã proferimus. Vlp. titulo, de verb. ſignifi. l. natura cauillationis, &c. Itẽ de regu. iuris. Ea, inquit, eſt natura cauillationis, quam Græci ſcoma vocant.

Caupo dicitur propriè qui vinum uendit: caupona uerò eſt mulier, quæ uinũ quoq; vendit. Eſt & caupona locus, in quo vinũ uenditur, author eſt Priſc. Apulc. lib. primo, de aſino: De quadã, inquit, amita caupona ilico præcontor. Gel. li. 7. Qđ in caupona deliteſceret, qđ ad veſperam perportaret: Apud Iuriſ. ti. eſt li. 47. dig. furti aduerſas nautas, caupones, & ſtabularios, vbi de ac propemodũ quæ apud Horat. in 1. ſerm. leguntur.

Cauſarij dicũtur, qui cauſam hñt ex morbo, vt muneribus vacent. Liu. lib. 6. ab vrbe cõdita. Tertius, inquit, exercitus ex cauſariis, & ſenioribus. Seneca lib. 6. epiſtolarum. In animo noſtro ſunt quaſi cauſariæ partes, quibus adhibenda curatio eſt. Spartianus in Had. Omnes cauſarios ſubleuauit. Plinio lib. 45. Cauſariis vel latere vel faucib. Mart. lib. 49. titulo, de re milita. l. milites, Cauſaria, inquit miſſio eſt, quæ propter valetudinem laboribus militię ſoluit. Modeſtinus de excuſationibus. Propter ægritudinem, inquit, cãriam vocatam, cauſariam remiſſionem acceperint.

Cauſor, aris, eſt cauſam rei geſtæ afferre ſiue excuſationem. Quintil. Ne cauſanti pupillo ſic tutor iraſcatur. Virg. in Bucolicis: Cauſando noſtros in longum ducis amores. Vlp. libr. 40. tit. de fideicom. lib. l. generaliter: Neque enim cauſari debere, quo minus illi relictum ſit.

Cauterium, ferramentum eſt chirugicum ad inurendũ

vulnera. Eſt prӕterea cauterium inſtrumentum pictoriũ, quo vtũtur in pictura, quӕ dicitur encauſtice, de qua Plini. lib. 35. & Martialis: Encauſtus Phaeton tabula tibi pictus in hac eſt. Quid tibi vis Dipyron qui Phaetonta facis? De eadẽ quoque Ouidio dixit: Tabulasque coloribus vris: Martianus de fundo inſtructo. l. pictoris. Peniculi, inquit, & cauteria, & conchӕ, vbi mendosè per cauteria, cautheriӕ legitur.

Cedere diem ſignificat incipere deberi pecuniam. Venire diem, ſignificat eum diẽ veniſſe, quo pecunia peti poſſit. Ex Vlpian. in tit. qui eſt de verb. obl. l. cedere diẽ. Cedere poſſeſſionẽ vel vsũ fructum, vel ius, eſt alteri poſſeſſionem, vel vſum, vel ius tradere. Ambroſius ad Marcellum. Quid ſibi profuturum, quod iura poſſeſſionis cederes. Vir. 11. Aen. Cedat ius proprium Regi. Idem in tit. de leg. 2. l. ſimiliter. Si vſumfructum, inquit mortis cauſa ceſſero. Et in tit. de acquir. poſſ. ſӕpe

Celarium dicitur locus à reponendis celãdisque eſculentis poculẽtisque uictus Apud Colum. de re ruſtica. caput ex quo pacto villica tractare debeat cellaria. Iuriſcon. de leg. 3. Cellarium, inquit, iunctum eidẽ dietӕ. Cellarius verò eſt, qui cellӕ vinariӕ prę ſertim pręponitur Plau. in captiuis. Sume, poſce, pro me quid vis te facio cellarium. Vlp. libr. 33. de fund. inſtruct. l. quӕſitum. Cellarium, inquit, i. qui ideo prӕpoſitus eſt, vt rationes ſaluӕ ſint. Et alibi ſӕpe.

Cenotaphium interprӕtatur inanẽ ſepulchrum, i. quod ſine cadauere in memoriã tantũ defuncti conſtructũ eſt: quale apud Virg 3. Aeneid. Hectorem ad tumulum viridi quẽ ceſpite inanẽ. Vlpian. li. 11. de religioſis, &c. l. vel quӕ. Si cenotophiũ, inquit, ſit venire dicendũ eſt, & infra l. monumentum. Monumentũ, inquit, memorię cauſa factũ, quod Grӕcè cenotaphium dr̃: Et tunc ſcribitur per e, ſimplicẽ. Nam per ӕ, diphthongũ, ſignificat cӕnotaphium nouum ſepulchrũ, quale fuit illud, in quo Saluator noſter fuit ſepultus, de quo in Euãg. Sed per œ, diphthongũ, Cęnotaphiũ ſignifi-

ſignificat cõe multorũ ſepulchrũ, qđ Græcè polyandrõ quoq; dr̃. Taphos nanque ſepulchrum interpratatur. Cenos aũt ſine diphthon, vacuus, cęnos per œ, diphthon. ſignificare cõe.

Cenſeo.es, eſt arbitrari, vñ cenſores dicti, ad quorũ cenſione, i. arbitriũ cẽſeret populus, vt ſcribit Varro de lingua Lat. Feſtus quoq; Cenſores, inquit, dicti ſunt qđ rem ſuã tanti quiſque æſtimare ſolitus ſit, quanti illi cenſuerint. Hinc dñr Cenſiti, quorum res eſt æſtimata certa quadam ſumma & per eã in claſſem ſuam redacti, q ẽt Opitecenſi. i. opibus cenſiti dicebantur: & Capitecenſi qui nullo, aut paruo ære cenſebantur Autor eſt Gel. lib. 15. & Valer. vbi de Mario In codicis Iuſti. li. 11. tit. eſt de agricolis cenſitis, & infrà. In quibus cauſis coloni capite cenſiti dños accuſare pñt. Põp. tit. de acq. rer. do. l. ergo Cenſitorũ, inquit, vice fungitur,

Centones ſunt cilicia ex pilis caprarũ, ſiue panni craſſiores ex lana diuerſorũ colorũ conſuti. Pau. in Epid. In aliũ q̃ras cui centones ſarcias. Iuuena. Intrauit calidũ veteri cẽtone lupanar. Cato de re ruſt. Prius veterem ſagam accipio, vnde fiant centones. De hmõi ruſticis cẽtonib. loquĩt Iu. cõſul tus Vlp. libr. 33. dig. de fundo inſtruc. Cẽtones, inquit, funes percitę. Ac. Vgu rij authoritate, cẽtones interprętatur, puluinaria, id eſt opus factum admodum puluinariũ. Quid verò per puluinaria ipſe intelligat, ego nõ video. cum authore Seruio puluinaria ſint lectuli, qui ſterni templi con ſueuerũt. Principum quoque puluinaria dicũtur, vt apud Iuue. Lupanarias tulit ad puluinar odorẽ. Catullus quoque de nuptijs Pelei: Puluinar vero diuæ geniale vocatur.

Centurio miles dicebatur, q̃ præerat. c. militib. & cohors illa cui præerat, appellabatur Centuria. Centurionis ingne, vitis erat, ſiue, ſarmentum ex vite. Plinius; Centurionũ, inquit, in manu vitis. Iuu. de Mario ſub Centurione cõſtituto: Nodoſam poſt hæc frangebat vertice vitem. Luc. in 6. de Lelio centurione: Latiam longo gerit ordine vitam. Et Sillius libro ſexto. Leuius

nius ab alto:Priuerno vitis Litiæ præſignis honore. Et Martiali; Varre Paretonias Laria modo vite per vrbes. De vite quoque centurionum meminit Iuriſ. li. 40. dig.titu.de re milita.l.milites agrum.Si vitem tenuit, militiam mutat.

Certamẽ pro ludo, in quo eſt contentio,vbi etiam victori ab agnotheca præmium proponitur. Scæuola titu. de annuis leg.l.liberto. Certamina,inquit, ſub noĩe ipſius celebrarentur, i.ludi.

Certiorem facere quempiam eleganter dicitur, & nõ facere certũ. Nã quod Virg. in Aen. dixit: Anchiſe. facio certũ. carminis neceſſitate excuſat̃, ꝙ certiorẽ in verſu nõ potuit collocare, qđ ſyllaba breuis eſt inter duas longas, qđ heroicum carmẽ reformidat. Vtũtur Iuriſcõſ. hoc verbo Certioro,as,qđ apud eos, qui purè loquunt̃ in vſu non eſt. Vlp.li. 27.dig.de eo, qui ꝓ tutore,l. 1.Sed neceſſarios, inquit, pupillos nõ certiorauit.Idem quoque lib.27. tit.mandati. l. ſi fideiuſſor. Cùm certiorare poſſet, inquit,cum,non fecit.Certifico verò, & certificatio nuſquã quod meminerim legitur, niſi in lib.d.ti.de excu. Honores,inquit,& Immunitates certificauit ſcribẽs. Item de pignorib. & hypothecis, l. cum tabernam, q̃ eſt Scæuola, li.20.dig. Non certificationem,inquit,ſed ſuppoſitionẽ à me accipere (eruiſa,) vel ceruiſa, vel ceruiſium, potio eſt ex bordeo, ſiue tritico, ſiue ex pane cõcinata, & eſt ferè quã ſacræ literæ ex Hebræo ſermone interpretantur. Siceram, & idem quod zithũ. Sicera verò Hieron. ait, eſt omnis potio, quæ põt inebriare, præter vinum. Vlp. lib.33.dig.de tri.& vi.leg.l. ſi quis. Nec camũ, inquit, nec ceruiſa continebitur. Et paulò ante. Certè zithũ quod in quibuſdã prouincijs ex tritico, vel ex hordeo, vel ex pane conficitur. Str.lib.27.in deſcriptio.Aegypti, ſcribit commune illis populis eſſe poculũ, & fieri modis varijs appellat̃ autem à Græcis zithum,ab interpræte ceruiſum.

Character,eris, interp̃tat̃ figurã, vel ſignũ, vel forma. Cice.ad Brut.in orat. In oĩ re difficillimũ eſt formam q̃ character Græce dicit̃, expo-

ponere. Sed & ſtyli genus character ab autoribus dr. Vlp.lib.28.dig.tit.de teſt.l. ad teſtium. Dum tamē, inquit, habuerit characteres, dixit pro figuris literarum.

Charta eſt pagina ſcriptioni apta ex quacunq; materia illa ſit, ſiue ex plumbo, ſiue ex cortice, ſiue ex linteis, ſiue ex papyro, ſiue ex corio, quę dicitur membrana. De chartarū generib. Pli. multa 23. Natur. hiſtor. Vlpian. ti. de le.3.l. librorum. Librorum, inquit, appellatione omnia volumina continentur, ſiue in charta, ſiue in mēbrana ſint, ſiue in quauis materia, neq; enim mēbrana excluditur, à chartæ appellatione, cū charta mēbrana appellatur. Idē quoque ibidem. Si quis, inquit, chartas legauerit puras, mēbranæ nō cōtinebunt, q. d. niſi addatur, charta membrana. Idem quoque Vlp. in tit. de bonor. poſſeſ. ſecundum tabu. l. chartæ. appellatione, car. ēt ad nouam chartam refertur.

Chirographum, & pictura ex manu propria, quam autographum etiam appellant. Suet. in Auguſto. Nihil æq; elaborauerat, quàm ut mirarentur chirographū ſuū: Differt autē chirographū à ſyngrapha, q in chirographo tm̄, quę geſta ſunt ſcribi ſolēt, in ſyngrapha etiā contra fidem veritatis pactio ſcribit. Idem in eodē: Cuius pacti non dubitauit à quibuſdā iuſiurandum, à quibuſdam ſyngraphā petere. Per ſyngrapham intelligit Sueto. chirographum propria eorum, qui paciſcebantur manu ſcriptum, in quo talis pactio ſcripta erat nec negare poſſent. Paulo lib.42. dig. titu. de priuileg. cred. l. bonis, à chirographum chirographariū formauit, quod ſignificat eū, qui à debitore augraphum debiti habet. Chirographarijs inquit, creditoribus.

Choma, atis, ex græco interpretatur agger erit. Eſt aūt agger, vt inquit Seruius in illud Virg. 8. Aen. Atq; ipſis prælia miſcēt Aggerib. terra illa, quæ facto vallo propius ponitur. Vnde tit. eſt apud Iuriſconſultos de aggerib. Nihili non rumpēdis. Illi igitur aggeres propriè dn̄r chomata Græce, Vlp. libr.47. dig. titu. de extraordinarijs criminibus. l. ſacularij. Chomata, inquit,

quit, ſunt aggeres, qui ſolent aquam Niloticam cõtinere. Et ibidem ſæpe. Vbi ſemper pro choma per ch, & o longum, coma, atis, p c, exile mendosè legitur.

Chryſamos. Græcè dr̄, quã vt ait Plin. Hiſpani balucã appellant, de qua ſatis multa ſcripſimus in verbo baluca dicta à chryſos ſiue chryſiõ, qđ eſt aurum. Iuſti. codi. li. 11. tit. de metallariis. Octones, inquit, ſcrupulos in bacula, q̃ Græcè chryſamos dr̄. Accu. nõ minus in chryſami delirat interpretatione, q̃ ſuprà fecerat in bacula: Chryſamos, inquit, Græcè, Latinè, utilitas ut ſit chryſamos, i. iu utilitate publica: cũ tñ diſtet chryſamos à chreſmos, quod interpretatur utilitas; quantum Thais ab Hermione. Illud nanque per ipſilon, hoc per eta ſcribitur.

Cidonium malum, idem eſt qđ cotoneum, & vinum cidonium, qđ ex malorũ cidoniorum cõficitur ſucco. Vlpian. tit. de ui. tri. leg. l. ſi quis. Cidonia, inquit, & ſi qua alia ſunt vina, quæ nõ ex uinea fiant. Ea uero, ut diximus, ſub ceruiſia ſiue zitho contineri uidentur.

Cymbium poculi quiddã genus eſt, dictum a ſimilitudine cuiuſdã nauigii. Eſt aũt cymbium in forma diminutionis ab eo, qđ eſt cymba. Virgil. Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte. Pau. 33. dig. de auro, & arg. leg. l. pediculis, cymbia inquit, argentea cruſtis aureis illigata.

Cilicium ꝓpriè dr̄ textum ex lana caprina, ad uſum maxime tentorium, ſiue caſtrorum, vt dicit Virgi. libro 3. Georg. Vñ cilicina ſaga fiebant ad pluuias arcendas. Exodi ca. 20. Facies, inquit, & ſaga cilina undecim ad operiendum tectũ tabernaculi. Veg. quoq; lib. 4. de re milit. ſaga cilicina prætendi præcipit, ad excludendos impetus ſagittarum Vlp. li. 33. dig. tit. de fundo inſtructo. l. inſtrumenta. Vela, inquit cilina inſtra eſſe Caſſius ait, quæ ideò parãtur, ne ædificia uento labo.

Cingere arborem eſt illã deglabrare, ſiue delibrare, hoc ē decorticare, ſiue corticē detrahere encernardar Hiſpani dñt, quo facto arbores inareſcunt Pa. li. 47. digni. tit. arborum furtim cæſarũ. leg. cedere. Cingere,

re,inquit, arborem, eſt illã deglabrare. Itẽ infra l. furtim.& Alph.li.19.dig.tit.locati, & cond.leg.in lege locationis.Ne ne quem cingere, cędere, vrere ſinito.

Circeiẽſis eſt nomẽ poſſeſſiuũ gẽtile ab eo, ꝙ eſt Circeij, orũ, oppido Italiæ in Latio veteri, atque ꝓmõtiorum eiuſdem nominis, quondã inſula, vt inquit Plin. autoritate Homeri, vaſto mari circundata. Hic Circe venefica illa decantatiſſima regnaſſe dr̃, quo tp̃e Vlyſſes orbem peterrabat.Hinc Plini. de oſtreis: Candidiora, inquit circeienſib. Liuius; Circeienſium q̃dã cogniti, & coloni à Velitris Pau. li. 22.di.tit.de iud.& fa. ign.l. regula eſt.Ad opus inq̃t, aqueductus reip. Circeiẽſiũ.

Circenſes ludi appellãtur,qui in utero magno Romæ fiebant, atq; inde dicti ea forma, qua ab Hiſpali Hiſpalẽſis.:Ex quo Seruij Grãmatici,& quorũdã aliorum error cõuincitur, qui putant circenſes ludos eſſe dictos, quod vbi ſuo tp̃e metæ fuerunt,olim gladij ponebantur,quos circũibãt, vñ ludi circenſes, quaſi circumenſes.Virg.lib.8.Aen.Magnis Circenſib.actis. Et Iuue. Si potes auelli Circenſib. optima Soræ.Herm.lib.50.dig. tit. de munerib. l.1. Equorum,inquit, circenſium ſpectacula. Ex Pau.lib.30 dig. q̃ eſt de leg.1.l.ciuitatibus. Ludos,inquit,ſcenicos, vel ludos circenſes.

Circitores dñr, q̃ vigilias nocte circomeunt. Hiſpanirõdas uocant.Vege. li 5.de re milita.Tribuni, inquit eligunt,qui vigilias circũeũt, vt renũciẽt, ſi qua remerſerit culpa, quos circitores appellãt nũc militæ factus eſt gradus. Oui.ĩ Priapeia. Quid mecum tibi circitor moleſte?Ad me quid prohibes venire furẽ?Vlpi.lib.14. dig.titulo, de inſtitoria actione l.quicunque circitores vocat, qui circumferũtur merces per vicos, & vrbes vendendi cauſa.

Circulatores circũforani dñr, q̃ publicè officias quaſdã, & præſtigias faciunt, vt videant̃ deuotare gladios, & irritare ſerpentes, & talia quædã facere. Apuleius in primo de aſino: Circulatorem aſpexi equeſtrem ſpathã præ acutã mucronẽ in feſto deuoraſſe,ac mox eodẽ inuitamento exiguæ ſtipis

pis venatoria lanceam quã parte minat̃ exitiũ. in ima viſcera cõdidiſſe. Pau. lib. 42. dig. ti. de extraordinariis criminib. l. ĩ circulatores, q̃ ſerpẽtes circunferũt, & ꝓponunt, ſi cui ob eorũ metum damnũ datum eſt.

Circunſcribere eſt fraudibus cauillationibuſq. in iudicio vti, vt cãm obtineas, vincaſq. aduerſarium. Ambroſius in Luc. c. 4. Vtitur diabolus teſtimoniis ſcripturarum, non vt doceat, ſed vt circunſcribat, & fallat. Idẽ ad Conſtantinũ. Nec quiſquam aut viduam ſpernat, aut circũſcribat pupillum &, ibidem: Quid circunſcribitur fratri? fraudatur mercenarius? Inde circũſcriptio. Idem Ambroſius ad Irenæum: Oĩa plena fraudis, plena circũſcriptionis. Et circunſcriptor, oris. Iuuen. Pupillum in iure vocãtem Circunſcriptorẽ, Iuli. lib. 44. tit. de exceptionib. l. exceptiones. Quæ minori, inquit, vigintiquinque anni circunſcriptio.

Circumuenire in eadẽ propè ſignificatione accipit, qua circunſcribo, vñ illi ꝓpriè dicuntur circuenti aliquos graſſatores, quaſi ex ĩſidiis adoriuntur Cæſar in commentario Hiſpanienſi. Cũ vndiq; ſe circumueniri animaduertiſſet. Ambro. in illud Euang. Reddite quæ ſunt Dei Deo. Intereſt apud Deum vtrum vi aut circumuẽtione res alienas occupet, tit. de doli. mali, l. apud Celſum.

Ciſterna, pluuialis aquæ cõceptaculũ eſt: dicta, vt inq̃t. Feſt⁹, ꝙ ineſt ĩ terra. Mart. Sit ciſterna mihi quàm vinea malo Rauennæ. Vlp. li. 43. dig. de fonte deducẽdo. l. 1. Ciſterna, inquit, nõ habet perpetuam cauſam nec viuam aquam. Sed ſi vinũ condatur in conceptaculo ciſternæ ſimili, ciſterna quoque per translationem poteſt appellari. Vlpianus li. 47. de furt. l. vulgaris. Et quidem, inquit, ſi ciſterna vini ſit.

Citræ menſæ, i. ex citri materia celebrãt̃ apud authores & fuerũt in tãto, precio, vt cũ aliqñ viri obiecirsẽt fœminis nimios sũpt⁹, quos ĩ cœmẽdis margaritis faciebant, & vos, inquiunt menſis citreis vtimini. Sed cum apud oẽs conſtet, citrũ arborẽ, & mala citre eſſe, quæ poſt cœpta sũt cognomina-

ri mala rancia quorum ma
teria neq; firma neq; odo-
rata, neque quicq̃ hñs, qđ
laudabile ſit, ſuſpicor ali-
quid erroris ſubeſſe circa
has arbores iã inde ex anti-
quitate contractũ, vt citrũ
videlicet ꝓ cedro accipiat
hoc eſt, alerze, cũ p̃ſertim
arbor illa ſylueſtris ſit co-
pioſeq; proueniat in mon
te Atlãte. Vñ Martialis de
mẽſa citra dixi: Accipe feli
ces Atlãtia munera ſyluas:
Idẽ alibi: Cũ poſſint Liby
cas ſuſtinuiſſe trabes. Pau.
li. 19. digeſt. & de actio. em-
ptione, & vend. l. ſi ſterilis.
Veluti ſi menſas quaſi ci-
treas emat, quæ non ſint.

Clãdeſtinus, na, num, a clam
particula deriuat̃, notamq́;
hẽt ſignificationẽ, neq; ob
aliam cãm hoc in loco po-
ſuimus, niſi ꝙ vulgo accen
tu barbaro ab oĩbus pro-
fertur, hoc eſt accẽtu in an
tepenultima, cum penulti-
mam habeat longã, & iux-
ta regulas latinę linguæ in
eadẽ accentus debeat collo
cari. Quod vero penultima
longa ſit probatur carmĩ-
ne Manili ĩ primo Aſtrono
micõ dicentis. Et clandeſti-
nis ſurgẽtia fraudib. arma
Sillius quoque Ital. in lib.
Pun. Ceu clandeſtino tra-
heretur fœdere bellum.

Clauus in veſte erat verruca
ex auro, vel ex cocco, aut
alijs colorib. veſti intertex-
ta, ad ipſius veſtis ſplẽdorẽ
adhibita. Quint. li. 8. Vt af-
fert, inq̄t, lumẽ clauus pur
puræ ſolo inſertus. Hinc, &
laticlauij, & anguſticlauij
dicebãtur ab antiquiorib.
q̄ poterant huiuſmodi gñe
veſtiũ vti. Varro de lingua
Lat. ſi quis, inq̄t, tunicã ita
conſuat, vel altera plagula
ſit anguſtis clauis altera la
tis, vtraq; pars carebit ana-
logia. Sueton. in Aug. vſus
eſt togis neq; reſtrictis, ne-
que fuſis, clauo neq; lato,
neq; anguſto. Vlp. li. 34. de
auro & arg. leg. l. cum au-
rũ. Claui aurei, & purpuræ
partes ſunt veſtimentorũ.

Clauus, morb. eſt ĩ ſimilitudi-
nẽ tuberculi coloris albi;
fit in plãtis digitiſq́; pedũ
maximè. Celſus li. 5. de cla
uo eiuſq́; curatione multa
ponit: Clauus, inquit, non-
nunquã ẽt alibi, ſed in pedi
bus, maximè naſcitur, ſed
pręcipuè ex cõtuſo: à Græ-
cis helos dr̃, vt apud Gal.
li. 10. & 11. de medicin. ſim-
plici. Hoc morbo perijt Sil.
Ital. vt author eſt Plinius.

Cæcilius in epiſt. Vlp. li. 21. titu. de ædil. edic. l. qui clauum. Qui clauum, inquit, habet morboſus eſt.

Cliuoſa dñr loca in ſublimè clementer ſurgentia, nam cliuus eſt montis latus. Vñ decliuis ex mõte deſcẽdẽs, accliuis ad montem aſcendens. Virg. 1. Geog. Cliuoſi tramitis vndã Elicit. Et Iuuen. Cliuoſæ veheris sũ per monumẽa Lat. Vlpia. lib. 43. tit. ne quid in loco, l. prætor. Via cũ plana fuerit ſi cliuoſa fiat.

Cloaca alueus eſt per mediã vrbem, in quem latrinarũ ſordes cõfluunt. Itaq; latrinæ ſunt quemadmodũ Hiſpani dñt, priuatę: dictæ ab eo, ꝙ lateant, Cic. aũtorẽ. Cloacæ vero sũt publicæ, qđ eleganter Col. vno verſu expræſſit, dicens: Immũdis quæcunq; vomit latrina cloacis, i. qđ ex foris priuatis ſordes cõfluunt cloacas publicas, & inde emittunť extra vrbẽ. Vñ Iuuen. de Tiberino piſce dixit: Pinguis torrente cloaca. Vlpi. li. 43. de cloacis. l. 1. Cloaca eſt, inquit, locus concauus, per quem colluuies quędã fluat. Inde cloacarius, qui cloacæ curam habet, Vlpi. libr. 7. de vſufr. & quemadmodum quis vtatur. l. ſi pãdẽtes. Si quid, inquit, cloacarii nomi. debeatur.

Coalluere eſt per alluuiorem aliqd augere. Põponius li. 41. ti. de acqui. l. ergo. Paulatim aliqđ coalluendo locũ eminẽtem ſuprà alueũ fecit, & eũ alluendo auxit.

Coccum, eſt granũ, quod in quiſquilia inuenitur fruticę, grana Hiſpani appellãt, vnde purpura adulteratur. Plin. lib. 9. Coccũ Gallatiæ rubẽs granũ, aut circa emeritã Hiſpaniæ in laude eſt. Idẽ libr. 16. Quercus dotes ilex ſolo prouocat cocco. Granũ hoc, primoq; ceu ſcapus fruticis paruæ acq; foliæ ilicis cuſculiũ vocãt; penſionem alteram tributi pauperib. Hiſpaniæ donat. Vlpi. libr. 32. dig. qui eſt de legatis tertius. l. ſi cui. purpura, inquit, & coccũ, quia nihil natiui coloris ſunt, contineri arbitror. Quod Accurſius exponẽs neſcio quas nugas affert: Coccũ inquit, bis tinctum in conſtructiones tabernaculi erat quidam pannus, ſericeus duorum colorum, & videtur extra virides, & intra ruber.

Cęliaci dñr fluxi ventris labo-rantes, qui à Latinis aluini dñr. Nã cęlia Græcè Latinè interpræta:ur aluus. Cõſiſtit autem morbus ille in vẽtriculi porta. quæ à Græcis piluros dicitur, ex Cornelio Celſo lib. 4. Iuriſconſultus in ti. de ędil. edictio.

Cęmiteriũ interpræcatur dormitorium, dictum à cęmome, quod eſt dormio nõ cimiteriũ quemadmodũ vulgus nunc loquitur. Cõditoria verò, ſiue ſepulchreta mortuorũ in nr̃a religione dñr cęmeteria, i. dormitoria, qm̃ propter ſpẽ reſurrectionis, mortuos cõſueuit dormientes appellare, & coſdẽ dormire in domino.

Cęnaculũ. inquit Valla, & formã diminutiui habet diminutiuũ nõ eſt, neque eſt locus in quo cęnat̃ tm̃, ſed ſuperior domus cõtignatio, Feſtus Cęnacula dñr, ad q̃ ſcalis aſcenditur. Liuius li. 39. ab V.C. Cænaculum ſuper ædes datum eſt ſcalis ferentibus. Paulus: libr. 43. dig. titul. vti poſſidetis. l. ſi duo. Sed ſi ſupra ædes quas poſſideo, cænaculum ſit & ibidem ſæpius. Item in tit. de ijs, qui eiec. vt effud. ſæpiſſimè.

Cœtus, cõuentus eſt ſiue congregatio, à coeũdo dictus. Virg. 1. Aen. Et cętu cinxere polum. Vnde in decret. diſt. 15. Qui cętum fecerit, vt inquit Seneca in declamationib. capitale eſt, id eſt, dignus morte.

Collegiũ, vt ſcribit Neratius Priſcus ti. de ver. ſig. l. Neratius, à trib. fieri põt, cũ plures videntur in collegio cõtineri. Sed cũ duo tm̃ ſint cõſules, atque alter alterũ collegã appellat, nonne dicemus, collegium cõſulũ? quãdo quidem collega, & collegium coniugata ſunt. Numa Pompilius inſtituit collegiũ tibicinum, aurificũ, architectorũ, tinctorũ, coriariorũ, fabrorum, & figulorũ. Erit itaq; collegiũ illorum, q̃ ſunt eiuſdem ordinis, & poſſeſſionis: vt Papin. li. 27. titu. de excuſationib. l. qui in collegio piſtorum ſunt, à tutela excuſantur. Item lib. 7. digeſ. de collegijs illicitis, ſæpè.

Colludere, in fraudem tertij eſt conuenire. Vnde eſt colluſio dictum, quòd ſimul laudãt, i. illudant tertium: quod in libris dig. ſæpè legitur. Eſt præterea, titulus de colluſione detegenda.

Colum niuariũ, inſtrm erat ad percolādũ aquā, ſiue vinum ex niuib. eratq; collũ illud aut ex viminibus, vt apud Virgil. in 2. Georgic. Tuſpiſſo vimine quallos Colaq; prelorũ fumoſis diripe tectis, aut ex ſacco cilicino ſine lineo, vt Mart. in diſticho cuius iudex ē, Saccus niuarius: Attenuare niues norũt, & linea noſtra. Frigidior colo nō ſalit vnda tuo. Aut erat ex argēto, vt Põp. de aur. & arg. leg. l. in argento. In argento, inq̄t, potorio, vbi vtrũ id dun taxat ſit in quo bibi poſſit, an ēt id qđ ad ꝑparationē bibendi, comparatũ eſt, veluti colũ niuariũ, & vrceoli, pro quo mēdoſè legit̄ colũ nuariũ, nihil verbũ: Ex Mar. poeta, ĩ diſticho cuius titulus eſt. Colũ niuariũ. Setinos moneo nr̃a niue frãge trientes. Sed de hoc in obſeruationib. nr̃is plura.

Comes cũ ſit nomē ad aliq̄d dictum, referaturque ad ducē, quod vtrunque nomen eſt honoris: aliq̄n tñ dr̃ abſolutè, vt apud Horat. in 1. Serm. Hoſpitio modico rhetor comes Heliodorus. Comitatu. verò, dignitas multiplex fuit, puta comes conſiſtorij, comes largitionũ, comes ſacri palatij, comes rerum priuatarum, comes prouinciæ, comes oriē tis, comes ſcholarũ, de quibus, cùm alijs in locis, tum ĩ Codice Iuſt. multa leges.

Comitia dicebantur apud Romanos conuentus populi: dicta à coeundo, hoc eſt conueniendo in vnum locum ad ſuffragia ferenda, aut aliquid aliud faciendum. Fuerunt autē commitia calata, quæ rurſus in centuria, & curia diuidebantur, quemadmodum ſuprà diximus in verbo calata comitia.

Cõmeatus duo ſignificat, nã oĩa, quę ad victum publicũ pertinent, commeatus nomine cõtinentur. Salluſt. in Cat. Commeatus abundè, municipia, atq; coloniæ parebunt. Eſt præterea commeatus facultas, quæ datur militi abũdi ex exercitu ad præſcriptum tēpus. Feſtus: Commeare, inquit, eſt vltro citroque ire: vnde cõmeatus dicitur tēpus quo ire, & reddire q̄s poſſit. Liuius lib. 21. ab V. Condit. de Hanibale milites ſuos poſt expugnatam Saguntum alloquente: Si quis, inquit,

veſtrũ ſuos viſere vult, commeatũ do. Idem li. 22. Magna pars militum, ſine cõmeatibus dilabeaт. Mar. li. 48. dig. ti. de pœnis. l. relati. Commeatũ, inquit, remeatumve darem. Item de re militari. l. 1. & l. deſertorẽ. Itẽ ad municipales, l. quoties, & l. Titius.

Commeatalis miles, dr̃ qui in ſtipendi partem accipit alimenta ex commeatu, i. ex alimento publico: nã quẽadmodũ diximus commeatus in priori ſignificatione accipitur pro cibarijs, atq; alimẽti exercitus. Iuſtinianus in titulo de præfecto prętorio Aphricę lege quas Deo. Nullum audeant duces, vel tribuni commeatalem de ipſis dimittere, ne dum ſibi lucrum ſtudent conficere, incuſtoditas noſtras relinquãt prouincias. & infrà: Non de commeatibus militum, aut de eorum ſtipendijs lucrum facere.

Commentum, ti, eſt fictio ab eo, quod eſt comminiſcor comminiſcerijs. Terent. in And. Ipſis cõmentum placet. Virg. in 2. Aeneid. Timidi commenta retexit. Naupliades animi Papinianus, lib. 48. dig. l. miles; Socer cũ nurum adulterij accuſaturũ ſe libellis præſidi datis teſtatus fuiſſet, maluit ab accuſatione deſiſtere, & lucrum ex dote magis petere: quæritur an eiuſmodi commentum eius admitti exiſtimes? Accurſius pro commento, commeatum legit. Item Marcellus. li. 49. digeſtorum, titulo de iure fiſci. l. res quæ. Dignũ fuiſſe puniri pro tam turpi, tãq; inuidioſo commento. hic Accurſius pro volũtate inſpecta exponit. Item Vlpianus titulo, de reb. eorum l. quamuis. Tam callidum commẽtum in exemplum coercere debeat.

Commentariẽſis ab Aſconio Pediano is dicitur, qui prę eſt à commentarijs, ideſt, libris, & rationibus publicis. Hieronym. in ſecundo Regũ, capitulo octauos: Ioſaphath autem præerat à cõmentarijs. Pau. lib. 46. dig. de iure fiſci. l. in fraudem. Ea, inquit, manu commentarienſis annotanda ſunt. Neque dictus eſt, quia acta ei committuntur, vt ait Accurſius. Aliàs pro carceris cuſtode accipitur, vt C. de cuſt. reo. leg. ad commentarienſes.

Committere inter alia ſignificat ēt pugnam cōſerere, vt apud Lucanum in primo; Exiguum dños commiſit aſylū,& Martialis: Victores committe Venus. Iuriſconſultus lib.9.dig.titu. ſi quadrupes pauperiem,l.1. Cùm arietes, inquit,& boues cōmiſiſſent, & alter alterum occiderit, ſub audiendum eſt enim pugnam.

Commune pro repub. vt vulgò dicitur cōmunitas. Ouidius 12. Metamorph. Geuiſq; ſimul cōmune Celaſgæ Hora. 2. Carm. Crimatus illis cenſus erat magnū commune. Cicer. tertio in Verrem. Quomodo iſte cōmune miliadum vexauit. Sceuola lib.46. ti. de appel. l. Imperator Alexander cōmuni &c.

Compendium, in via eſt contractio quędam, & breuitas, quàm maxima eſſe poteſt, ſicut econtrario diſpēdiū uia per ambages. Modeſtinus lib.50. dig.ti. de legationibus,l. eundem. Itineris, inquit, compendium ſubeat,& per trāslationem titulo, de adminiſtratio.l. Titiū. Vtrum compendiū negocii, an uſuras præſtare debeat, &c.

Competenter pro eo, quod eſt mediocriter,& conuenienter, & competentia ꝓ ipſa mediocritate,& conueniētia. Gell. lib.1. Omniū membrorum inter ſe competentia. Idem lib.13. Clures ſimul ad eandem competentiā naſci non queunt. Martianus: Memoratū arbitror competenter quæ ſint faſtigia literarum. Iuriſconſultus titulo ſolu. matr. l. ſi cū patri, & filiæ competenter conſulatur.

Compilare eſt facto impetu in quempiā graſſari, quod propriè latronum eſt. Horat. 1. Serm. Serui ne te compilent, i. te adorti trucidēt. Aliquando accipitur pro eo, quòd eſt aliorum ſcripta, & inuenta furari: vt idem in eodem. Ne Criſpini ſcrinia lippi compilaſſe putes. Macrobius lib. 1, Saturn. Coſſe in pluribus edocere, quantum ſe mutuo compilarint bibliothecæ veteris authoris. Paul. libro 48. titulo ad legē Iuliā peculatus, leg. ſacrilegi. Sunt, inquit, ſacrilegi qui publica ſacra compilauerint.

Cōpingere, eſt res diuerſas in vnum coagmentare atque

conglutinare. Vñ eſt illud Iob cap. 10. Hier. interprete: Oſſib. & neruis compegiſti me. Celſus lib. 6. Tenuiſſimis minutiſſimiſque oſſiculis caput compingeret. Pap. li. 46. dig. de ſolutio. l. q res. Si nauē, inquit, eiſdē tabulis compegerit.

Concameratio eſt ſtructura fornicata ſiue teſtudinea: nam camera eſt fornix ſiue teſtudo, vnde concamerare eſt camerā ſtruere. Plinius lib. 34. Dinnocrates Alexandri architectus Archinoes templum cōcamerare inſtituerat. Vitruuius lib. 2. Neq; paries, inquit, concamerationes recipit. Idem lib. 6. Si hypoges cōcamerationesq; inſtituerētur. Labeo lib. 32. dig. de lega. 3. lege, ſi cui ædes. Aliquod, inquit, conclaue, qđ ſupra concamerationem.

Conclaue quid ſit omnes norunt: nam eſt in domo locus ſecretior, ſed iō poſuimus hoc in loco, quia in ꝓferendo accentu plerique omnes peccant, cum. n. in penultima collocari dēat, in tertia à fine ponunt. Hora. 4. Ser. Currere per totū pauidi conclaue. Clauis nā que primam producit. Vlpi. li. 25. tit. de ventre inſpi. l. 1. in quo, inquit, conclaui mulier paritura erit. Item Nera. li. 36. di. tit. de damno inf. l. quod Corne. Conclaue, inquit, binarū ediū.

Concinnare, inquit Feſtus, eſt apte componere: nam cinnus, vt ait, mixto eſt. Plin. lib. 14. Cato iubet vina cōcinnari ad cinum. Inde cō cinnatorius, a, um, res ad concinnandum apta. Paul. lib. 33. dig tit. de penu. lega. l. inſtrumentum. Vaſa, inquit cōcinnatoria inſtrumento non continentur.

Conditura, eſt illud quod ferculis aliiſq; eſculentis concinnandi condiendive gratia ſolet adhiberi. Apud Col. li. 3. de re ruſt. caput eſt oliuarum conditura. Vlpi. 33. dig. de trit. & vino leg. l. ſi quis. Quod potius, inquit. conditurę loco fuit.

Congiarium, ſportula erat, q̄ diurni cibi nomine comitibus, anteambulationib. aſſeclis, ſtipatoribusq; ſuis potentiores ciues diſtribuebant: dictum à congio vini menſura ſextarios ſex capientes. Pli. lib. 14. Tribus congiis epotis vno impetu. hinc congiarium, Mar. Centum miſelli iam vale-

te

te quadrantes Anteambulonis cõgiarum laſſi. Pau. lib.53. de fundo inſtr. l. tabernæ. Vrnæ.inquit, æreæ, & cõgiaria, & ſextaria.

Contignatio, eſt trabiũ coaſſatio ad tabulata cænaculaq; cõſtruẽda.Pli.li.35.Seſqui. pedalis paries nõ amplius, qui vnã contignatio nẽ ſuſtinet. Liu.li.21.ab V. C.Bouem in tertiam contignationẽ ſua ſponte ſcãdiſſe refertur.Papin. li.8.de ſeruit.vrb. præd.l.binas q̃s. Binas,inquit,quis ędes habebat vna contignatione tectas.

Continens plerunque ꝓ continuus,hoc eſt,cõtinuatus accipitur Cice.j. Tuſcu. q. Continentẽ orationẽ audire malo. Celſ.li.3.Et multo magis ſi continentes febres ſine remiſſione ſunt. Triphon. li.27. de excuſ. l. Titius teſtõ, inquit,Romæ cõcepto,vt in continentib.Itẽ Vlpi.li.39.de aqua plu. arc. l.1. Noceat loco,qui eſt intrã cõtinentia ędificia. Pa. de ver.ſig.l.vrbis Ro.inquit continentib.ædificiis.

Conturbo,as,ꝑter illum ſignificatũ quẽ habet in promptu, ſignificat ẽt decoquere ſiue fidẽ frãgere,nec creditori uelle aut poſſe ſoluere, Martialis. Conturbabit Atlas & non erit vncia cœlo. Decidat tecũ qua pater ipſe demũm,Iuuenalis, Sic pedo conturbat,Matho peficit, exitus hic eſt. Alphenus li.11. in titu.de in rem vero,l. q̃dẽ fundũ..Poſtea, inquit, conturbauerat qui boues vendiderat. Idem de inſtitoria actio,l. quicunq; Si quis piſtor ſeruum ſuum ſolitus fuit ad certũ mittere locũ ad panẽ vẽdẽdũ, deinde cõturbauerit, Accu.i. non fecit, quod conuenit, exponit.

Corbis, textum eſt vimineũ, q̃d Græcè, vt Priſcian⁹ ait, cophinas appellãt ſed proprie corbis eſt, quo meſſes excipiunt.Varro de lingua Latina.Corbis, inq̃t, dicta ab eo, q̃d ſpicæ aliudve q̃d eo corruebat. Sed cũ grammaticis ſub gñe fęminino relinquãt. Seruius ĩ j.Georgi.authoritate Cic. ſub fœminino ꝓferendũ eſſe dicit, q̃ dixit meſſoria ſe corbe contexit. Vlp.li.33. dig. de fund.inſtr. l. inſtrumenta.Inſtrumenta,inq̃t,cogẽdi fructus, quemadmodũ torcularia, corbes, falces meſſoriæ, falces fænariæ.

Corin-

Corinthia æs, & vaſa corinthia ab ære corinthio dicta, qđ Corintho vrbe Achaiæ.Ro. euerſa & in cenſa,ex varijs fit metallis con flatū.Pli. de ære corinthio. Caſus inquit hoc miſcuit, Corintho cū caperet̃ incēſa.Sed author oſtēdit opifices nobis corinthiorum va ſorum Corinthi excidium pceſſiſſe. Martialis. Conſuluit nares an olerent æra Corinthon.Suetonius ī au guſto.Propter vaſa, inquit corinthia inter proſcriptos curaſſe referendos. Iabolenus Priſcus, de leg.3.l. hæres. Cui Corinthia,inquit, vaſa legata eſſent, & ſequitur.Proculus vero recte ait ſi æneę q̃dē ſint abaces, ſi aūt corinthiæ.i. de vili materia, puta palea vel herba plauſtri exponit, putans p̄tioſiora eſſe vaſa ænea, quā vaſa corinthia, atq; ita lectionem cum ſenſu pertur bat.Erit igit̃ ordo,& lr̄æ ſēſus talis. Proculus vero recte ait, ſubaudi abaces deberi,q̃a vaſa corinthia erāt in tāto p̄rio, vt una libra p mutaret̃ aliq̄n quingentis. Aequitas itaq; legis in hoc cōſiſtit, qđ abaces ex viliori materia debentur, ex p̄ciſiori tū non debentur.

Corpus pro collegio à Iuriſc. nōnunquam accipitur, vt Caiiſt.li.27. de excuſ.l.non tm̄.Nō omnia, inquit corpora vel collegia vacuationem tutelarum habent.Itē Pomp.li.41. titulo de vſuc. l.1eorum.Corporum,inq̃t, tria genera. Iuſt. quoque Cod.de legib.& conſt.l.quę ex relationib. Quibuslibet corporib. inquit, aut legatis.

Corradere pecunias, eſt vnde cunque illas cruſcare atq; conquirere. Ter. in Aedel. Minas decem corradet alicunde.Idem in Phor. Munus hoc ei corraditur. Vlp. tit. de bonis damnatorū, l. diuus.Plerunq; inquit, cor raſas pecunias Præſides ad fiſcum tranſmiſerunt.

Corriuales dn̄t qui ex eodem riuo ſimul aquantur,& per trāslationem, qui eandem amicam habent communem Vlpi. lib.43. de aqua æſti.l.1.Corriuales, inquit ideſt qui per eundem riuū aquam deducunt.

Cotidie per c, & nō quotidie p q, debere ſcribi Quintil. eſt autor li.j. de Orato. inſ. Frigidiora,inq̃t,his alia, vt quicquid,c.quartam haberent,

rent, & quotidie, verũ hæc iam inter ineptias euanuerũt. Frigida eſſe, & ĩter ineptias numerat. Quint. qđ quotidie per q, literã dẽat ſcribi. Victorinus quoq; in lib. de ortographia cotidie per c, literam debere ſcribi his verbis oſtendit. Quamuis, inquit, coccus à coquẽdo.. & cotidie à quoto, & die deriuatiua ſint, p c, nõ ſcribenda sũt. Adnotarũt, & hoc Ange. Polit. & Lau. Abſtemius. & Lud. Bononginus ĩ adnotatiõib. ſuis.

Cotoria, æ, vena eſt, vnde cotes excinduntur, ſicut Sulphuraria, vñ ſulphur eruitur, Stypteria vnde alumẽ. Alphenus. li. 39. de publ. & vecti. l. Cæſar, cum inſulæ Cretæ cotorias locaret, legum dixerat.

Cretæ fodina, dicta eſt vñ creta effoditur. Sed cum multa ſint Cretę genera, cymolia ſarda, vmbrica, ſaxea, argentaria, figula de cymolia cretã intelligendum eſt dixiſſe Iuriſ. li. 27. dig. ti. de reb. eorũ, qui l. ſed ſi. Cretæ fodinas, inq̃t, vel argẽti fodinas, vel aliud ſimile. Caius. lib. 39. de publicanis, & vectig. l. ſed & ij. Eſt autem creta cymolia qua vtuntur in lanificio pannarij, ad lanem duriciem molliendã.

Crinale, ornamẽtum capitis, eſt ad ſingendum capillos, ne turbentur euagenturq; Ouid. 3. Metamor. Nec torquens collo, nec hñs crinale capillos. Idẽ in 5. Curuũ crinales capillos. Virg. Aen. 11. Pro crinali auro pro lõge tegmine palle. Vlp. libr. 34. de au. & arg. le. l. argon. Faſciæ inquit, crinales pedulesque, Phil. Ber. nõ legit crinales, ſed faſciæ crurules pedulesque quaſi faſcię ſint crurum pedumq; munimenta quædam.

Cucuma quid ſit, nondum liquet mihi, neq; enim ego, is ſum, q incognita pro cognitis habeã. Angelus Poli. obſeruationẽ fecit de cucuma, ſed quid ea eſſet, nõ oſtẽdit. Nã cum dicit Mar. ad Torquatum. Cucumã fecit Oracilium vr̃ eſſe genus ædificij tugurij pauperis. Ambroſ. ĩ vita B Agnes ꝑ vaſe quodã æreo vr̃, poſuiſſet. Dij, inquit, tui ærei ſunt ex quib. cucumæ melius fiunt. Vnde cucumelã inter vaſa poſuit lib. 8. dig. Vlp. tit. ſi ſeruitus. l. ſi quãdo. Seius, inquit, ſyluam ſcuiſſet, in qua labra, &

crate-

crateras, & cucumelas poſitas haberet. Pro genere verberis cuiuſdã poſuit Mart. li, 23. ad l. Cor. de Sic. l. 1. Si claua, inqt percuſſerit, aut cucuma. Petronius arbiter pro fornace videt̃ poſuiſſe.

Culleus, vter eſt ex corio bouis capiens 20. amphoras. Priſ. de pond. & menſ. Culleus hac maior nulla ẽ mẽſura liquoris. Plin. libr. 13. Septenos culleos ſingula iugera muſti. Vlp. li. 33. di. de fun. inſt. l. q̃ſitũ. Cuppe, inqt, & cullei. Itẽ Scæu. eo. li. ti. de ann. leg. l. legatum. Vini, inquit, falerni qđ domi naſceretur quotãnis binos culleos: Eſt præterea culle* menſura frumentaria tantundem capiens. Scæu. lib. 13. dig. tit. de pig. act. l. vlt. Pecuniam ſub pignore culleorũ accepit. Eſt præterea culleus publica paricidarũ pęna ex l. Pompeia. de parricidis. Hinc Iuuenalis de Nerone parricida, Cuius ſupplicio non debuit vna para ri Simia, nec ſerpens vnus, nec culleus vnus.

Cuppa, & cuppula, vaſa ſunt vinaria, hoc eſt in quibus vina conduntur. Nonius Marcellus de generibus vaſorũ cuppas ponit, & Vlp. de fund. inſtr. l. inſtrumenta, vbi cuppas exponit vaſa vinaria lapidea, vel de terra facta, cũ illa ſint dolia, cuppæ verò ex lignis conſtent. Itẽ de le. 3. l. cuius. Vaſa, inqt, vrinaria. i. cuppæ, & dolia quæ in cella defixa ſunt. Inde cupula parua cuppa, vt de tri. & vi. leg. l. ſi cui. In cuppis, inqt ſiue cuppulis.

D

Dactylotheca interprætat̃ annullorum repoſitoriũ, nã dactylus digitus, & annulus interpræratur, & theca repoſitorium. Plin. libr. 37. Dactylothecam primus oĩum habuit Romæ priuignus Sillæ Scaurus. Mart. Dactylothecã, inquit, non habet. Pau. lib. 32. de leg. 3. l. argento. Annulis legatis dactilothecæ non cedunt, atque ibidem. Iterũ in dactylotheca, inquit, legato.

Damno, damnas, præter illã notã ſignificationẽ ſignificat etiã obligare, vt Virg. in Buc. Damnabis tu quoque votis. titu. de diuortijs l. ſi filius. Damnãdum, inquit, cum quanti mulier litẽ iurauerit. Itẽ de leg. 1. l. cũ filio. Heredẽ, inquit, mi

hi

hi dare damnauerit. Hinc ſæpe legitur damnatus pro obligatus. nam mendum eſt vbicunque legitur damnas nihili verbum, cùm legi debeat dānatus, vt apud Hor. 2. Serm. Gladiatorum dare centum damnati populo paria.

Daphnenſis locus, nemus eſt ſuburbanū Antiochiæ epidaphne. i. ad Daphnē poſitę. i. lauretum quod x. mille paſſuum ambitu patet ī Syria cutua, quo in loco antiochenſiū cōuentus agitabatur, ex Strab. fuit autē hic locus à Cneo Pompeo Magno conſecratus, Euſe. autore. Eſt quoque Antiochiæ porta Daphnitica, de qua Hier. in vita Ignatij. Reliquiæ. inquit, corporis eius Antiochiæ iacent ext. portā Daphniticam in cœmeterio. Iuſt. lib. C. 11. de cupreſſis ex luco daphnenſis. l. ſi quis autem daphnes luci in Syria arborem amputauerit.

Dardanarius dicitur, qui imitatur Dardanum quēdam hominē ſceleratū, de quo Sidonius lib. 5. Oīa in Dardano crimina ſimul execrātur, ab hoc Columella dixit in horto; Dardaniæ veniat artes. Dardanarij quoque dn̄r propalæ, qui oīa pręmunt, vt poſtea carius vendant. Cic. cōtra Piſ. Panis tibi de cuppa atq; ꝓpola. Plau. in Dardanarij præpropera emp. Flagellabat, inqnit annonam. Vlp. libr. 47. de extraor. cri. l: annonā. Annonam vexare dardanarij ſolent. Item de pœnis l. in dardanarios.

Decedere cōtrariū eſt ei qđ ē ſuccedere, vt ſi dixeris, Ap. Clau. ſucceſſit in ꝓuincia Ciceroni, & Cicero deceſſit App. Vñ dicti ſunt ſucceſſores, & deceſſores. Vlp. lib. 43. di. ad l. Iul. maie. l. q. ve. Qui ve, inq̄t, de ꝓuin. cū ei ſucceſſū eſſet, nō diſceſſit.

Decido, cidis, eſt cum creditore ſuper debito tranſigere. Cic. 3. in Verrem: Niſi cum muliere, inquit, decideret. Idem 4. in eundem, Cùm reo trāſigat, cū accuſatore decidat. Idem in 5. Qui ſeptingentis decidere noluiſſet mille ꝓmiſit. Pli. lib. 7. Abundè igit̄ atq; indulgēter fortunā decidit cū eo, qui iure dicit, non queat fęlix. Martialis. Conturbabit Atlas, & non erit vncia cœlo. Decidat tecū qua pater ipſe Deū. Sen. lib. 26.

de

de adminiſt.& periculo tutorum. l. cum hæreditas. Cum pleriſque.inquit, creditoribus ita decidit, & infrà. Cum pleriſque credito rib.ita deciderunt.

Deciſio,onis,ab eo, qđ eſt decido,idis,in ſuperiore ſignatione,vt deciſio idē,qđ trāſactio. Cicero de ꝓuincijs cōſularib. Cum tyrāno,inquit,deciſiones,& direptiones. Amb.ad Tirianū. Prōptior eſto deciſioni, cuius & ſpes potior, & fruct⁹ eſt. Pau.lib.35.ad l.Fal.l.ſi hæres. Si hæres, inquit, cum creditorib deciderit, ne ſolidum ſolueret, & ob eam deciſionem factum ſit, vt aliquid retineret.

Decoctores, dñr, qui cum nō ſint ſoluendo,vertunt ſolū atque auſugiunt,vnde Catul⁹,Decoctoris amica formiani,& Valerius de varietate caſuum. Poſtea inopia turpem decoctoris ſuperlationem Sen. li.5.de beneficijs.Qūo fęnerator quoſdā debitoresnō appellat,quos ſcit decoxiſſe Iuſt. lib.10.de decur.l.Quilibet principalium, vel decurionum decoctor pecuniæ publicæ, ſi fraudulētus, Hic decoctor eſt, vī poſuiſſe nō tā ꝑ eo, qui cum ſoluendo non ſit, fidem publicā frangit, quā pro eo, qui depeculatus eſt pecuniā publicā, in quod ſignificatu accepit, Martialis cum ait. Nihil colonus villicusque; decoxit hoc eſt defraudauit, atque intercepit. Acc. non intelligēs quid eſſet decoctor offi cij nomen eſſe dixit.

Decuriones,in colonis,& municipijs dicuntur, qui Romæ Senatores appellātur, dicti à numero equitum, quib. in militia præerant. Authores sūt Nonius Mar cellus,& Feſtus Pompeius, dignitas verò ipſa Decurionatus dicitur,de officio decurionum,& de illorum dignitate,lege in libris dig. titulum, ad municipales.l. quoties,& l.libertus. Itē de decretis. l.ambitioſa. Omnino decurionū officiū eſt pecuniam publicam habere, tractare,& exigere.

Dedititij ſerui dñr, q ex obſidione ſe dederūt in poteſtatem victoris, formam autē deditionis ſcribit Liuius li br.1. ab V.C. Obſeſſor,inquit,interrogauit. Eſtis ne vos legati oratoresq; miſſi à populo Collatino, vt vos populūq; Collatinū dedeti-

ritis? Sumus. Eſt ne populus Collatinus in ſua poteſtate? Eſt, Deditis ne vos, populumq; Collatinum, vrbem, agros, aquam, terminos delubra, vtenſilia, diuina, humanaq; oĩa in meã Romaniq; populi ditionẽ? dedimus. Et ego recipio de ſeruis dedititiis. Iuſt. in 1. Inſt. li. tit. & liber, & quomodo manumiſſi obtinebant infimum libertinitatis gradum, quoniam illorum, inquit peſſima conditio eſt.

Definio, & diſinitio, nõ diffinio, & diffinitio notatũ. Lud. Bonog. ſemper legi in Pand. Flor. & ferè nunquã aliter legitur in libris vetuſtiſſimis, qui reperiuntur ſcripti etiam in aliis facultatibus.

Defrutum, muſtum eſt quod decoquitur quouſque pars tertia relinquatur. Plin. tñ li. 14. Sapa, inquit, fit, muſto vſque ad tertiam menſuræ partẽ decocto, quod vbi factum ad dimidiam eſt, defrutum vocamus. Virgil. 4. Georg. Aut igni pinguia multo Defruta. Vlp. lib. 33. ff. de fund. inſt. l. q̃ſitũ. Vas inquit, æneum, in quo ſapa coquereẽ, & defrutum fieret. Item de vino & tritico leg. l. qui vinum. Mulſum, inquit, paſſum defrutũ. Defrutum dictum eſt, quod autore Plinio fit ad dimidias defraudatum, aut quẽ admodũ vult Nonius Marcellus, quod ad tertiam redactum ſit. Nam quod Accurſius hallucinatur, quod de vſu ſit ſublatum, vt quã diu poſſit ſeruerẽ, quaſi ſit dictum a fruor, eris.

Deglabrare, eſt delibrare, ſiue cingere, hoc eſt arborem decorticare, nam glaber propriè dicitur qui leuis eſt, & pilis caret, ſed hic deglabrare pro læuem facere poſuit Iuriſconſultus Pau. lib. 47. dig. tit. arborum furtim cęſarum, l. cædere. Cingere, inquit, arborem, eſt deglabrare, ſiue delibrare.

Delator, eſt alicuius criminis denũciator, dummodo ad officium ſuũ nõ pertineat ea denunciatio, hoc genus hominum odioſum, habeẽ Martia. de delatorib. Turba grauis paci placidęq. inimica quieti. Quæ miſeras ſemper ſollicitabas opes. Item. Et delator habet q̃d dabat exilium. Pro denunciatore tantum poſuit Iuriſconſultus Papinianus ti. de diuerſis, lege intra. Intra

tra quatuor, inquit, annos vacantium bonorum delator. in tit. tamē de iure fiſ. propria delatoris ſignificatione vtitur ſæpe.

Delibrare, qđ eſt librum, hoc eſt corticē arbori detrahere. lege ſuprà, in verbo cingere arborem, & in verbo deglabrare.

Delphi, orū, ciuitas eſt Phocidis ad montis Parnaſſi radices poſita, vbi Apollo, ſolitus erat reſpōſa dare, ſed quemadmodum ait Iuue. Nunc ceſſant oracula Delphis. tit. de cenſibus.

Delphicæ mēſæ à Delphis vrbe Apollini ſacra dictę sūt & erant ex ære, quas veteres Cortinas vocabāt. Plin, li. 34. Ex ęre, inquit, factitauerunt cortinas tripodum noīe delphicas. Cicer. 6. in Verrem: Menſas delphicas è marmore. Martial. Argentum atque aurum non ſimplex delphica porta. Flo. ti. de ſuppel. leg. l. 1. Tcapezophora, īqt, delphicę ſubſel.

Deminuo, is, & deminutio, onis, nō diminuo, & diminutio, vt paſſim legit in li. dig. dře ſcribi adnot. Lud. Bonogninus in Pand. Flor. Eſt autē capite deminutus vt ait Feſt. qui ciuitate mutatus eſt, & ex alia familia in aliam adoptatus, & qui in hoſtium poteſtatem venit, & cui aqua, & igni interdictum eſt.

Demolior, demoliris eſt illud, quod extructū eſt diruere. Nam moliri eſt ædificare, cuius contrariū eſt demoliri. Virgilius 1. Aen. Moliriq. arcē, & manibus ſubuoluere ſaxa. Apud antiquiores demolio, is, declinabaī, vt Diomedes teſtimonio Varronis oſtendit, quē citat in libro poetico, Non demolio, inquit, aſtra. Et Neuius in corolaria. Hæc demolit, inquit, *Vlp.* tit. de vſufr. l. hrs. Antequā vſufr. prohibuerit, demolierit. Et demolitus paſſiuè, vt in ti. de vſucaproni. l. eum qui.

Deni, denæ, dena, nomē ęſt diuiduum diſtributiuū, quale illud bini, binæ, bina, & ſimilia hmōi noīa Accur. ſolitus eſt exponere in bis tm̄, eſt cum re vera ſignificent cuilibet tm̄, qđ latuit Bartolū. Is. n. exponēs legē quæ hī de legatis. 3. ſi quis teſtamento Titio & Seio decem dari iuſſerit, nullam hæc verba recipiunt ambiguitatē, vt dena dixiſſe videatur, qui decem dixit, putauit

cauit p dena viginti intelligi. Ait namq; Qui reliq̃t x. non vr̃ relinquere viginti. Nã cùm inter x.& dena illa ſit differentia inter oratores obſeruata, quod x. numerum ſimplicem, hoc eſt x. vnitates ſignificet, dena verò cuilibet x. erat ſenſus legit, qđ q̃ Titio & Seio legauit x. non legauit, i. cuilibet x. ſed x. ſimpliciter, hoc eſt cuilibet quinque. In tit. de ver. obl. l. ſi ita. A c. dena pro bis x. interpretatus eſt. Idem de annuis leg. l. ſi legatum exponẽs illud. Si legatum fortè ſi relictũ annua bima trima die, fortè xxx. dena per ſingulos debẽtur annos licet nõ fuerit adiectnm æquis penſionib. dena pro x. intecrpretatus, eſt cum dena non ſimpliciter x. ſed per ſingul. annos decem ſignificet.

Depectus participium eſt, ab eo, qđ eſt depiciſcor, qđ ſignat turpiter paciſci. vñ depector apud Apuleium in oratione pro magia. Eſt in quit litium depector, omnium falſorum commentator. Vlp. lib. 3. de calumniato. l. & generaliter. Hoc inquit, edicto tenetur, qui depectus eſt.

Deſerere proprie militum eſt, qui relinquũt locũ in acie, aut ſine commeatu diſcedunt ex caſtris vnde eſt deſertor, & deſertio, de quib. ſæpe in libris dig. tit. de mi.

Deſidero præter illam notam ſignificat ẽt deficere. Cæſar in commentarijs, Deſiderati, ſunt, inquit, eo die ſagitarij circiter ducenti. i. defecerunt, hoc eſt interempti ſunt. Suet. in Aug. Deſiderauit nonnunq̃ M. Agrippæ patientiã, & Mecænatis taciturnitatẽ. Quem locũ Eutropius, & Sex. Aurelius non intelligẽtes, decepti huius verbi ambigua ſignificatione putauerunt, ꝙ Auguſtus voluiſſet eſſe aquè patiẽs atq; Agrippa, & taciturnus vt Męcenas, Cum apud Suetonium deſiderare accipiat pro deficere illud, quod deſideramus. In quo ſenſu accepit Iuriſconſultus in titu. ſi libertus ingenuus eſſe dicat, l. quoties. Siue officium, inquit, deſideret, ideſt deficiat in eo qui debet oſequi, & obtemperare.

Dięta locus eſt in domo, vbi ꝑ ociũ verſamur. Pad. ĩ 2. Sy. Vna tamen cunctis procul emiuet vna dięta. Sidonius

Apol. in Epiſt. Ex triclinio ſit in diętam ſiue cęnaculũ tranſitus. Iuriſ. tit. de leg. 3. Cellarium inquit iunctum eidem diętę. Inde diætarius dictus eſt ſeruus ſiue miniſter in diæta deſeruiẽs meminit Vlp. in tit. de fun. inſt. l. quæſitum, Eſt præterea diætarius, qui ex diæta quippiã furatur, vt Vlp. in tit. de effrac. Simili, inquit, modo & diætarij, & ſaccularij puniũt. Pro quo mẽdoſè legitũ detractarij. Idem in ti. de effract. l. ſacculari j. Qui diætarij, inquit, appellatur, hoc eſt, qui in aliena cœnacula ſe dirigunt furãdi animo.

Diathetũ, vr̃ genus eſſe poculi, ſicut ſynthetõ ſiue ſyntheſis. Iuriſ. ad l. Aq. l. ſi ſeruus. Si calicẽ, inquit, diathetũ faciẽdũ dediſti. Iuſt. quoque li. 10. l. 1. Artifices, inq̃t, diathetarij, i. calices diathetos fabricantes.

Dienſes populi ſunt Macedoniæ à Dio colonia dicti, hos Pauſanias Diaſtas appellat apud quos gymnicũ certamẽ agebãt. Pau. li. vl. in tit. de cenſib. In Maced. inquit iuris Italici ſunt Dienſes.

Diffindere diem, & diffiſſio diei, quid ſignificet, non eſt in promptu, neq; cur ſic dicatur. Gell. l. 13. Iuſſi, inq̃t, diẽ diffindi. Et iterum: In dierũ diffiſſionib. & comperẽdinationib. Vlp. li. 2. dig. tit. ſi q̃s cautionib. l. non extinguemus. Si q̃s, inq̃t, cautionib. in iudicio ſiſtẽdi cã non obtemperauit. Si quis, ait in iudicio ſe ſiſti ꝓmiſerit, & valetudine vel tempeſtate, vel vi fluminis ꝓhibitus ſe ſiſtere non potuit, exceptione adiuuatur nec immeritò. Cũ, n. pro tali promiſſione p̄ſentia opus ſit, quõ poterit ſe ſiſtere, q̃ aduerſa valetudine impeditus eſt? Et ideo etiam lex 12. tab. ſi iudex vel alteruter ex litigatorib. morbo ſontico impediatur, iubet diẽ iudicij eſſe diffiſſum. Sic, n. legitur in Pand. archetypis Flor. nõ diffuſum, videturque ſignificare diem interciſum, ſiue intercapedinatum atque dilatum.

Diffundi vina ꝓpriè dicũtur quæ poſtea quàm defecata ſunt, in dolijs condunt trãſuaſanturq;. Iuuenalis. Ipſe capillato diffuſum cõſule potat. Et Hor. Vina bibes iterũ tanto diffuſa. Vlp. lib. 32. de leg. 3. l. cum quæreretur. Nam ſi vina diffudiſ-

ſet,

ſet, habiturus vſui. Itē Procu. lib. 33. de trit. & vino lega. l. cum vinū. Cum vinū, inq̄t, quod in amphoris, ſeu cadis diffuſum eſt.

Digitus aquæ, eſt modulus, vñ ſalientes tali mēſura cēſentur. Front. de aquæ ductib. Aquarum moduli, aut ad digitorū, aut ad vnciarum menſurā regendi ſūt. Eſt autem digitus 16. pars pedis vncia vero duodecima. Quemadmodū igitur inter vnciā, & digitū diuerſitas, & ita & ipſius digiti: nā alius vocat̄ quadratus alius rotundus, Hæc Frōt. Pau. li. 8. dig. de ſeruitutib. ruſt. p̄d. l. Luc. Titius. Digitū tibi dono aq̄. Accur. per aquæ digitū intelligit quā tū fluit per digitum ſtatuę.

Diœceſis per œ, diphth. in ſecūda ſcribitur, & nō dioceſis, vt vulgo legitur, neq; accētu in tertia à fine, vt oēs pſerūt, ſed in penult. Item diœcetes, non diocetes, pro diœceſeos prefecto. Eſt autē diœceſis gubernatio. ſiue diſpō, & diœcetes gubernator ſiue pcurator. Cic. in Epiſ. Ex prouincia Cilienſi cui ſcis tres diœceſes aſtaticas attributas eſſe. Inſti. titu. de epiſcopati aud. l. archigerontes, & diœcetæ.

Diplomata, ſunt codicilli, ſiue libelli, in quib. bñficia à principib. impetrātur, quales nr̄os ſūt tpe, quas appellant bullas: dicta q̄ in duplicibus tabellis ſolitæ ſūt cōcedi ſupplicib. Sueto. in Auguſto. In diplomatis libellisq. & epiſtolis ſignandis. Idē in Ner. Diplomata ciuitatib. ſingulis obtulit. Cice. in Epiſ. ad T. Appiū, Diploma, inq̄t, ſtatim non eſt datū. Apud Iuriſ. accipitur pro itineris feſtinatione, hoc eſt cum per dies ſingulos duplicia itinera cōficiunt̄. Venuleus, li. 45. dig. de ver. obl. cōtinuus. Quib. inquit, quaſi interprǣtatio q̄dā inſerta eſt. is q̄ Epheſi daturum ſe ſpopōderit, vt neq; diplomata. i. dieb. ac noctib. & oī tēpeſtate contempta iter cōtinuare cogat̄. Et ſequitur, Quod ſi diplomata vſus, ac felici nauigatione, maturius quā q̄ſque peruenerit Epheſū, cō feſtim obligatus ē. Mod. li. 48. ad l. Cor. de fal. l. falſo, inq̄t diplomate cōmeauit.

Diſpūgere, ſiue expungere eſt trāſuerſo calamo rōnē cancellare. Seneca de breuitate vitę. Diſpūge, inq̄t, ac re-

cenſæ vitæ tuæ dies. Apuleius de deo Socratis, Si cotidiana eorũ diſpũgas, inuenies multa rõnib. prodigè diffuſa. Itẽ de verb. ſig. l. cognoſcere. Diſpungere inqt eſt conferre, accepta, & data, & ex ea collatione. vt ait Accu. cancellare, quod eſt redditum. Hinc eſt diſpunctio, onis, ꝓ ipſa rõnis cancellatura, vt apud Tertul. in Apologetico Ad vtriuſque inqt, meriti diſpũctionẽ. Vlp. lib. 42. dig. ti. de bonis autho. iud. poſſ. l. cõplures. An recognitio, inqt, & diſpũctio cõcedẽda ſit creditorib. nã qđ in qbuſdam codicib. legit̃ diſputatio, ꝓ diſpunctio, interdum eſt.

Diſſidium inter virũ, & vxorẽ idem eſt quod diuortium, hoc à diuertendo illud à diſſidendo appellatum. Terent. in And. valeãt, qui inter nos diſſidia quærũt. Idẽ in Ecyra, Nihil mali eſt qđ ſit diſſidio dignum. Papinianus lib. 48. dig. ad leg. iul. de adult. l. miles. Quæro, inquit an cauſam diſſidij præſtitiſſe videat.

Diſtrahere, pro eo, quod eſt vẽdere, aut actioni exponere Suet. in Veſ. Coemendo quę dã tm̃ vt poſtea diſtraheret Gel. lib. 19. Sicut nunc, inquit, bona vænum diſtrahuntur. Vlp. in tit. de tranſactionibus, l. ſi vni. Si vni, inquit pluribus ve fundus fuerit diſtractus. Titulus præterea lib. 20. dig. de diſtract. pignorum.

Diuortium, vt paulò añ diximus, idẽ eſt ꝓpè quod diſſidiũ, hoc dictum ab eo, qđ vir, & vxor diſſideãt, i. diſſentiant inuicẽ, illud, quod in diuerſas partes vertant. Fiebat aũt diuortium per illa verba, q̃ ſunt apud Pl. Res tuas tibi habe, q̃ mea, redde mihi Pau. in titu. de ver. ſig. inter diuortium, & repudium hoc intereſſe dicit, quod repudiari ẽt futurum matrimoniũ põt, non rectè autem ſponſa diuertiſſe dr̃, quod diuortium ex eo dictum eſt, quod in diuerſas partes eunt, qui diſcedunt. Eſt præterea titulus de diuortijs, lib. 23. dig.

Doliũ, vas fictile eſt, vino, atq; alijs reb. condendis aptiſſimum. Plin. li. 13. Mitiores, inqt, plagæ dolijs condunt vina infodiuntq;. Cato de re ruſt. Dolia olearia decẽ hẽat. Vlp. li. 33. dig. de fundo inſtruct. l. inſtrã. Dolia, inqt, licet defoſſa nõ ſint,

&

& cuppæ. Idē de au.& arg. le l. Dolia, inquit fictilia, q̃bus terra adiecta eſt. Inde doliarius, qui facit dolia, & doliarius, a, um, & doliaris, re, ad dolia pertinent. Pli.li.3. A figlinis, inq̃t, doliariorū. Et Pau. de fundo inſtruc. l. tabernæ. Doliaria, inquit, vaſa & ancones. Item l. ſi vinum. Si doliare, inquit, vinum emetis.

Dolones, haſtæ ſunt, in quib. tanq̃ in vaginis latent pugiões, dicti ab eo q̃d dolus ſubeat. Virg.lib.7. Sæuosq; gerūt in bella dolones. Sueton.in Clau. Cū dolone, ac venatorio cultro præſtolantes, Alphenus li.9.dig. ad legē, Aquil.l.ſi ex plagis. Flagello inq̃t, quod in manu habebat, in quo dolon inerat vulnerare tabernarium cœperat, vbi mendosè ꝓ dolon legitur dolor, neq; minus falſo Accurſij interpretamento locus enarratus.

Donaria, inquit Valla contra Seruiū, non ſunt locum in templo, vbi donare ponuntur, ſed potius ipſa, quæ offerunt dona. Virg.3. Geor. Imparibus ductos alta ad donaria currus. Luc. in 6. Neque eo is ſplendent donaria gemmis Pau. lib. 49, de re mili. l. qui excubias. donariū pro donatiuo poſuit. Item C. de ſacroſanc. eccleſ. l. ſancimus. pro dono poſuit Iuſtin. dicens, vaſa vel veſtem cæteraque donaria.

Duracinæ vuæ dicūtur, & duracina perſica. De vuis duracinis lēma eſt apud Martialē in diſti. de perſicis duracinis. Plin.libr.15. Duracinis, inquit, hæret corpus. Iuriſconſultus de verbo. ſignifi. l. qui fundum. Qui fundum, inquit, vendidit, pomumque excepit, ficus, nuces, & vuas duracinas. duntaxat, & purpureas, & quæ eiuſdem generis eſſēt, & quas non vini cauſa haberemus, quas Græci trocimus appellant. Lege in uerbo trozimos.

E

Editus bouis, pro ſtercore, quo in quibuſdam regionibus vtūtur, dictus ab edendo id eſt extra mittendo, Iuriſconſultus in tit. de legat. 3. l. ligni appellatione. In quibuſdam prouincijs editus bouum ad hanc rem vtuntur.

Effringere, eſt furandi cauſa

ianuas frangere. Terent. in Adelphis, Fores affregit, atque irruit in ædes alienas. Inde effractores dicti. Iulius Firmicus. Mercurius, inquit. in ariete octauo ab horoſcopo loco effractores facit. Vñ in libris dig. tit. eſt de effractorib. ſiue de ijs, q̃ carcerẽ effregerũt, ſiue ijs, q̃ furãdi cã ianuas domorum priuatarũ inuaſerũt.

Electri duo sũt genera, alterũ eſt lachryma defluẽs ex arbore gleſſaria ĩ inſulis Germaniæ ſeptẽtrionalib. quas Gleſſarias, ſiue Electrides dñt, q̃ deinde congelaſcens in lapidis duritiem vertĩt. Virg. in Bucol. Pinguia corticib. ſudent electra myricæ. A latinis ſuccinũ appellaẽ, de quo in verbo ſuccinum. Alterũ electri genus eſt metallicũ, idq. duplex, aut cui ꝑ artẽ in auro argẽti quinta pars miſceẽ, aut qđ ꝑ naturã ſic mixtũ repe ritur Plin. 33. Vbicunq; inq̃t, pars quinta argẽti portio eſt ĩ auro, electrũ vocaẽ. Sillius. li. 1. Pun. Electri gemino pallent de ſemine venæ, Iuſt. in libris Inſtõ. in titulo, qui eſt de rer. diuiſ. Si diuerſę inq̃t, materię ſint, & ex his, diuerſa ſpecies facta ſit, vt ex auro, & argẽto electrum. Itẽ de leg. 3. l. pediculis. Vaſis, inquit, electrinis legatis, nihil ĩtereſt quãtũ ea vaſa argenti, atq; electri hẽant, ſed vtrũ argẽtũ electro, an electrũ argento cedat. Illud quoq; de leg. 1, Si q̃s putat electri appellatione argentũ, vel aurichalchũ contineri. Acc. nũc dicit eſſe prætiosã materiã, q̃ iungit argento, nũc genus metalli, nunc genus vaſis.

Elenchus lapillus eſt ex genere margaritarum. Pli. lib. 9. ve vnionib. hoc eſt grãdiorib. margaritis loquẽs. Elẽchos, inquit, appellant faſtigiata longitudine. Et Iuue. de inauribus fœminarum, Auribus ex cauſis grãdes cõmiſit elenchos, Pau. in titu. de au. & ar. lep. l. pediculis. Item cum inaures, in quibus duæ margaritæ elenchi, & ſmaragdi duo legaſſet, & poſtea elẽchos detraxiſſet.

Elogiũ eſt teſtificatio de aliquo honoris, vel vituperationis cauſa. Cic. in 1. Tuſc. Quid ipſa monumenta, q̃d elogia ſignificant. Idem de Senec. In quem illud elogium vnicum plurimæ cõſentiunt gentes, Vlp. lib. 21.

de

de ædi. edi. l. ędiles. aiunt paululū deflexit ſignificationē cū dicit. Elogiū huic edicto ſubiectū eſt. De elogio in propria ſignificatione, hoc eſt pro teſtimonio, ſed in malā partē, Mar.lib. 48.dig. tit. de cuſt. & exhi. reorū.l.D. Hac. Qui cū eo inquit, elogio mittūtur, ex integro audiendi ſunt. Et infrà in eo.titu.in l.Celſus. cuius initiū eſt. Nō dubiū. Remittat, inquit, illū cum elogio ad eū, qui ei prouinciæ præeſt, vñ is homo eſt.

Eluſco, as, eſt aliquem altero oculo orbare, nam luſcus eſt, q altero oculo caret, nō vt q̄dā putauerunt, qui lumine adhibito nihil videt. Vlp.lib.13.dig.de condōne triticaria, l.in hac actione. Si quis inquit, poſt moram ſeruū eluſcatum dederit. Idē li.9. ad l. Aq.Iul. inq̄t, ſcribit Aquilia teneri eum qui eluſcauerit in diſciplina diſcipulū. Inde eluſcatio, onis, ꝑ eluſcādi, hoc ē, altero oculo priuādi. Actione. Nam q̄d Vlp. ſcribit in tit.de ædi. edil.l.idem Offilius. Eluſcationē eam quidam putant, vbi homo lumine adhibito nihil videt, q̄ id dixerūt nō ſunt audiē di, quia nulla freti authoritate id dñt. Quid. n. luſcus ſignĩet ſuo in loco videbis.

Emanſor miles is dr̄, qui extra caſtra vagatur aīo reuertendi, eoq; diſtat à deſertore, quemadmodū, & erro dr̄ ſeruus, qui eo, quo que animo erat, vt ad tempus reuertatur, ſicut fugitiuus, qui nō hēt animum reuertēdi. Mod.lib.49. dig. de re mil.l. deſertorē. Emāſor, inquit, eſt, qui diu vagatus ad caſtra reuertitur.

Emblemata ſunt q̄dam ornamenta vaſorum, quæ addi atque detrahi poſſunt, dicta ab emballo, q̄d eſt impono ſiue interſero. Pli. li. 33. Vlyſſes, inquit, & Diomedes erāt in phialæ emblemate. Cic. quoq; in Verrem, Emblematū in Vaſis meminit. Vlp. in tit. de au. & arg.l. ſi gēma. Emblemata rectè legātur, & ſeparantur, & ꝑſtā da sūt. Et in eo. tit.l.& ſi q̄ ē Pōponii, ea q̄ inaurata sūt nō deberi, neque aurea emblemata. Itē Vlp.li. 10.ti.ad exhibēdū.l. tigni. Si anſā ſcypho iniunxeris vł emblemata phialę.

Emeriti dñr milites, qui ſunt exautorati, hoc ē a militię ſacrō ſoluti, q̄buſq; iā do-

natiuum eſt pſolutũ, dicti ab eo, quod mereri hoc eſt, ſtipendiũ facere deſierint. Luc. in 1. Quæ ſedes erit emeritis. Nod. de re mili. l. de ſertorem. Si expleto tẽpore militiæ redeat, veteranꝰ reſtituat̃, & emerita accipiat.

Emerita, & Emeritenſis colonia ciuitas eſt Luſitaniæ nominatiſſima, Auguſta cognominata, nam vt ſcribit Dion. de victis Cantabris, & Aſturib. Eam vrbem illis, qui ſupra ætatem eſſent, emeritis, Auguſtus habitandam conceſſit. Vnde vrbs appellata Emerita Auguſta ex nomine conditorum & Auguſti. Pau. lib. 59. di. tit. de cẽſib. An tuſitania, inqt Pacenſes. & Emeritenſes.

Emiſeni, populi in Emiſena regione Apamenacęles Syriæ, vbi & Emiſia ciuitas eſt, de quibus, & in eo. tit. de cenſib. Pau. inquit, Imperator noſter Antoninus ciuitatem Emiſenorum coloniam iuris Italici fecit.

Emphyteuſi interpretatur inſitio, ab emphyteuo, quod eſt inſero ſiue planto, nam phyton eſt planta. Et qđ in libris Iuriſconſultorum dr̃ emphyteuſis, & fundũ dari in emphyteuſim, proprie dr̃, hoc eſt in plãtationem; Improprie dr̃ de oĩb. alijs puta de area, & qcũq; poſſunt, vt ipſi dñi, recipere melioratiõnẽ. Inde deducitur emphyteoticus & emphyteoticarius.

Emphracta, nauigia dñr, quæ ſunt tecta, à verbo Grꝗco emphracto, qđ eſt tego, ſiue claudo, ſicut econtrario aphracta dñr, q̃ nõ ſunt tecta, ſed aperta. De qb. Cic. ad Atticũ. Nos Rhodiorũ aphractis trãquillitates aucupaturi eramus. Vlp. li. 14 dig. de exercitoria actione, l. 1. Quædã inquit, ſunt naues onerariæ, q̃dã emphra ctæ non emphatæ, vt plerique oẽs codices habent.

Emplaſtrũ, vt inquit Celſus li. 5. hoc diſtat à paſtillo, qđ emplaſtrum liquati aliqd accipit, in paſtillo tm̃ arida medicamẽta aliquo humo re iũgunt̃, dictũ emplaſtrũ ab emplato, qđ eſt fingo, ſiue formo. Caius li. 41. di ge. de acq. rer. do. l. id eo.

Epidemitici dñr hoſpitiorum metatores in vrbe, dicti ab epidemia, qđ interpretatur in vrbem aduentus, vnde in C. Iuſt. tit. eſt de epidemiticis, & metatis. Lege verbũ metator, ſiue metatus,

Epiſcopus, ſpeculator ſiue explorator interpretatũ, dictus ab epiſcopeo, q̃ ẽ cõſidero Cic. ſcribit ſe epm deſignatũ à Põpeio, vt orã Campaniæ maritimã ſpecularet. Arcad' de munerib. l. munerũ, Epi, inq t, q̃ p̃ſunt pani, & cæteris vęnalib. reb.

Epiſtomiũ, inq t Merula, ẽ forme, per qd aqua defluit ex concha labro, vel cratere. Varro de re ruſt. lib. 3: Epiſtomijs verſis ad vnumquẽ que factũ, dictũ, ĩquit, qua ſi in ore, vel potius ap epiſtomizo, qd eſt obturo, vt ſit epiſtomiũ canalis operculũ Vl. li. 19. ti. de act. emp. & ven. l. fundi. Caſtella plũbea, opercula puteorũ, epiſtomata. Legit, & epitoniũ apud Sen. li. 13. epiſto. Niſi aquã, inquit, rigentẽ epitomia fuderint. Et apud Vit. li. 10. ſæpè in eodẽ ſignifica tu ponit, Interpretatur aũt epitonium, ligamentum.

Epitone, interpretat̃ breuiariũ, i. vbi res in cõpẽdiũ rediguntur, vt Vlp. lib. 47. de acceptilationib. l. an inutilis. Epito. inq t, liber Labeonis. Vtroq; .n. mõ declinat̃, epitome, es. & epitoma atis

Epulũ, inquit Valla, eſt conuiuiũ numeroſis ciuib. exhitum in honorẽ Deorũ, aut in oſtẽtationẽ magnificentiæ, aut in funere parentali. Gall. li. 11. Solẽni die epulum Ioui libaret, atque ob id Sacrificiũ Senatus in capitolio epularet̃. Horat. 2. Serm. Gladiatorũ dare cẽtũ Dãnati populo paria atque epulũ arbitrio. Arrius Iuriſc. de leg. ĩ quadã lege, cui' initiũ eſt, adjmun': Vel ſi epulũ, inq t relictũ fuerit.

Eremodiciũ, interpretatur de ſeruitio ſiue ſolitudo, nam eremus deſertum interpretatur, & eſt eremodicium qñ reus dãnatur ex eo, qd in iudicio nõ cõparuit, quaſi deſolatũ ſiue deſertũ ſit iudiciũ propter rei abſentiã. Pomp. li. 4. dig. tit. de minorib. 25. annis l. & ſi Reſtitutionem eremodicij p̃ſtari debere, pro quo mendosè hermocidium.

Ergaſteriũ, interpretatur officina, vbi ab artifice aliqd fit opus. nã ergon eſt opus ſiue offm. Vt in Cod. Iuſti. tit. de epiſ. & cler. l. omnis. Ex ergaſteriis, inquit, & tabernis conquirere potuit. Itẽ li. 11. de epid. & metus l. in q̃libet, inquit, ergaſteria, quæ mercimonijs deputantur. Pap. libro 43. de

via

uia pu.l. ædiles. Vt ante ergaſteria nihil proiectū ſit.

Errones ſerui dn̄r, qui vagantur ſine cauſa, animum tn̄ habent redeundi ad dominos. Fugitiui tn̄, qui eo animo fugiunt, vt non redeāt. Eo quoque modo ex proportione habent ſe deſertores, & emanſores. Arianus lib. 49. de re mil. l. qui cū. Erro, inquit, in ſeruis ē, vt emanſor in militib. Itē lib. 21. qui eſt de ædil. edi. l. quis ſit fugitiuus. Sed propriè, inquit, erronē ſic diffinimus, non q fugit, ſed q frequēter ſine cauſa vagatur. Labeo ita definit erronem paruū fugitiuum eſſe.

Etiam particula eſt cōſentiētis, ſicut Non eſt Negātia, Priſ. lib. 7. interrogan i, legis? ēt vel nō r̄ndemus Pli. Cæcilius in epiſto. Studes in quàm? reſpondit Etiam Et illud ex Euangelio: Intellexiſtis hæc omnia? dicunt ei. Etiam. Iuriſconſul. de verbo. oblig. l. 1. & reſponderit qu. dni, etiamnā vtrunque aduerbium conſentientis eſt.

Etiamnum, pro adhuc, apud Pli. & Cornelium Celſum frequenter legimus. Ouid. 13. Metamor. Etiamnum libera cœlo brachia. i. adhuc: Item lib. 14. Spectantē vultus etiamnum cęde madentes pro adhuc. Vtrobique. Vlpi. titu. arborū furtim cęſarum l. Item etiamnum reponi poteſt.

Eueſtigio, pro continuo ſiue ſtatim. Priſcia. lib. 18. Romani, inquit, eueſtigio dixerunt, vel quod ſtans aliquis in eodē veſtigio facit vnde ſtatim quoque dicit̄, vel quantum tempus eſt in vno veſtigio faciendo, qđ eſt breuiſſimum. Scęuola lib. 3. de neg. geſt. l. diuortio facto. Non inquit, eueſtigio in officio deliquit. Accur. quid eueſtigio eēt, non intelligens in principio geſtionis exponit.

Exacta dicuntur illa, quæ ſūt perfecta, & ad quæ vltima, vt aiunt, manus impoſita eſt; alias exacta ſunt, quæ iā præterierūt. Virgil. 1. Geor. Exactum ad menſem pluuia ventisq; carebit. Idem in tertio: Exactis grauidæ cum menſibus errant. Pau. lib. 44 titu. de act. & obl. l. 1. Exactiſſima, inquit, diligentia, in priori videlicet ſignificatione.

Exaggerare, eſt accumulare, nā agger aggeris, eſt terra accu-

accumulata. Cæſar in commētario Hiſpanienſis: Mortes mortib.exaggerabāt, & per translationē.Cicer. Nihil eſt ad exagerandū orationē accōmodatius. Vlp. tit.de itinere actuq; priuato, l. vnde. Aut deprimat aut exageret iter.

Exautorare eſt militem ſacramento militię ſoluere:quēadmodum ediuerſo autorare, eſt militem ſacramento ſibi obligare, Plin. Cęcil. in epiſt. Cæſar excuſſis probationib.Centurionē exautorauit.Senec.in 4.epiſtola rū. Exautoratus ac liber,q̧ viuit vita priuata,Vlp.titu. de ijs,q̧ notantur infamia: l.quod ait.Sed & ſi cum,inq̧t,exautorauit, i. inſignia militaria detraxerit. Quod ſi per inſignia militaria Iulianus intelligit horum inſignia,falſum eſt interpiætamentū: nā pōt quis exautorari, & nō amittere inſignia honorū: emeriti náq; exautoranť citra honorum amiſſionem. Eſt. n.vt diximus, exautorari, à militia dimitti. Itaq; commodius expoſuit Arrianus ī titulo de liberali cauſa.l.qui de libertate.Exautoratus,inq̧t, ideſt à militia remotus, In quo ſignificatu accipiēdū eſt in titulo de re militari.

Excōſul dicitur q̧ perfunctus eſt conſulatu, ſicut exquæſtor q̧ pfunctus eſt quæſtura,vſitarius tñ ille dr̄ conſularis, hic verò quæſtorius. Iuſt. in proœmio Cōdicis: Thomam,inquit, quęſtorē ſacri palatij, & exconſulē, non quod conſulatum latum dimiſit,vt exponit Accur. ſed quòd eſt perfunctus conſulatu,vt diximus.

Exemptilis e, dicitur illud,qđ pōt eximi, ſiue detrahi ab alia re. Columel.lib.9.de re ruſtica: Idcirco ſunt exemptiles,vt cū res exigit, à paxillis deductæ liberū exitū præbeāt.Vlp. de aur.& arg. legat.leg.argumenta. Lapides ſiquidē exēptiles ſunt.

Expungere idem eſt, quod ſuprà diximus, diſpungere, hoc eſt calamo tranſuerſo rationem cancellare.Plautus in Ciſtel. Nunc qđ reliquum reſtat, volo perſoluere, vt expungatur nomen, ne quid debeam, Perſius; Pupillum ue vtinam, quē proximus hæres impello, expungam.Hermog.tit. de diuer.& trib.l.in omnibus. Rationes,inquit,reip. ſubſcriptæ, & expunctæ.

Extricare, eſt quod intricatũ eſt expedire atque reſoluere, ſiue enodare. Vlpianus. lib. 9. ad leg. Aquil. l. ſi ſeruus ſeruum. Si cum margaritas, inqt, dediſſet in vſum extricatas, easque inuito, vel inſcio viro perforaſſet. Margaritæ namq; non poſſunt intricari in lineã, vel in veſtem, niſi perforẽtur, igitur extricatas dixit pro ſolutas, & non perforatas, neque in lineam redactas.

F

FAlx meſſoria eſt, qua frumentum metitur. Falx, vtatoria qua vites aliæque. arbores putantur. Falx fœnaria, qua fœnũ ſecatur, quæ dumaria quoque dicitur, qua etiam ſpinæ vepresq; cæduñt. Vlp, de fund. inſtr. l. inſtrumenta. Falces, inqt, meſſoriæ, putatoriæ.

Familia, tum pro pecunia accipitur rebusque, hæreditatis, vt in l. 12. tab. cuius verba ponuntur in ti. de verb. ſig. Agnatus, inquit, proximus familiam habẽto, i. hæreditatẽ. hinc titulus apud Iuriſc. de familia herſcicunda, idest diuidenda hæreditate. Aliàs familiæ appellatione famuli, & ſerui propriè continentur: vnde, & familia dicta eſt. Vlp. li. 43. de vi, & vi. l. 1. Familiæ inquit, appellatione ſerui cõtinentur. Item Vlpian. libr. 21. de ædil. edi. l. ædiles. Familiæ, inquit, appellatione omnes, qui in ſeruitio sũt, continentur, etiam liberi. Hinc patresfamilias, & familiarum dicti, & dicitur familias in genitiuo caſu, quod apud antiquiores nomina primæ declinationis in a terminata, as faciebãt genitiuum: vt Næuius: Rubẽs atq; purpureus filij terras, & Liuius Andronicus: Eſcas habemus mẽtionem: pro terræ, atque eſcæ: neque habet accentum in vltima, quomodo nũc vulgus loquitur, ſed in tertia à fine familias hoc eſt, in ſecunda ſyllaba.

Ferruminare, eſt p eandẽ materiã cõglutinare, quemadmodũ ferrum ferro adglutinatur, non interueniente alia materia. Plautus in milite: Labra labellis ferruminauitu. p̃mendo adglutinauit. Põp. li. 41. de acq. rerũ dominio. leg. quicqd. Quicqd, inqt, alieno argẽto ferruminaueris. Caſsius quo-

que apud. Paulum: Ferruminatio, inquit, per eãdẽ materiam facit confuſionẽ lege replũbo,as,& quo differat à ferrumino, as.

Figlina, æ. eſt officina figuli, i. illius, qui facit uaſa fictilia. Plin. lib.7. Figlinas,inquit,primus inuenit Choreb. Athenienſis. Idem lib. 35. In crudis fictilib. vrunt, donec figlinum percoquatur. i. opus figuli in figlina factum, Iuriſcõ. de auro, & ar. leg. fundi. Cum in fundo, inquit figlinas haberet, & in titulo, de ſeruitutibus ruſtic. prædiorum ſæpe.

Fiſcus, ſiue fiſcina, ſiue fiſcella, textum eſt ex ſparto. Eſt præterea fiſcus, textũ in q̃d oliuę tritę immittũtur, ut torculari expræſſe exudent oleum cũ amurca. Col. lib. 12. Intrita oliua nouo fiſco includitur. Plini. lib. 15. Fiſcinas olearia ſpongia tergendas. Vlp. in tit. locati. l. ſed addes, Fiſcos inquit q. bus ad præmenda olea vtimur. Fiſcus ex ſparto quoque eſt ſaccus, in quo numeroſiores pecuniæ adſeruãtur, Iuuenalis. Incrementa domus ærata multus in arca fiſcus. Cice. in Verrẽ: Fiſcos cõplures cum pecunia. Sed quia principis pecunię vectigales ita magnę ſunt, vt nequeant loculis, aut crumenis minorib. capi conſueuerunt deferri in ſparteis fiſcis. Inde fiſcus pro pecunia publica plerunque accipitur. Iuuenalis: Quicquid conſpicuum pulchrumque ex æquo reto to eſt. Res fiſci eſt vbicunque natat. Vnde apud Iuriſconſultos titulus eſt, de iure fiſci, & de fiſcalib. debitoribus, & exactoribus ſæpe legimus.

Flauius, cognominatus eſt Iuſtinianus Imperator, non quod Flauios deuicit, vt Accur. interpræratur, neque quod capillos habuerit flauos, quod nuſquam legitur, ſed quo fuerit ex gente Flauia, ex qua fuerunt Veſpaſianus, Titius, & Domitianus. De quo Iuuenalis: Dum iam ſemianimem lacerare Flauius orbem Vltimus.

Fomenta, ſunt medicamenta, dicta à fouendo, hoc eſt, calefaciendo, & recreando. Ouidio. Fomentiſque iuuas vulnera noſtra tuis. Inde eſt fomentare, & fomentario, vt apud conſultos iuris, de

de leg.3.l.ſi cur.Nec ea qui dēquę formētationis cauſa parata ſunt.

Forma ſutoris eſt lignū illud quo calcei informantur. Horat. 2. Ser. ſi ſcalpra, & formas non ſutor nautica vela. Vlp.in titu. ad legem Aquiliam, l. ſed & ſimi. Si forma,inquit,calcei,ceruicem percuſſit. Item Vlp.ti. locati. l. item quæritur. Si forma calcei tam fortiter ceruicem percuſſerit.

Fugitiuus ſeruus, quo diſtet ab errone, diximus in ver. erro,onis Definitur aūt ab Offilio in titu. de ædili.edicto,in hunc modū: Fugitiuus eſt, qui extra dñi domum, fugæ cauſa quo ſe à dño celaret, manſit. Fugitiuarius autem eſt, ad quē ſe fugitiuus receperat, locus quoq; fugitiuarius dicitur,vt apud Var.libr.3.de re ruſt.de cochleis, Fugitiuarius,inqt,parādus eſt illis locus, Papi.li.21.de præſcriptis verbis, l.ſi apud. Si apud te, inquit,ego & fugitiuarius depoſuimus.

Fulcimentū, ſuſtentaculū dictum à fulciēdo, hoc eſt ſuſtentādo, ſiue ſuſtinēdo Macro.7. ſatur. Deſertum iam fulcimētis ſuis labit in ruinam. Apuleius in primo de aſino. Pede altero fulcimentum quo ſuſtinebat repello. Vlpianus, de fundo inſtruc.lege,quæſitum.Proinde, inquit, fulcimenta ſi qua habeat.

Fultura quoque, idē eſt quod fulcimentū, dictū vtrunq; à fulciendo, i. ſuſtinendo. Vñ Hora.per translationē dixit in 2. Sermo. Ingens accedat ſtomacho fulturaruenti. Et Plin. Cęcilius in Epiſto.Corporis fulturis animus ſuſtinetur. *Vlpi. in* titulo, ſi ſeruitus vendicetur.l.ſicuti autem. Sicuti, inquit, refectio parietis ad vicinum pertinet, ita & fultura ædificiorum vicini.

Fullo,onis, eſt qui veſtes polit emaculatque, nō quod vulgo perſuaſū eſt,pannarius, i. lanicij artifex. Martialis. Non tàm ſæpè teret lintea fullo tibi. Fullonicā Nicias Megarenſis primus omniū inuenit, vt ſcribit Plinius 7.Plautus in aſinaria. Non didiciſti fullonicā, non mirandū eſt.Vlp.li.47.de furtis. l.itaque fullo. Fullo inquit, vel ſarcinator qui poliēda, vel ſarciēda veſtimenta accipit. In alia quoq; legecuius initium eſt, ſed & di-

diuerſoria vel fullonida appellantur.

Fundus, eſt quicquid in ſolo poſſidet, puta prædium vrbanum, prædiũ ruſticũ. Seruius in illud Virg. 2. Geor. Diues opũ variarum ac latis ocio fundis. Fundus, inquit, dr̃ ex eo, quod omniũ rerum ſit fundm̃. Vlp. ti. de ver. ſign. l. locus, inquit, eſt nõ fundus, ſed portio fundi. Fundus autem aliquid integrum eſt, & infra lege, qõ. & iterum lege, fundi. Fundus ꝓ vaſis potorii fundamento, ad cuius ſimilitudinem, inquit Feſtus, fundus dicitur ager, qui plan⁹ ſit, Matt. lib. 8. Hi duo longæuo cenſentur, Neſtore fundi. Paulus lib. 41. de acquir. rerum domin. l. Sed ſi Cuiuſmodi proculi fundus ille ſit. Scypho, inquit, fundus aut anſa.

G

GArũ ſalſugo erat ex certis quibuſdã piſcibus, puta ſcõbro, halece, lacerto, & huiuſmodi, vtebantur autẽ eos pro ſalſamento ſiue cõditura aliorũ ciborum. Gari meminerunt poetæ multis in locis. Plinius, Apicius Galenus, & cæteri, Vlp. 33. de penu legal. l. qui penũ. Garum, inquit amurca, mel. Accurſius ſalſamenti genus eſſe dicit, ipſa veritate coactus, ſed quod ſit non dicit.

Genius eſt Deus vniuſcuiuſque hoĩs præſes, cui nos Angeli boni nomẽ ĩdidimus. Symmachus in oratione cui reſpondit D. Ambr. Vt animæ, inquit, naſcentib. ita populis fatales ingenii diuiduntur. De genio principis Perſius poeta, Diis igitur genioq́. ducis centum paria ob res Egregiæ geſtas induco. Vlp. li. 12. de iureiur. l. ſi duo. Si quis, inquit, iurauerit in re pecuniaria per genium principis.

Germanicus Druſi Neronis filius ex Iuniore Antonia, M. Antonii Triũuiri filia a Tiber. Cæſ. patruo adoptatus fuit, quod ab Auguſto non alia ratione fuerit adoptatus, quam ſi ab eo Germanicus adoptaretur. ex Tranquillo. Et Iuſt. Impe. lib. Inſti. i. ſic inquit, D. Auguſtus non antea Tiberiũ adoptauit, q̃ is Germanicũ adoptauerit, vt ꝓprinus adoptione facta incipiat Ger. Aug. nepos eſſe.

Ac-

Accur. tanquā de perſonis ignotis, & obſcuris loquēs quendā noīe Tiberium & quendā noīe Germanicū appellat, qui quaſi nō Tiberius, qui ſucceſſit Auguſto in principatu, & Germanicus ille, qui præterquā ingenij monumēta, quę adhuc extant, pro prætetquàm ꝙ Gaium Caligulam genuit, & ꝙ quęſturā per quinquēniū adminiſtrauit, & ꝙ bis conſul fuit, quiq; mortuo Auguſto cū ab exercitu Cęſaris ſalutaretur, Imperiū recuſauit, atq; de Germania triūphauit, vnde illi cognomentū; quiq; ad orientē profectus, Armeniæ Regem ſuperauit, Cappadociam in prouinciæ formā redegit, atque Antiochiæ obijt, agens ætatis annum quartum, & trigeſimum.

Gymnaſium, locus eſt vbi nudi exercent, maximè in palæſtra, qm̄ gymnos nudus interpretatur. Manilius li. 4. Gymnaſiū præfert vultu, forteſq; palæſtas, & per translationem pro ſchola, & literatū exercitio. Iuue. tranſi Gymnaſia atque audi facinus maioris. Abollæ. de excuſatio, l. ſed & Medicos, inquit, immunes eſſe à gymnaſijs.

Glans cōplura ſignificat, ſed ſignificatus deducūtur ab arboris glande, cuius tredecim genera ponit Pli. Iuriſ. tū latius diffinit glādis appellationem in titu. qui eſt de glāde legenda, l. j. Glandis, inquit nomine omnes fructus continentur. Item de verb. ſig. l. qui venenum. Item l. ſylua.

Glarea, terra eſt lapillis p mixta, qualis eſt, quæ poſt effoſſum terræ tergū ex ſcrobibus eruit. Virg. 2. *Georg.* Nam ieiunia quidē cliuoſi glarea iuris. Columella li. 2. Cum parte dimidia lapides minutos vel glaream repererint. Paul. lib. 3 o. de aq. plu. arcen. l. ſupra iter glareā inectā. Item de via publica, l. 1. In viam terram glaream immittere.

Glaucinū, vnguēti genus eſt, ſiue ex herba glaucio ſic dictū, quod valet ad oculorū ſcabritias, ſiue glaucinū, i. vide, quale eſt quod chirurgi temporis noſtri. Vnguētum Apoſtolorum, vocant. Pomp. tit. de au. & ar. leg. in l. argento. Vnguentis autem legatis, nōn tm̄ ex legata videntur, quibus vngimur voluptatis cauſa, ſed

ſed & valetudinis, qualia ſunt cõagena, glaucina eri uarhodina, murhia nardũ purũ. Conageni vnguẽti à Conagena Syria vnde adue hebat, cognominati, memi nit Gal, ĩ 3.dec. Crina, vnguẽta ſunt quę fiũt ex lilio rubenti. Pli. li. 21. vbi de lilij generibus. Et, inquit: ru bens liliũ, ꝙ Græci crinon appellãt. Rhodina dicta à Rhodo quod eſt roſa. Per Nardon purũ, piſticũ, ideſt nõ ad viteratũ intelligit.

Grammatophylaciũ, locus eſt vbi publicẽ literarũ monu menta ſeruãtur, à gramma tis hoc eſt literis, & pholazo ſeruo, dr̃ etiam archiũ ſiue archiuum. Vlpia. libro 48. dig, tit. de pœnis. l. moris. Quo loco, inq̃t, in publi co inſtrumento deponũtur archiuo fortè vel gramma tophilacio.

Graſſàri videt̃ verbũ ab impe to graniẽdi, & q̃ ex inſidijs viatores adoriũtur, graſſatores dicimus. Iuriſcõſultus de ſup. tutori, leg. q̃a graſsã di, inquit, in re familiari facultatẽ pſtat, & ibidem l. tu tor. Si fortè, inq̃t, graſſatus ſit ĩ tutela, in l. quoq; cu.⁹, initiũ ẽ, apud Labeonẽ, Dcĩ de, inquit, mulæ à graſſatorib. fuerint ablatæ.

Gutturoſus is dicitur, qui gut tur habet tumidum, quale gegus hominũ in locis mõ tanis videmus, de q̃b. Iuuenalis Quis tumidum gutẽ miraẽ in alpibus. Vlp. ti. de edi. edicto. l. q̃ clauũ. Si q̃s, inq̃t, natura gutturoſus ſit

H

Hamus, cũ ſit quo piſces capiũtur, & hami præterea ſint ex q̃bus lorica texi tur. neceſſe eſt apud Vlpi. in tit. de fundo inſtruct. l. in ſtrumẽta, per hamos nos in telligam⁹ annulos quoſdã ferreos ad multos vſus domeſticos? puta è q̃bus, eq̃, muli, & aſini deligãtur. Ca nales, inq̃t, & harpagones, & humos inſtrumẽto contineri conſtat.

Harpagones vnci ſunt ad rapiendũ apti, ab arpago q̃d eſt rapio dicti. hos Plin. ſcribit ab anacharſis Scyrha primũ inuentos. Liuius li, 30. aſſeres ferreo vnco p̃xi harpagones vocant milites. Item Veg. lib. 2. de re militari. Hẽt legio ferreo harpagones, quos lapos vo cant. Lege hamus ſupra.

Herciſco, is, eſt diuidere, nam

 hercium

herciũ eſt diuiſio. Cic.1. de orato. Qui q̃b. verbis herciũ fieri oporteat, neſcit. Idem Herciſcũdę familiæ cãm agere nõ poſſit. Apul. lib.9. de aſino. Neq; herciſcũdæ familiæ, ſed de cõi diuidũdo formula tractabo. li.10. dig. ritu. eſt de fa. her.

Hermaphroditus, Veneris, & Mercurij fili⁹ fuit, vnde, & nomẽ illi, quoniã Hermes eſt Mercurius, & Aphrodite Veuus, hic cum in Salmacidis fonte nataret, à Nympha deprehenſus, ab eadẽque implicitus vtriuſque naturã reportauit; qua dere fabula eſt plõga apud Oui.4. Met. nunc autẽ hermaphroditi vocãtur quos antiquiores androgynos, id eſt ſemiuiros, & ſemifæminas appellãt. Plin. libr.7. & Gellius. lib.8. ſunt authores. Vlp. titu. de libr. & poſthum. l. ſed eſt. Hermophroditus inquit, & maximè ſi in eo virilia præualebunt.

Hydromeli, à Græcis dr̃ quæ ſit apud Latinos aqua mulſa. Hiſpani vocãt à doxa, cõſtat nãque ex aqua, & melle vnde, & nomẽ, nã hydor eſt aqua, & melimel. Ph. li. 14. Fit vinũ, inq̃t, ex aqua, & melle tm̃, hoc vocat̃ hydromeli. Idẽ lib.1. Hidromeli quoq; ex imbri puro cũ melle tẽperabit̃. Vlp. lib. 33. dig in tit. de triti. & vi. lega. l. ſi q̃s Neq; ceruiſia, in q̃t cõtinebit̃, neq; hydom.

Hierophylax, acis, ĩterpretat̃ ſacrorum cuſtos, q̃ hieres eſt ſacer, & phylazo cuſtodio. Latinè tũ ędituı, tum æditimi appellãtur. Scęuola in tit. de annuis le. l. annua. Sacerdoti, inq̃t, hierophylaci & libertis, pro quo mẽdosè legit̃ gerophilaco.

Hierapolis, nomẽ eſt complurium ciuitatum: alia neque eſt ĩ Aſia ꝓpriè dićta, alia in Creta, alia in Theutrania alia in Syria: vnde Hierapõtani ſunt appellati, de quibus Iuriſconſ. in tit. de aqua cot. l.1. vbi legit̃ apud Hierapolitanõs fieri aquis caligis irrigationem. Item de pænis, leg. crimen. Hierapolitanis, inquit, ſcripſerunt.

Hypocauſtũ fornax eſt in balneo ſubdita caldatijs calfaciẽdis: dićtũ ab hypo, quod eſt ſub, & cauo calefacio. Eſt præterea hypocauſtũ, fornax ad calefaciendũ cubiculum ſine cęnaculum, vulgus appellat ſtufas. Papinius in primo Siluarũ: Tenuem

nuem volũt hypocauſta vaporem. Pli. Cæcil. in epiſto. Cohæret hypócauſtũ, & ſi dies nubilus immiſſo vapore ſolius vicem ſupplet. Ambroſ. lib. 9. hexameron: De hyeme forſitan quæreris, quia tibi nulla hypocauſta anhelantibus ignib. vaporantur. Vlp. de legat. lib. 3. l. ligni appellatione. Siue diætarum, ſiue hypocauſtorum, ſiue ad calcem. Idẽ in tit. mandati. l. ſi quis mihi. Sphæriſterium inquit, hypocauſta, & quædam valetudini apta. Acc. nũc ægrotorum dicit eſſe ſtationẽ, nunc ſubterraneum locũ.

Hypotheca interpretatur ſuppoſitio, & ſignificat etiam pignus, quod pro aliqua re ſupponitur. Vnde & apud Iuriſconſultos in titulo eſt de diſtractione pignorum, vel hypothecarum, l. cùm tabernam. Non certificationẽ, inquit, ſed ſuppoſitionem à me accipere, hoc eſt vocabulo vſitatiori, hypothecam. Item lib. vigeſimo. de pigno. & hypothe. l. res. Inter pignus, inquit, & hypothecam tãtum nominis ſonus differt. Hinc hypothecarius dictus, penes quem remanet hypotheca ſiue pignus, vt in titulo, de ſeparationibus, lege prima. Hypothecarius, inquit, creditor.

Horreum eſt repoſitoriũ non ſolum frugũ, frumenti, & vini, ſed cæterarũ quoq; rerũ, quæ ad ſeruari cõſueuerunt. De horreo frumenti. Virgil. primo Georg. Illius immenſæ ruperũt horrea meſſes. De horreo vini Horatius in Odis. Iuriſconſultus, in titulo, de fund. inſtr. l. tabernam. Legauerat, inquit, horreum vinariũ cũ uino, & vaſis, & inſtrumento. De horreo aliarum rerum in tit. de emptione, & vend. Clauibus, inquit, traditis, ita mercium in horreis conditarum poſſeſſio tradita videtur, ſi claues apud horrea traditæ ſunt. Item in titu. locati. Dominus, inquit, horreorum effractis, & compilatis horreis nõ tenetur. Hinc horrearius, qui præpoſitus eſt horrei cuſtodiæ, vt lib. 19. digeſtorum, in tit. locati, & conducti. l. cum in plures. Rerum, inquit, cuſtodiam quam horrearius habet. Item leg. Cælius. Cum horreario, inquit, agendum. Et merces horrearicæ dñr, q̃

in horreis adſeruatur. vt in tit. de cōditis in publ. hot. l. nulli. Codic. Nulli, inq̃t, poſt hac horreaticas ſpēs contingendi copia datur.

I

IAnthinus, na, nū, color eſt violaceus, quoniā ion Græcæ, viola interpræratur Latinè. Plin. li. 22. Appellata, inq̃t, ia, & ab ijs iāthiua veſtis. Perſius; Hic aliquis cui circa humeros, & ianthina icena eſt. Martia Cncina famoſæ donas, & ianthina mœchæ. Vlpian. de legat. tertio, l. ſi cui. Buccinū, inquit & ianthinum continetur. Et ferè quoties in libris digeſtorum, & in literis ſacris legitur hyacinthin⁹ color, intelligēdus eſt violaceus, ideſt coloris violæ.

Illiſenſes, dicti ſunt populi ab vrbe illō, clariſſima omniū quæ fuerūt in Aſia, vel ex eo. ꝙ inde profecta eſt tota Romanorum nobilitas. De quibus Calliſtratus lib. 17. digeſtorum, titulo de excuſationibus, leg. non tantū. Ilienſibus, inquit propter inclytam ciuitatis nobilitatē, & propter cōiunctionem originis Romanæ.

Impoſtores, dicuntur deceptores, & qui fallunt pręſtigijs quibuſdam, dicti ab imponēdo, quod eſt decipere. Iuuen. Facile eſt barbaro imponere regi. & Mar. Callid⁹ impoſuit nuper mihi caupo Rauennę. Vlpianus lib. 21. de ædi. edict. leg. ob quę vitia. Non guloſos, inquit, nec impoſtores. Accurſius impoſtores interpræta t̄ qui imponūt aliquid alicui. Inde dicta impoſtura, pro deceptione Ambroſi. in epiſto ſto. ad Corinth. 1. Omnis impoſtura tenebras petit, & falſa pro veris oſtendit. Vlpian. lib. 47. de crim. ſtellio. l. ſtellionatus. Itē ſi quis impoſturam fecerit.

Inauris, quod à Grçcis dr̄ enotion, ornamentum eſt ex auribus, fœminarū dependens. Paul. in Meneh. inaures da mihi faciē las pondo duū nummum Vlp. de au. & arg. legat. l. argnmento. Veluti innaures, armillæ. Itē l. pediculis. Inaures, in quib. duæ margaritæ.

Inciles foſſę, ſiue incilia, ſunt quæ à Grecis dicuntur dyoriges, & sūt per quas aquæ pluuiales deducūtur ex fa- lis.

lis. Apu. lib. 9. de aſino: Viã lacunoſis incilib. voraginoſã. Cato de re ruſt. Perhyemem aq̃ de agro depellere oportet, foſſas inciles puras hr̃e. Feſtus Põpon. Foſſæ, q̃ in vijs fiunt ad deducendũ aq̃, ſiue deriuationes de riuo cõi factæ, inciles dñr, Vlp. li. 40. dig. tit. de riuis, l. 1. Incile eſt locus depreſſus ad latus fluminis, ex eo dictus quod incidatur. Inciditur. n. vel lapis, vel terra, vnde primum aqua ex flumine agi poſſit. Idem Vlp. in eodem li. titu. ne quid in flumine publico, l. 1. Si incile, inquit, ducat, alio loco fiat. Meminit quoq; in cilis in titulo, de aqua cotid. l. 1.

Incruſtare, eſt cruſtam parieti, vel alicui vlteri rei inducere, ſiue ex calce, gypſo, argilla, ſiue ex lapide, aut alia materia. Horat. 1. Sermo. Sycerum cupimus vas incruſtare. Varro apud. Marc. Pauimenta, inquit, & parietes incruſtari. Procu. li. 8. dige. de ſeruitutib. vrb. præd. l. quidam. Parietem, inquit, communem incruſtare licet. Et paulo poſt: Quod obſeruari in incruſtatione oportet. Item de ver. ſig. l. impenſæ. Paulus ait, incruſtationes, loricationes, & picturæ.

Indictio, eſt denũciatio, quia indicere eſt denũciare. Horat. in 1. Serm. Ventri indictio bellum. idem in epiſt. Indictis comes ire Latinis. Vlpia. libro 38. dig. titu. de ope. liber. l. libertus. Cui poſt indictionem, inquit, operarum. Atque aliubi; Si indictione tẽporariæ indictæ ſunt.

Induciæ, ſunt dictæ, quod in diem certum ab vtriſq; hoſtibus dantur. Plin. li. 7. Inducias, inquit, Lyacon primus inuenit. Pau. libr. 49. dign. titu. de capt. l. poſtliminium. Induciæ, inquit, ſunt, cum in breue, & in præſenti tẽpore conuenit, ne inuicem ſe laceſſerẽt hoſtes. Accu. ſatis ineptè inter inducias, & treugam differentiam facit, cum treuga non ſit magis latinum, quàm guerra, quàm omagium, quàm feudũ, quàm tenuta, quàm mille alia, quibus iſti nulla neceſſitate coacti vtuntur.

Inducere præter alios ſenſus, quos hẽt plures, ſigñat etiã expũgere, & cãcellare, hoc eſt, trãſuerſo calamo quod ſcriptũ erat delere. Vlp. ĩ ti.

de ijs, quæ debentur, l. can cellauerat aũt quis teſtm̃, vel induxerat. Itẽ: Si noĩa oĩa induxerat, vt ꝓponiẽ. Itẽ. Quæ in teſtõ legi pñt, ea inconſulto delata, vel in ducta nihilominus valẽt, cõſulto nõ valẽt hinc inductio ꝓ abolitione, & litura.

Inficiatio, eſt negatio, ab inficior inficiaris, quod eſt ire inficias, ſiue negare. Cic. de partitionib. Rationem, inquit, habet criminis, inficiationemq; facti. Ner. lib. 46. dig. tit. iudicatum ſolui, lege ex iudicatum. Ad inficiationem inquit, compelli eum qui ſine iudicio par tem dare paratus eſt.

Inſtitor, vt inquit Iuriſcon. li. 14. dig. in titulo, de inſtito. actio. l. inſtitor, eſt qui tabernæ locove ad emendum vẽdendumve præponitur. Atque ibidẽ inſtitor inquit appellatus eſt ex eo quod negotio gerendo inſtet. Iuuen. Inſtitor hybernę tegetis niueiq; cadurci. Accipitur etiam pro eo, qui circunfert per vrbem merces vęnales, vt in eo, ti. & apud Ouid. in 1. de arte. Inſtitor ad dominam veniet diſcin ctus emacem.

Inſula præter illã notã ſignificationem, ſignificat etiam domum in vrbe ab alijs domibus ſeiunctã. Corn. Tacit. Germani ſuam quiſq; domum ſpatio circundat, nullis cohærentibus ædificijs, more inſularũ. Feſtus quoque Pompo. Inſulę, inquit, dictæ propriè, quæ nõ iungũtur cõibus parietib. cum vicinis, circuituq; publico aut priuato cinguntur a ſimilitudine, videlicet earũ terrarũ quæ fluminibus, aut mari imminent. In hoc ſignificatu crebrò reperitur inſula apud Iuriſconſultos. Vnde inſularius, dominus ſiue cuſtos huiuſmodi inſulæ.

Interpolare eſt in aliam formã mutare, & quodammodo mangonizare. Plautus in Amph. Illic homo me interpolabit, meumque os finget denuo. Ambroſ. ad Horat. Noſtrorũ peccatorũ, in pęnis vltricib. interpolari. Vlp. 21. dig. tit. de ædil. edi. l. ꝑcipiunt. Interpolant, inquit, veteratores, & pro nouitijs vendunt, i. in habitũ nouitiorũ mutant.

Intertritura ſiue intertrimentũ, eſt (vt inquit Varro de lingua Latina) dictũ ab eo quod duo inter ſe trita &

diminuta ſunt, vt in nummis aureis, qđ ex vſu, & attrectatione conſumit. & in veſtib. alijsq; reb. q̃ vſu deterũtur. Liuius li. 34. in auro, inquit, nihil intertrimẽti fuit. Item li. 32. Intertrimentum argenti ſuppleuerunt. Sceuol. li. 33. de pign. act. l. pignori. Quæro intertrituram, quæ ex operis facta eſt. Atq; ibidem iterum vtrobiq; pro detrimento.

Irenarcha, interpretatur pacificator, ſiue pacis conciliator: nã irene interpretatur pax & archos eſt princeps. Erãt aũt irenarchæ viri boni, & prudẽtes, quales ſignificat Virg. in 1. Aen. Ac veluti magno in populo cũ ſæpe coorta eſt ſeditio, ſæuitq; animis ignobile vulgus, &c. Sub hoc habitu fuit Domitiani Cęſaris ſtatua æquo poſita, de qua Papinianus, in princ. Syluarum. Dextra vetat pugnas. Talem quoq; Perſius poeta ſignificat, cũ dicit: Fert animus calidę ſilentia rixę Maieſtate manus. In Codice Iuſti. tit. eſt direnarchis, quos Accurſ. interpretatur iram arcentes, quaſi irenarcha nomen eſſet Latinum. Mar. li. 48. in tit. de cuſto. & exh. reo. l. D. Hadrianus irenarcharum ſępe meminit.

Iſauri, populi ſunt Ciliciæ cõtermini, q in mari quondã piraticã exercuerunt, quos Pub. Seruilius profligauit, qui cognomen Iſaurici ex ea victoria retulit. Iam verò Iſauri, & Cilices, pro piratis accipiuntur, vt Iuuenalis: Piratæ Cilicum, Iuſt. in C. tit. de ferijs, l. prouinciarum. Latronum inquit, & maximè Iſaurorum.

Iſoſtates, poteſt interpretari æqualitatis recognitor: nã Iſos interpretatur æqualis in Codice. Iuſti. de ponderibus, & auri illatione. leg. quoties. Quoties, inquit, de qualitate ſolidorũ orta fuerit dubitatio, placetquẽ ſermo Grecus appellat iſoſtatem pro ſua fide, & induſtria, vt neq; fallat neq; fallatur contentionẽ dirimere, Accurſ. interpretatur ab igos, victoria, & ſtate militia, neque enim igos eſt victoria, ſed nice, neque ſtate militia, ſed ſtratia: ſed neque victoria, & militia faciunt ad rem.

Iugum pro pari duorum animalium plerũq; accipitur vt apud Pliu. li. 10. de aquilis. Vbi aquilarum, inquit,

non ſit iugũ. Varro de lingua latina: Iugum, inquit & iumentum a iunctu Virgil. 5. Aen. Nec ſic vndantia lora Concuſſere iugis, Vlp. li. 21. dig. de ædil. ed. l. ædiles, aiũt ſæpe iugum in hac ſignificatione ponit.

L

LAbrum vas eſt patulum grandioris aquæ capax, qualib. in Bętica mea vtuntur ex argilla fictis ad lauatrinã, & vſus coquinarios. Virg. 8. Ae. Sicut aquæ tremulũ labris, vbi lumẽ aliepis. Cic. in epiſt. labrũ ſi in balneo non eſt, fac vt ſit. Vlpi. li. 16. ti. de emp. & vẽd. l. limes. Labra, inquit, ſalientes fiſtulæ. Acc. exponit labra, quia p labrũ imaginis aqua ſalit, nõ minus ineptè q̃ id, quod alibi Digitum interpretatus eſt, i. quantũ fluit per digitum ſtatuæ.

Lacertus, piſcis eſt, q̃ a Græcis colias dr̃, dictus a lacertus, ꝙ ad ſimilitudinẽ lacertorum picturas hẽt. Commẽdabanẽ aũt lacerti Sexitani ex Hiſpania, vrbe Sexi, Mart. Et Sexitani ponatur cauda lacerti. Ex lacertis aũt fieri ſolita eſſe ſalſamẽta; oſtendit Corn. Celſus dicẽs; Piſcium, qui ex media materia ſunt, quibus maximè vtimur, tamen grauiſſimi ſunt, ex quib. ſalſamenta quoq; fieri poſſunt, qualis eſt lacertus Sexitanorũ ſalſamẽtorũ meminit Str. Vlp. in ti. de penu leg. l. qui penũ. Lacertos, inquit cũ muria ſua cõtineri. Labeo, ait. Eſt aũt Muria ſalſugo exudans ex piſcib. ſalitis, qua vtebãtut antiquiores ad ciborum condituras.

Lacunar, ſiue laquear, ſiue lacus eſt tecti elegãtior fabrica. Cic. 5. Tuſch. q. Fulgentẽ gladiũ è lacunari ſeta equina appẽſum. Hor. in 2. Car. Non ebur neq; areum mea renidet in domo lacunar. Vlp. ti. de fun. inſt. l. q̃ ſi tũ. Scalę, inq̃t, q̃ lacunarib. admouentur, inſtri ſunt.

Lapis, ꝓ milliario, hoc eſt, mille paſſib. aliqñ accipit, qm̃ antiquiores ſoliti erant milia quæq; paſſuum lapidibus ſignare; id quod videmus in via q̃ ducit Salmanticã ex Emerita Auguſta, at genteam vulgus appellat. Mar. Rura nemuſq; ſacrũ dilectq; iugera muſis Signat vicina quartus ab vrbe lapis. Idẽ alibi: Ad lapidẽ

Tor-

Torquatus habet prętoria quartum. Mart.ti.de excu. l.propter litẽ. Ne vltra centeſimum, inquit, lapidem tutelam gerat.

Laſer,eris,ꝙ a Grę cis Silphiũ appellatur, ſuccus eſt herbæ, quã in Cyrenaica regione inuentã Laſerpitiũ vocant a medicis,& pharmacopolis tẽpeſtatis noſtrę appellat Aſſa,Pli.li.19. Laſerpitium, qđ Græci ſilpion vocant,in Cyrenaiaca prouincia repertum,cuius ſuccum vocãt laſer.Paulin tit. de penu le. l.nõ omne. Sed quod quidam, inquit negauerunt piper liguſticum, cateum, laſer &c. eiuſmodi in penu non eſſe,improbatum eſt.

Latus clauus, quemadmodũ diximus ĩ verbo clauus,nodus erat ex purpura, ſiue ex auro veſti intertextus,& qui poterant vti eiuſmodi veſtib. tũ Laticlauij,tũ Anguſticlauij dicebant. Erat aũt veſtis ſenatoria, vt exponit Acron,in illud Horatij 1.Serm. Quo tibi Tulli, Sumere depoſitũ clauũ fieriq; tribunum.Pli.li.8.Tunicam lati claui in modũ gauſpi texti.Ouid.4.de triſto.Induiturq; humeros cũ lato purpura clauo. Iuriſc. in quadã lege, cuius initiũ eſt, Imperator. Vt ecce, inquit,ſi vxori uiri lato claui, petenti,pro lati clauio.

Lautica,dñr quęcunq; ad lautitiã atq; elegantiã cultus, & mẽſę pertinẽt. tit. de au. & ar.le.l.argõ Mũdo,inqt, muliebri cõtinentur lautica acuus,reticula, & hmõi.

Laxamentum,ſiue laxitas, dr̃ quies, ſiue ceſſatio a labore. Val. de fortitudine. Ad confirmandos,inquit, aĩos ſalubre laxamẽtum daret. Cic.in 1.Of. Adhibẽda eſt, inquit, cura laxitatis, Ner. lib.50. tit. de vace. & excu. mu.l.tempus. Cũ laxamento quodam itineris.

Lectica eſt vehiculum in quo quiſpiã fertur ab hoĩb. ꝙ ſi a quatuor vehitur tetraphorum, dr̃ ſi a ſex, hexaphorũ: ſi ab octo,octaphorũ. Mart. Laxior hexaphoro tua ſit lectica licebit. Et Iuu. Denſiſſima c.Quadrãtes lectica petit. eadem, & Sella dicitur vnde idem poeta ſubdit de eadem lectica: Oſtendens vacuam, & clauſam pro coniuge ſellam. Paul. lib. 8.de ſeruit. ruſtic. præd. leg. qui ſella. Qui ſella, inqt, aut lectica

ve-

vehitur, ire, non agere, dr̃ Acc. ſella.i. equo, lectica.i. curru interpretatur, quod vtrunque ex eo, quod diximus falſum eſt.

Lecticarius ſeruus eſt, qui lecticã humero fert. Suet. in Othone: muliebri ſella in caſtra cõtẽdit, ac deficiẽtibus lecticarijs cũ deſcẽdiſſet. Seru. Sulp. in quadã ad Cic. epiſt. Coactus, inquit, ſum in eadẽ illa lectica lecticarijsq; meis in vrbẽ eũ referre, vt in tit. de leg. j. l. ſi ex toto. Si ita, inquit, legatũ ſit lecticarios. Item Vlp. de le. 3. l. itẽ Legato cõtinẽtur mancipia, puta lecticarij, qui ſolam matremfamilias portabant.

Liberi, orũ, non ſolũ dñr filij, ſed ẽt nepotes, pronepotes, & deinceps & q̃q̃ nõ declinetur niſi in numero multitudinis, de vno tñ liberos dicimus. Ex A. Gellio. lib. 2. Vlp. in tit. de poll. l. ĩter liberos, nepotẽ quoq; contineri diuus Pius reſcripſit. Itẽ Caliſtratus tit. de verb. ſig. l. liberorũ appellatione, &c.

Libertinus a liberto nõ eo differt, ꝙ vulgus putat, & cũ dixi vulgus, nõ excludo Accurſ. qui & ipſe vnus eſt ex imperita multitudine, nã cũ idẽ ſit libertus, qđ libertinus, ſola ratione differũt, qm̃ libertus nomen eſt ad aliquid ſuperq; refertur ad eũ, cuius eſt libertus, hoc eſt ad patronũ, vt libertus Cæſaris, libertus Ciceronis. & de operis libertorũ, ſubaudi quas debẽt ſuis patronis liberti. Libertinus verò nomẽ eſt abſolutũ, tm̃que dicit conditionem, hoc eſt, tertium illud genus hominum, qui nec ſunt ſerui neque liberi. Hinc eſt, ꝙ Iuſtinia. in lib. Inſtit. titulum fecit de ingenuis, & *libertinis*, quia ibi nõ agitur niſi de cõditione nullo habitu reſpectu ad patronos. Hãc differẽtiam primus omniũ animaduertit, annotauitque Lau. Val. vir harum rerum diligens indagator, atque acerimus inuentor.

Libitinarius, dr̃ funeris curator, quem ſupra diximus deſinatorẽ appellari: nam polinctor eſt, qui cadauer effert, comburitq; aut ſepelit. dicti ſunt aũt libitinarij a libitina i. funere, dicta libitina a Venere libitina, q̃ Romę habuit tẽplũ, iuxta ꝙ vẽdebanẽ quib. erat opus ad funus, puta vnguenta, lychni, papyri, cerei, funalia.

lia. Sed cu rea iuxta Veneris templũ, quæ iocorũ voluptatumq́; dea eſt, vendebãt. Plutarchus in proble matis cauſam narrat, vt videlicet cũ hoĩes libidinib. dant operã, meminerint ſe aliqñ morituros. Vlp. li. 14. titu. de inſtitoria actione. l. quicunque. Si libitinarius, inquit, ſeruum pollinctoré habuerit. iſq; mortuum ſepelierit. Accurſ. deſipit neſcio, quę ſomnia referens.

Librarius eſt q libros ſcribit, nã ſcriptor nõ tam dr̃, qui libros ſcribit, quam librorum compoſitor. Mar. de libris ſuis. Non meus eſt error, nocuit librarius illis. Cic. 3. de Orat. Neque librariorum notis, ſed verborũ & ſententiarum modo. Calliſ. tit. de iur. imm. l. quibuſdam, & ſæpe aliàs.

Licitor, aris, eſt in actione precium pro re venali offerre. Plin. lib. 7. Ariſtidis pictoris vnam tabulam centum talẽtis Rex Attalus licitatus eſt. Inde licitator, qui eiuſmodi preciũ offert. Cic. in Epiſt. ad Matium. Qm̃ pretium tuũ noui, in licitatorem potius ponã, quam illud minoris væneat. Licitatio quoque, vt Paul. lib. 39. dig. tit. de publ. & vectig. l. licitatio. Licitatio, inquit, vectigalium, quę calore licitantis, &c. Et paulò poſt, Licitatores, inquit vectigalium.

Lictores dñr, qui ante Prætores, aut cõſules ferebãt inſignia magiſtratuũ, hoc eſt virgarum faſces & ſecures dicti a ligando, vt ſcribit Gellius lib. 11. quod videlicet iuſſu Conſulũ aut Prętor. vinciebãt ſontes, aut quẽadmodum Feſtus ait, ꝙ virgarum faſces ligatos prę ferebant, quibus impetente magiſtratu, delinquentib. plagas ingerebant. De manumiſſis Manumiſſio, inquit, per lictores.

Ligna, orum, in numero multitudinis propriè dicuntur quæ comburendi cauſa cõ parata ſunt, vt apud Mar. Ad villam moneo ruſtice ligna feras, & apud Horat. In ſyluã ne ligna feras. In ſingulari quoq; in eadem ſignificatione reperiť Vlp. in tit. de leg. 3. l. ligni appellatione. Materia, inquit eſt illa, quæ ad ædificandum fulciendumque ædificium eſt neceſſaria. Lignum verò quicquid comburendi cauſa comparatum eſt.

Li-

Liguſticum herba eſt in montib. Liguriç naſcēs, à iunioꝛib. medicis leuiſticō appellatū. Eſt autē Liguria regio Italiæ, inter Varrū, & Macram oēs, & ad Apennini dextrā, in qua eſt Genua. de Linguſtico Plin. Columel. Apitius, proinde omnes medici meminerunt, leuiſti cum corrupto vocabu. appellant. Pau. li. 33. in ti. de pen. lega. leg. non omne, piper, inquit, liguſticū careum. & laſer.

Liminarcha poteſt interpræ- tari liminis, hoc eſt limitis præfectus, & eſt ille, qui gerit curam tuendorum prouinciç limitū, prçficiturq́; militibus limitaneis. Arcadius lib. 50. tit. de munerib. l. munerum ciuilium, &c.

Limitanei milites dñr, q. ſub liminarcha ꝓuinciç termi nos tuentur. Capitolinus Reparato, inquit, de limitaneis. Daciæ exercitu. Iuſtin. quoq; de offi. Prætoris Aphricç. l. quis Deo. Pro limitaneis inq̄t ordinandis, quia neceſſariū nobis eſſe vī, vt extra comitatenſes limites, limitanei cōſtituantur, qui poſſint, & caſtra, & ciuitates, & limites defendere. Et paulò poſt; Si commotio aliqua fuerit, poſſint limitanei. ſine comitēſibus, & militibus, &c.

Linea margaritarū, eſt ſeries margaritarum pertuſarū, q̄ ſint filo inſertç Scæuola li. 35. ad l. Falcidiā. l. lineā. Lineam inquit margaritarū. Item Vlp. li. 47. ti. de furtis, l. ſi quis vxori. Si linea margaritarum ſurrepta ſit.

Lytos, interpræ tatur ſolutus, à lyo quod eſt ſoluo. Iuſt. ī proęmio dign. Quia ſolitū erat, quarti anni ſtudioſos. Græco, & cōſueto quodam vocabulo lytas appellari, quos eſt ſolutos, ꝓ quo mēdoſè legitur hircos, ex Pandectis Florentinis ad notā- te Politiano, nā ꝓ eo qđ in recentiorib. libris habetur hircos, & coloritas, legi oportet lytas, & pro lytas: quid aūt ſint, lege prolytę.

Logiſta dr̄ is, q. reddendis rōnib. præeſt: nā logos inter cæteras ſignificatiōes inter prætatur computatio: & logiſtice eſt ipſas ars computatoria, quam vulgus algoriſmum vocat. Iuſt. in titulo de modo mulctarum. l. curator. Curator, inquit, reipu. qui Græco vocabulo logiſta nūcupatur mulctādi ius non habet.

Lo-

Logographus, poteſt interpretari rationum ſcriptor, quo vocabulo vtitur Iuſti. libr. 10. in tit. de tabularijs, ſcribis, & logographis.

Loricatio eſt tectoriũ parieti in modũ loricæ ſuperinductũ, idẽ ferè ꝙ incruſtatio. Vitr. li. 6. Duplicem, inquit, præbeat cõtignationi loricationẽ. Plin. lib. 8. Ichneumone cũ aſpide pugnaturo. Mergit, inquit ſe limo ſæpius ſiccatq; ſole, mox vbi pluribus eo modo ſe correis loricauit, in dimicationem pergit. Paul. de ver. ſig. l. impenſæ. Incruſtationes, inquit loricationes, & picturæ.

Ludicrus, a, um, nõ ludicer, is, ꝙ Piſcen. putauit, dicitur qđ ad ludũ pertinet. Virg. 12. Aene. Neque. n. leuia, aut ludrica petuntur. Hor. 1. epiſ. Valeat res ludrica, ſi me Palma negata macrũ. De accuſationib. l. qui iudicio. Qui artem, inquit, ludicram fecerit, hoc eſt ſcenicam, ſiue theatralem aut circenſem, vbi ludi fiunt.

Lugdunẽſis colonia, q̃ Lugdunũ cognominaẽ, ciuitas eſt nobiliſſima. Heduorum in Galia Lugdunẽſi ab ipſa cognominata, meminit illius Iuriſc. li. 3o. dig. ĩ ti. đ cẽſib.

Ludus literarius, ꝑ ſchola accipiẽ, vbi literæ docenẽ: magiſter quoq; ludi, is dr̃ q literas docet. Martia. Quid tibi nobiſcum eſt ludi ſcelerate magiſter? & ꝑ translationem. Terẽt. in Ecyra: In eo. mihi oẽs vñr ludo docte ad malitiam, & ei ludo ſi vllus eſt ludus, magiſtã hanc eſſe ſatis certo ſcio. Vlp. li. 41. tit. de varijs, extra. cogn. l. 1. ludi literarij. magiſtri.

Luſcus is dr̃, qui altero oculo caret, qui Græce monophthalmus appellaẽ, hoc eſt vnocul⁹ Hier. de viris illuſt. Acacius, inquit, quem quia luſc⁹ erat, monophthalmũ appellant. Martia. Thaida Quintus amat q̃ Thaida? Thaida luſcã. Vnum oculũ Thais non habet, ille duos. Modeſt. in titu. de verb. ſig. l. inter ſtuprũ. Vitiũ inquit eſt ꝑpetuũ impedimẽtũ, veluti ſi luſcus ſit. Inde fit verbũ eluſcare, de quo in ſuo loco diximus. Neque eſt, vt Accurſius, & ſi q ſũt alij, q id dicãt, q lumine adhibito nihil videt, ſed vt dix. q eſt orbatus altero oculo.

Luſtramentum, ti, eſt purgatio facta per veneficium, aut ſacrificium, aut incantationẽ, dictũ ab eo quod eſt

eſt luſtro,as,Vir.6.Aen. Luſtrauitq; viros, dixitq; nouiſſima verba. Ouid.10. Meta. Magico luſtrau͞ere ritu. Marcel.li.48.ad l.Corn. de veneficijs,& ſiccarijs.l.eiuſdem. Si quis,inquit,luſtramenti cauſa dederit cantharidas.

M

MAgiſter nomen dignitatis eſt,& magiſtratus,ſiue magiſtratum, ipſa magiſtri dignitas. Vnde magiſter equitum,quj à Dictatore præficiebatur equitibus, & magiſter populi, qui pecuniæ diuidundę per populum præpoſitus eſt,& magiſter militũ,qui militib.pręeſt,& magiſter ſcrinij, i.qui libros principis adſeruat, & magiſter pecoris,q paſtorib. reliquis præfectus eſt.

Malleatus, dr̄ liber, qui iã eſt ligatus, punicatusque. Sed quia libri malleabũtur antequam cõſuetentur, id qđ videmur noſtro tẽpore fieri, malleati dicebantur,pro eo quod ſequitur. Vlp.tit. de leg.3.l.librorum.Libri, inqnit nondũ malleati, & & perornali continebũt.

Malobathrum arbor eſt odorata ex Syria, q̃ noĩe ſpãli ſolium appellat, vnde fiunt vnguenta, quæ dñr Foliata. Hor. in 2. Carm. Nitentes malobathro Syrio capillos. De folio malobathri meminerunt ſæpe Galenus,& Apitius. Marcianus. lib.39. tit.de publicanis. l.interdũ Malobathrum, aroma Indicum.non malabaſtrum.

Mandragora, herba eſt nota, cuius duo ſunt genera alterum nigrum,quæ fœmina exiſtimatur, alterum candidũ, qui eſt maſculus, Hęc vim ſoporiferam, atq; prouocandi ſomni gratia dari conſueuit,quia frigida eſt, ac propè venenum. Colu mel.in horto.Quãuis ſemihĩnis veſano gramine fęta Mandragoræ pariat flores, meſtamque cicutam. Marcel.li.48.dig. ad l.Corn. de veneficijs. l.eiſdẽ.mandragoram inter venena ponit. Ex quo fit,vt mirandum ſit quid per mãdragoram interpres ſacrarum literarũ intellexit in Geneſi.ca.30. Et Cant.7.

Mango,onis, eſt nõ mõ ſeruorũ vẽditor:ſed aliarũ etiam rerũ.quæ vt carius vendantur,ſolẽt à vẽditiorib. adornari. Vnde eſt mãgonizare agros,

agros, & æquos, pro eo ꝙ eſt colore. Et Plinius li. 37. politores gemmarũ, magones appellat. Martia. Millia pro puero cẽtum me mãgo propoſcit. Seneca in Epiſt. Mangones, quicquid eſt qđ diſpliceat, aliquo lenocino abſcondũt. Aphricanus de ver. ſig. l. mercis appellatione, quo diſtet à venaliciario monſtrat

Mappa mẽſæ ſtragulũ eſt, quẽadmodũ, & mãtile, ſiue toral. Erãtq; duo genera, alterũ rasũ, alterũ villosũ, hoc eſt in tapetis ſimilitudinẽ cõtextũ, qđ & gauſape dr̃. Martial. in diſticho cuius ĩdex eſt, Mappa villoſa Nobilib. villoſa tegãt tibi lintea citrũ, De matili quoq; villoſo. Virgilius in primo Aen. dixit, Tonſiſq; ferunt mantilia villis, qđ Seruius ꝑ minutis exponit. Ouid. quoq; ĩ quarto Faſt. Duxerat ad dexterã villis mãtile ſoluti Florentinus li. 33. de ſupellectili legata lege ſupellectili. Toralia, inqt, & mappa villoſa. Pro quo mẽdoſe legitur, & oralia in panalioſa, nihil verba.

Materia, proprie dicit̃ circa q̃ verſat̃ faber tignarius ſiue lignarius. In cõmuniori tamen ſignificatu dicitur de ſubiecta cuiuſque artis materia. Pau. li. 18. ti. de periculo & commo. l. quod ſi. Neque materia empta ſi furto periſſet.

Mediaſtinus, quemadmodũ Priſc. in 5. carmine ſcribit, à medio videtur componi, quia medias partes balnei tenet, hoc eſt qui in medio lauãtiũ ſtat. Hora. in 1. epiſt. Tu mediaſtinus tacita prece rura petebas. Acron in media vrbe viuẽs interpretat̃, Porphyrion in media vrbe ſiue balneo exponit. Vlp. lib. 47. titu. de iniurijs. l. item apud. Mulum intereſt qualis ſeruus, ſit bonæ frugi, an mediaſtinus.

Mereo, meres, merui, eſt militare, ſiue ſtipẽdiũ ĩ militia facere. Luca. in 6. Caſtrorũ in plebe merebat. Iuuenalis: Caſtrorumq; ære merentẽ. Suet. in Iulio, Meruit, & ſub Seruilio Iſayrico. lib. 49 digeſtorũ, ti. de re militari, pro eo quod in libris antiquis legitur merere, in recentioribus ſcriptum eſt, militare.

Metalla, dicuntur venæ vnde eruitur argentum, ęs, & cętera quę vulgus in doctum appellat mettalla, dicta sũt

autem

autem metalla à metello, quod eſt ſcrutor ſiue inquiro, aut dicũtur metalla, quòd alia vena poſt aliam inueniaẽ, quod videtur Plin. lib. 34. ſignificare, vbi ſcribit, quòd vbicunque vna vena eſt inuenta, nõ procul alia inueniatur. Hinc metallarij, & metallici dicũtur, qui ſunt damnati ad metalla, hoc eſt ad effodiẽdam terrã ex metallis. Aliquãdo ſimpliciter accipiũtur pro effoſoribus metallorum, vt in li. dig. tit. de pęnis, & li. 11. Cod. ti. de metallarijs.

Metator, ſiue metat⁹, ſiue mẽſor dicitur, q iuſſu, atq; authoritate principis milites in domibus incolarũ collocat, ſiue in caſtris qua parte debeat quiſq; tentoria figere, oſtendit. Vnde dictũ eſt caſtrametari. Lucanus ĩ primo, Heſperios veniam metator in agros. In codice Iuſtiniano, titu. de metatis, l. 2. Siquis, inquit, menſorũ noſtrorũ manu qua deputatur ſingulis, quibusq; domus, & poſtibus hoſpitaturi nomen adſcribunt, delere nõ dubitauerint, ad inſtar falſi criminis conſtituti teneantur.

Metaxa eſt cõgeries illa pen‑ſorum ex lino aut lana, quã Hiſpani paucis literis immutatis vocant madexa, vt li. 11. Cod. Iuſt. tit. de muril. l. lotas in poſterũ ſerica, & metaxæ. Vitruuius li. 6. De paludib. inquit, tenues colligantur metaxę.

Metroçomia, interpretaẽ villa matrix, dicta à meter, quod eſt mater, nõ quod Accur. hallucinatur, a metrus, quod eſt menſura, & nomine villa accipiendo villam, vt nunc vulgus loquitur. Iuſt. libr. 11. Cod. in titu. nõ licere habitatoribus metrocomiæ loca ſua ad extraneã conferre.

Metropolis, interpretatur ciuitas matrix, neque dicitur à metros, quod eſt mẽſura, vt imperiti exiſtimant, ſed quod de metrcmia dixim⁹, à meter, quod eſt mater, vñ alia cõplura deriuantur, quæ in ſuo genere ſignificant, pręcipuũ & excellens, vt ortygometra, terrigometa, echinometra, acẽtu in penultima pro duce coturnicum, cicadarum, & echinorum. Modeſt. lib. 17. dig. de excuſatio l. ſi duas, Decet autẽ maxime numero vti metro poles gentium.

Miliarium vas erat ad coquẽdum

dum miliū accommodatū quemadmodum pultariū ad coquendū pultem. Cato de re ruſt. Inter orbem, & miliarium vnum digitū intereſſe oportet. Paladius lib.5.de re ruſ. Vas inquit, æneum miliario ſimile. Pō po.lib.33.tit. de au. & arg. leg. l. & ſi. Certe ſi cacabos argenteos habeat, vel miliarium, pro quot, litera expuncta, lege tu miliariū.

Miniculator is dr̄, qui literas maiuſculas, hoc eſt initiales, ſiue capitales ex minio libris ex atramento iā ſcriptis adhibet. Vlp.lib.38.tit. de operis liber.l.iuriſiūran di. Si fortè, inquit, librarius, vel miniculator, ſic enim in libris antiquiorib. legitur, & magis cohæret ei, quod ſuprà dixerat librarius, & ei, quod ſequitur, vel calculator.

Molior, moliris, eſt moles ad ædificiū aliquod cooaptare. Virgilius primo Aen. Moliri que arcem, & manibus ſubuoluere ſaxa. Vlpia. li. 39.l.1. de noui operis nun. Qui fortè in publico, vel in priuato, quid molitio, onis pro ipſo apparatu ædificandi, vt infra eodem titu. l. ſtipulatio, Molitio, inquit, non impeditur. Demoliri vero & demolitio opponitur ei quod eſt moliri, & molitio, pro eo, quod eſt diruere & dirutio, vt in eo. tit. ſæpe.

Mola manuaria, ſiue manualis, ſiue truſatilis dr̄, quę ad frumenti moliturā manu circumagitur quæ, vt ait Virg. ī More. Rorat aſſiduis gyris, & concitat orbē. Mola quoq; iumentaria, & ex Euangelio, mola aſinaria eſt, quam iumēta verſant. labo. Priſ. li. bo. Priſ. lib.33. dig. de fun. inſt. l. dolia. Molas, inqt, manuarias ſupellectilis, iamētarias autē inſtrumenti eſſe. Offilius ait, Molas verò aquarias hoc ē aqua uerſatiles, ante Iuſti. tempora fuiſſe nondum legi. Is enim in ti. de aqued. l. decernimus, molæ aquariæ meminit, quā ſermonis Latini ignati molēdinum appllant. Nā quod legitur aſina molendinaria in tit. de fund. inſt. l. cū de lanionis, non à molendino, ſed à molendo deductum eſt.

Meniana, vt ait Feſtus Pomp. ædificia erant à Menio ciue Romano, ſic ppellata, non à mœnibus ſic dictū, vt putauit ſomniculo

ſus Accurſius. Is enim primus vltra columnas extendit tigna, quo ampliarētur ſuperiori. Hic eſt ille Menius, qui poſt bona p̄ris abſumpta, locum ſibi ſeruauit, vnde ludos ſpectaret, de quo Hor. in primo epiſ. Menius, vt reb. maternis atque paternis. Fortiter abſumptis, vrbanus cœpit haberi, &c. Locus aũt ille fuit Menianũ q̄d vltra ædificia protendebatur, in viam publicā propendēs. Vitruuius li. 5. Meniana, inquit, ſuperioribus coaſſationib. collocentur. Suetonius in Caligula. Cum apparatu circi perſpicientem pauci ex ꝓximis Menianis poſtulaſsēt. Valerius de mortibus non vulgaribus C. Licinius, Macer vir prætorius Calui pater, dũ ſententiæ dicerentur, in Menianum conſcendit. Iabolenus de verb. ſig. l. malum nauis, Qualia, inquit, Meniana, & ſubgrundaria eſſent. Vlp. in titu. ne quid in loco publico. l. prætor ait. Cũ quidam, inquit, velum in Meniano immiſſum haberet.

Meritoriũ, ſiue meritoria taberna, eſt ſtabulũ, ſiue caupona in quam viatores diuertunt, dictum meritorũ à mercede quā ſoluunt. Iuuenalis. Nā quę meritoria ſomnos admittunt. Valerius de duobus Arcadibus. Quorũ alter, inquit, ad hoſpitē ſe contulit alter in tabernam meritoriam diuertit. Vlp. in tit. de iniurijs. l. lex Corn. ad meritoria, inquit, vel ſtabula non pertinebit. Acc. neſcio quas nugas ſomniat, neque id mirũ, cum vigilans quid eſſet meritorium neſcient.

Modus, & modulus plerũque pro menſura accipitur, vt Horat. in 2. Serm. Hoc erat in notis modus agri nō ita magnus. Frōtinus de aquęduct. Aquarum, inquit, moduli ad digitorũ, aut ad vnciarum menſuram inſtituēdi ſunt, in libr. dig. 11. titu. eſt, ſi menſor falſum modũ dixerit, & ibidem ſępe. Pau. libr. 39. titu. de damno. inf. l. damni, eum, inquit, qui modulorũ, aut riui faciendi cauſa.

Mulſum, potio eſt, q̄ ex vino, & melle cōcinuat. Horat. 1. Serm. Leui præcordia mulſo Prolueris melius. Mar. in diſticho, cuiꝰ lēma eſt Mulſum, Attica nectareũ turbatis mella falernum. Vlp. li. 33. titu.

33.titu. de trit. & vino leg. l. ſi q́s. Si mulsũ, inquit, ſit factũ, vini appellatione nõ cõtinebiť. Vlp. li. 6. tit. de rei vẽd. l. idẽ. Si ex melle meo & vino tuo mulsũ factũ ſit.

Mundus muliebris, vt inq́t, Varro, dictus eſt à mũdicia. Idẽ & ornat⁹. quaſi ab ore natus à Græcis coſmos dr̃. Vñ multi fuerunt autores. quos Galenus citat, q̃ coſmetica. i. de ornatu ſcripſerunt. Vlp. ti. de au. & ar. leg. l. argõ. Mundus, inquit, muliebris eſt quo mulier mundior ſit, & ſubdit quæ numerantur in mundo muliebri, de quo etiam eſt titu.

Munimẽtum differt à monumento, ſiue munimento, ꝙ monumẽtũ eſt ſepulchrũ, qđ erigitur in defuncti memoriã, ſiue illud ſit inane, ſiue cadauer cõplectatur. Munimẽtũ vero eſt in ædificio illud, qđ ab inferẽdo dãno defendit dictũ à muniẽdo Marcellus. lib. 11. ti. de religioſis, & l. funeris sũ ptus. de sũptib. funerũ Munimentũ ſepulchrũ eſſe D. Had. ſcripſit quod munien di eius loci cauſa factũ ſit.

Murileguli dñr, qui murices, hoc eſt cõchilia colligunt, ex quib. purpuraceus color inducitur, nã purpurarum genera cõplura ſunt, buccinũ, iãthinũ murex, de q̃b. in ti. de leg. 3. l. ſi cui lana. Igitur murileguli sũt purpurarum conquiſitores, de quibus Iuſti. li. 11. Codicis, tit. de moneta. & murileg.

Muria ſalſamentũ, ſiue ſalſugo exudãs ex piſcib. ſalitis, qua antiquiores vtebãtur ad ciborũ condituras. Aliqñ muria ex ſale tm̃, & aqua macerata conſtabat, q̃ muria dura cognominabatur, qũo aũt fiat. Pli. & Columella oſtendunt. Vlp. in ti. de penu. le. l. qui denum. Laceratos inquit, cum muria ſua cõtineri, Labeo ait.

Murrha, & vaſa murrina dicebãtur, q̃ ex murrha lapide ꝑcioſo tornabantur. Lucanus. Non auro muraq. bibũt. Martialis. Si calidũ potas ardẽti murrha falerno Cõuenit. De murrha lapide Pli. li. 37. plura. Sed huius lapidis vas vnũ tm̃ nr̃o ſeculo mõſtrať Venetijs in ærario diui Marci. Agathã ipſi vocãt. De vaſis murrhinis Martialis. Surentina bibis, nec murrhina ſume, nec aurum. Et Iuue. Grandia tollantur cryſtalla, maxima rurſus Murrhina. Flo

ten.inti.de ſupellectili Ic.l. ſupellectili. De murrhinis, inquit,& cryſtallinis,dubitari pōt.atq; ibidē,Murrhina, & cryſtallina ex eadem materia eſſe. Itē Pōp.tit.de au.& ar.le.l.& ſi non.Murrhina,inquit, vaſa in gēmi non eſſe Caſſius ſcribit.

N

NAtales, in numero multitudinis ſunt ipſa naſcēdis, ſiue illa ſit obſcura, ſiue clara.Pli. lib.18. Ruffus infima natalium nobilitate.Cor.Tacitus: Euſcus ingens ætate , claris natalib. Iuue.Palmā inter dn̄as virtus natalibus æquat.Apud Iuriſ.li.44.di.ti.eſt de nata. reſt.quaſi natales de natalibus claris tantum dicātur.

Negociū facere, ſiue negociū exhibere, quod apud Iuriſ. frequenter legitur ſignificat moleſtiam alicui facere,& ſic eſt illud. In eum,q calumnię cauſa negocium faceret,& illud . Qui pecuniam acceperit, vt faceret negocium, vel non faceret, pro eo, quod eſt modeſtiam .

Nomen ꝓ debitore, maximè in re fęneratoria apud Iuriſcō. ſępiſſimè inuenitur. Sen. de vita beata. Nūquā magis nomina facio,quam cum dono . Alphius fœnerator apud Colū. Optima, inquit nomina non ad pellando fieri mala. Hor.Cautus nominib.certos expendere nummos.Iuu.Qui venit ad dubiū grādi cū cod. nomen. Hinc apud Iuriſc. pecuniæ in noīb.dn̄r, quæ datæ ſunt fœnori . In hac quoque ſign̄atione accipitur nomen ab.Vlp. lib. 47. dig.in titu. de fur. l.ſi quis vxor .Si quis,inquit, ſeruo meo perſuaſerit, vt nomen ſuum ex inſtrō tolleret .

Non, particula negatiua turbat ſenſum adiecta, in titu. de of.proc.Legatus,inquit, mandata ſibi iuriſdictione iudicis dandi ius non habet . Cæterum in Pandectis non, particula non habeť. Notauit primus hūc errorem Angelus Polit.in quadam obſeruatione eius centuriæ , quam tunicam nobis videre contingit.

Noſocomion interpratať infirmorum, ſiue ægrotantiū villia, nā noſos interprętať morb.& come villa.Hie.ad Oceanū de epita. Fabiolæ, primò omniū noſocomion

ideſt

ideſt lãguentũ villã inſtit. Iuſt.in Cod. titu. de ſacroſ. ecc. Noſocomia, inquit, vel brephotrophia. Itẽ. coll. 1. de non alienando noſoco. mion, vel brephotrophiũ. Noſocomos vero appellatur, qui præſidet noſocomio, vt coll. 2. de non alienandis, &c.

Notarius nõ eſt, qui vulgò putatᷓ, hoc eſt tabellio, ſed qui excipiẽs verba diſtantis per notas & compẽdia ſcribit. Talis deſcribitur à Martia le ĩ diſticho cuius index eſt Notarius, Currant verba licent manus eſt velocior illis. Nõdum lingua ſuũ, dextra peregit opus. Pau.li. 29. dig. titũ. de militari teſta.l. Luc. Titius miles notario ſuo teſtm̃ ſcribẽdũ notis dictauit, & anteq̃ literis perſcriberetur, vita defunctus eſt. Ergo p notas intelligendũ eſt per literarum cõpendia, hoc eſt breuiaturas.

O

OBſidianus lapis ab obſidio quodã inuẽtus dr̃, de quo Pli.li. 36. in genere vitri & obſidiana numerantᷓ ad ſiſ̃tudinẽ lapidis, quem in Ethiopia inuenit Obſidius nigerrimis coloris, aliqñ & trãſlucidi, craſſione viſu atq; in ſpeculis reddẽte ꝑ imagine vmbras. Idẽ lib. 37 Inueniunᷓ, & gemme eodem noĩe ac colore, nõ ſolũ ĩ Aethiopia, & India, ſed ẽt in Samo & in litorib. Hiſpanienſis oceani. Meminit eiuſdem Suet. in Aug. Põp. li. 34. dig. titu. de au & ar. le. l. & ſi. Gemmæ, inqt, sũt plucidę materiæ, velut ſmaragdi, Lapilli contrariæ ſupiorib. naturæ, vt obſidiani nõ abaſiani, vt in codicib, recentiorib legiᷓ.

Obſonatores, dñr q obſonia emunt, hoc eſt cibos recentes ex macello, foro boario, foro olitorio, aut eiuſmodi loci. Sen. lib. 6. epiſt. Adijce obſonatores, quib. dñici palati notitia ſubtilis eſt. Mar. in diſticho, cuius lemma eſt, Obſonator, Dic quotus es, quanti cupias cœnare, nec vnũ, addideris verbũ, cœna parata tibi eſt. Marc. ti. de leg. 3. l. legatis ſeruis. Cubicularios, inqt, & obſonatores. Acc. vt eſt ĩ excogitãdis ineptijs diligẽtiſſimus, obſonatores dupliciter exponit, aut qui domino præſtant ſilentiũ dum dormit, quaſi a ſomno

no dictus,aut q canunt dũ cęnat dominus, quaſi à ſono vocis.

Odyſſea,opus eſt Homeri poetæ, in quo Vlyſſis errores proſequitur, qm̃ Vlyſſes à Græcis dicitur Odyſſeus, citat̃ à Marcello in tit.de leg, 3.l. legatis. Sic denique in Odyſſea Homerus ait, & ſubdit carnem græcum.

Oenomeli Græcis dicitur, qđ ſic latinis mulſũ ab œnos quod eſt vinũ & mel, vel qm̃ ex vino, & melle conſtat, quemadmodũ in verbo mulſum diximus apud Galenum cæterosq; medicos crebra fit mẽtio ęnomeli.Vlp.in tit.de trit. & vino leg.l.ſi quis vinũ.Oenomeli planè. i. vinũ dulciſſimũ continebitur.pro quo mendosè legitur cœnomeli.

Olitor eſt, qui vulgò appellat̃ hortulanus,dictus ab oleribus hoc & herbis hortẽſib. Inde olitanꝰ,a,um,ad ortũ ſiue horti curatorẽ ptinẽs. Pli.li.19.vrceola olitoria ex his factitari ꝓdiderũt.Vlp. de ver.ſi.l.Vrbana.Horti vinearij forte vel olitorij, nec dr̃ ab olitus,ſed ab olerib.

Opera,æ, ẽ labor diurnus,quẽadmodũ à Pau. & Vlp. diffinit̃.li.38.dig.ti.de operis li. differt aũt ab opere, qm̃ in vno opere plures operę cõſumi poſſunt, & vna opera plura opera fieri poſſunt.

Opiſtographa dñr, q̃ intergo chartę ſcripta ſunt, ab opiſthen,qđ interpretatur retro,& grapho ſcribo. Eiuſmodi eſt ſcriptura de qua dixit Iuue.Scriptus,& ĩ tergo nec dũ finitus Oreſtes. Et Mar.Scribit in auerſa Pices epigrãmata charta.Pli. in epiſt.Reliq̃t,ait, cõmentarios piſtographos, ex minutiſſimis literis ſcriptos. Conſultos in tit.de bo. poſ. l.chartæ appellatione. Pro inde,ait,ſi in opiſtographo qs teſtatus ſit, hinc peti bo norũ poſſeſſionẽ. vbi Acc. dupliciter peccat, tũ in opiſtographo. i. vbi opes ſcribuntur,exponens: tũ in epiſtographo.i.in epiſtola.

Orichalcũ, interpretat̃ æs mõtantũ,nã oror eſt mons, & chalcho æs, nam qđ vulgo aurichalcũ dr̃, nulla rõne defendi põt. Tum ex illo prin. oĩum conſenſu recepto,non ſolere fieri cõpoſitionem ex Græco, & Latino,tum authoritate, & ratione. Ratio autem illa nimirũ eſt, ꝙ ĩ carmine ſemper prima breuis reperitur. Virg.

Virg.12.Aen. Alboque orichalco Circundat loricam. Et Hor.1 Poetria, Tibia nõ vt orichalco iuncta tubęq; Aemula. Aurichalcũ verò nõ poſſe dici Sextus Feſtus Pomp.eſt author. Aurichalchũ inqt, quidã putauerũt cõpoſitũ ab œre & auro. Sanè verò orichalchũ dr̃, qđ in montoſis locis inueniť, mons etenim Græcè oros appellatur. Vlp. titu.de leg. 3.l.ſi quis electrum, inquit, vel aurichalchũ cõtineri. In tit. quoq; de act. emp.& vend. Quemadmodũ inquit, ſi quis vas aurichalchũ, ſed orichalcum legis,

Orcinius ab orco dr̃. Eſt autẽ Orcus infernorũ atq; mortis deus. Virg.2.Ae. Multos Danaũ dimittimus orco. Idẽ in 6. Veſtibulum ante ipſum primisq; in faucib. orci. Hinc orcinius libertus qui fit ipſius teſtõris defuncti, & in orci familiam adſcripti. De pheretro in quo mortui efferunť dixit Martialis, Orciniana q̃ feruntur in ſponda. Vlp. li.10.tit. de fideic.li.l.ergo. Qui directã, inquit, libertatẽ accepe runt, orcinij erunt liberti, Orcinij quoque liberti meminit Iuſti.lib.2. Inſtit.

Orphanotrophiũ, penultima longa, locus eſt vbi orphani aluntur, quemadmodũ brephotrophiũ, vbi infantes, vt ſuo loco dix. In codice Iuſt.titu.eſt de orphanotrophiis, quorum etiã meminit frequenter tit. de ſacroſan.eccl. Orphanotrophus is dicitur, qui orphanotrophii curam gerit.

P

PAegma, atis, Iudus interpretatur, à pezo, quod eſt do Erat autem pęgma machina in ſublime tẽdens, in qua puerorum cãtãtũ erãt nidi. Seneca li.13. epiſ. his verbis pægma deſcribit, His, inquit annumeres machinatores, qui pægmata per ſe ſurgẽtia excogitant, & tabulata tacite in ſublime creſcentia, & alias ex inopinato varietates, aut de hiſcentib.q̃ cohætebant ſua ſpõte coeũtib. aut iis, q̃ eminebant paulatim in ſe reſidẽtib. Ioſephus quoque in triũpho Veſpaſianorum nõ nihil de pegmaticis ſcribit. Iuuena. Et pægma, & pueros inde ad velaria raptos. Mart. Et creſcũt media pægmata celſa via.

Clau. Mobile ponderibus deſcendāt pęgma reductis Vlp.in tit.de fundo inſtr.l. quæſitū.In emptionē,inqt domus ſpecularia, & pægmata cędere.

Paganus à pago dr̄,quēadmodū à vico vicinus, hēt tñ aliquando remotiorē ſignificatū atq; ꝓ eo,accipitur,q non eſt militię ſacro addictus vt nemo ſit, q non aut paganus aut miles dicatur. Iu. Citius falſum producere teſtē Contra paganum poſſis quā vera lequētem. Contra fortunā armari, i. contra militē. Modeſt.in titu.locati & cond. l. ſi ignorans,inquit,m liti, quaſi pagano locauerit. Itē multis alijs in locis digeſtorū , ſed nunq̄ in alia ſignificatione. Si qñ tñ a iunioribꝰ. paganus ꝓ infideli accipit,id ꝑ trāslationē fit quaſi ñ ſit initiatꝰ ad ſacra relig. Xp̄i , atq; illiꝰ militię adiuratus.

Pancratium, vt ſcribit Vitruuius locus erat,ī quo athletæ exercebātur. Pli.lib, 34. Puerū autoli cū pancratio victorē.Prop.lib.3. Et patiē duro vulnera pancratio. Vlp.li.9.titu.ad l.Aq.l.qua actione. Si quis collučtatione,inqt, vel in pācratio, Vn pācratiaſtes ꝓ athleta qui ſe in pācratio exercer.

Pandecta pōt interpretari cōprehenſorium,hoc eſt omnia continēs à pan.quod eſt, oē, & dechomæ cōprehendo. Gell.li.19. Sunt inquit,qui Pandectas , i. omniū receptacula inſcripſerunt.Idem li.12.Quas Græco vocabulo Pandectas, i. promiſcua , & omnimoda continentes libros . Hinc Inſt.lib. 50.dig. pandectas Græco.tit.prætitulauit , nō quēadmodum quidam exiſtimant, pādcctas *fuiſſe* libros Iuriſc.ex quib,conflatum eſt ius ciuile, qđ Iuſt. Imp. in 50. libros redegit.

Pānicularia bona, qēadmodum idē Vlp.in titu.de bonis dānatorum definit ſunt ea, q̄ in cuſtodiā receptus , ſecū attulit non oīa , quidē ſed veſtem qua is fuerit indutus, & nummos in vetera les,& annulos parui p̄cij.

Pantomimus dr̄ is,qui mimos repræſentat, atque in ea arte tm̄ poſſet de oīa poſſit imitari, a pan, qđ eſt oē, & mimeomæ , quod eſt imitor.Sen,in 4.epi. Si clamor & plauſus , & pātomimica inſtrumenta ꝑſtrepuerint. Iuli. Firm.li.3,mathe.Si luna,

na, inquit, à Mercurio defluens ad Venerē ꝑuenerit, organorios aut pantomimos facit. Iabo. lib. 38. dig. tit. de op. li. l. ſi libertus. Si libertus, inquit, artem pāto mimi exerceat, & ſupra eodem. ti. l. patronus, Si quis, inquit pantominū vel archimum libertum habeat.

Papyrus, frutex eſt in plauſtribus Aegypti locis, aut quo Nilus non fluit brachiali craſſitudine, decē cubitorū altitudine; ex cortice verò ſtragulas Aegyptij faciunt: atq; ex eodem chartas, & eſt alioq̃ materia cōbuſtibilis. Vlp. in ti. de le. 3. l. ligni appl'one. Harūdines inq̃t & papyros cōburunt.

Paranymphi, & paranymphæ dn̄r Græcè, qui Latinè ſunt pronubi, & pronubæ, hoc eſt, nuptiis p̄ſidentes. Aug. 4, de Ciuitate. Nonne omnes famulos atq; etiam ipſos paranymphos ante mittit foras, q̄ blandiri coniux coniugi incipiat? Hieronymus in Sermo. aſſumpſit Mariam, inq̃t, angelus Gabriel ac ſi cæleſtis paranymphus intactā cuſtodiuit, dictus autē paranymphus à para, qđ eſt iuxta, & nymphe, ſponſa: quaſi accidens ſponſæ. Cōmentator Decrētorum paranymphas ſomniat eſſe ancillas: dictat ſic, vt ille putat, à parādo lymphas.

Parapherna bona ſunt, quæcunq; p̄ter dotem dant̄ ſpōſæ. Vn̄ paraphernica inſtra dixit Sidon. Apollinaris puellæ tradita, & dn̄r parapherna a para, qđ eſt p̄ter, & pherne dos: non vt vulgus loquit̄ paraperna. Vlpi. li. 23. dig. ti. de iu. do. l. ſi ego. Si res dent̄, ea q̄ Græci parapherna vocant, quæq; Galli peculium appellan̄t.

Parephippius eſt, q̃ equo inſidet, ſiue equorum ſeſſor, à para Græca præpoſitione, & ephippiū. Iuſt. li. 12. C. ti. de curſu pub. l. parephippiū. Parephippiū, inq̃t, eū videri, q̃ vſurpato vno vel duob. veredis, quos ſolos euectio cōtinebat. Eſt autē ephippiū ſtragulū qđ equo imponit̄. Hor. Optat ephippias bos piger, optat arare caballus. Mar. in diſticho cuius lemma eſt, ephippiū Stragula ſuccincti venator ſume veredi. Nam ſolet à nudo ſurgere ficus equo.

Parochus interpretat̄ dator ſiue p̄bitor, hoc eſt, tributarius. Vn̄ ſcribit A. Gellius:

Ventidium velut parochũ victum ſibi ægrè quæſiſſe, & erat parochorum magiſtratibus, p̃benda conducere. Hora. 1. Sermo. Parochi qui p̃bent ligna ſalemque idem in 2. Vertere pallor. Tum parochi facien. Inde eſt parochia, parachorum cõmunio. Augu. 14. de ciuita. Fuit quidam noīe Reſtitutus in parochia Calamē. eccl. non vt illiterati dicũt parochia per duplex r.

Parœcos eſt incola, ſiue habitator in loco, & parœcia incolatur, ſiue habitatio, à para quod eſt iuxta, & ecco habito. Pompon. de verbo. ſign. l. pupillus. Incolla, inquit, eſt qui in aliquam regionē domicilium, ſuum contulit, quem Græci parę-con vocant.

Paropſis, dis. genus eſt lancis grandioris, de qua in Euãge. Qui intingit mecum manũ in paropſide, p̃ qua alius Euangeliſta catinum poſuit. Senec. in 5. de beneficiis: Sic paropſidem argēteã, & aureã dicimus Iuue. quàm multa magnaq; paropſide cænat. Martia. Cui portat gaudens ancilla paropſide rubra Halecē. Pomponius de auro, & arg. leg. l. & ſi veluti. *paropſidas, tabulas*, trullas.

Paſſum eſt vinum illud, quod ex vuis paſſis cõficitur. Hiſpani baſtardo appellant Seruius, in illud Virgil. 2. Georg. Et paſſo pſythia vtitior. Paſſum, inquit, ideò dr̃ qđ ab igne patitur decoquendo, ſed illud quod decoquitur, non paſſum, ſed defrutũ aut ſapa dr̃. Iuuen. Paſſum, & municipes Iouis aduexiſſe lagenas. Vlp. de trit. & vino leg. I. ſi quis, paſſum, inquit, niſi contraria mens ſit intelligit̃. *Pro*cu. in eo. tit. l. qui vinũ. Cui dulcia legata eſsēt, omnia hæc eſſe legata, mulſum, paſſum, defructum, & ſimiles potiones.

Paſtinare eſt agrum fodere, dictum verbum à paſtino, qđ eſt ferramēti genus bifurci quo plantæ pãgũtur. author Col. lib. 4. da re ruſtic. Sed conſuetudo ęqđ emoti ſoli vineis præparat̃ repaſtinatũ vocat. Matth. 14. Vineam paſtinauit hõ & ſepē circuudedit. Vlpi. lib. 43. qđ vi aut clã l. ſemper. Is cui fundum paſtinãdum locaueras. Pau. de vet bor. ſign. l. impenſæ. ſicut arbuſti paſtinatione vltra

quàm

quàm neceſſe fuerat.

Pater, præter notam ſignificationē, quā habet in promptu, ſignificat etiā ſenatorem: nam ſenatores patres conſcripti appellantur. illi propter ætatem, hi propter curā hoc adnotaui ne quis decipiatur Accurſij verbis, in illud Iuſtiniani. lib. 10. Inſtitutionum, tit. quibus modis ius patr.pōt ſol.Quē ſibi principē patrē elegit. 1. Senatorem.

Peculatus frutum eſt rerū publicarum, cęptum dic a pecore eo tēpore quo Romani nihil præter quam pecudes poſſidebant. Salluſt. in Iugu. Peculatus ærari factus eſt.hinc apud Iuriſcōſul.in lib.dig.tit.eſt ad leg. Iulia peculatus.

Peculium, verbum quoq; frequens in iure ciuili, vt ait Seruius in illud Virgil.nec ſpes,libertatis erat,nec cura peculij. Et ſimpliciter patrimoniū ita.n.maiores noſtri dicebāt a pecorib. in q. bus eorū cōſtabat vniuerſa ſubſtantia, ſed poſtea illud tantum appellari cœptum eſt peculium, quod ſeruus in poteſtatę dominij, & filiusfamiliàs in poteſtate patris conſtitutus poſſidet.

Pecunia præterea dicta eſt a pecude, quoniā, vt inquit Varro,è paſtorib. horū vocabulorum fuit origo. Pli. lib.33. pecuniam accepiſſe nomen ſcribit a nota pecudis nummo impreſſa, ſed iam pecuniæ appellatione omne illud continet,quod pecunia menſurari poteſt. Paul. de verborum ſignificatio. l.pecuniæ. Pecuniæ, inquit, appellatione rem ſignificari. Proculus ait, hoc eſt patrimonium. infra eodem ti. Vlp.Pecunię, inquit, non ſolum numeratam pecuniam complectitur, verum omnem omnino potētiam, hoc eſt omnia corporea.

Pecus, pecudis, eſt omne animal, quod caret ratione atque effigie humana, nam, & de piſcibus Horat. in 1. Carm.dixit: Omne cū Proteus pecus agit altos Viſcere modo tes. Caius tamen lib.9.dig.tit.ad leg.Aquil.l. lega. Aquil. Seruius, inquit, noſtris exæquantur quadrupedes, quæ pecudū numero ſunt, & gregatim habentur, veluti oues, capræ,boues,equi,muli,aſini: ſues etiam, ſed canis inter pecudes non eſt.

Pe-

Pedamẽtum dicitur vitis fulcimentum. Varro in primo de re ruſtica. Quib. ſtat rectè vinea dicuntur perdamenta: quæ tranſuerſa iunguntur iuga. Vlp. lib. 47. de tigno iniucto: Vinei, inquit, neceſſaria perticæ pedamenta.

Pedules, calceatui aptæ faſciæ erant, quibus antiquiores vtebantur. Plin. lib. 8. Mures, ait abroſiſſe Carboni Imperatori faſcias, quib. in calceatu vtebantur. Tales faſcias Vlpianus crurules & pedules vocat. in titu. de auro, & arg. leg. l. argumento. Faſciæ, inquit, crurules pedulesq́; & pilea veſtis loco ſunt, quia partẽ corporis veſtiũt: vbi crinales pro curules legitur.

Periurare, quoties ĩ libris dig. legitur, eſt vitiũ ſcriptoris, quoniam in Pandectis Florentinis, ſemper pro eo legitur peierare.

Pellex cõcubina eſt illius, qui habet vxorem: eoq́; diſtat a pallata, quæ eſt concubina cęlibis: dicta eſt autem pellex a pellicẽdo, quod videlicet attrahat allici atq; alterius virum. Cui mulierum generi pęna eſt a Numma Pompilio cõſtituta. hac lege: Pellex arã Iunonis nec tangito: ſi tanget, Iunoni crinib. demiſſis agnũ fęminam cędito. Paulus de verb. ſig. l. maſurius. Caius, inq̄t, Flaccus ſcribit pellicem vocari, quæ cum eo, cui vxor ſit, corpus miſceat, aut quę vxoris loco ſine nuptijs in domo ſit.

Penaria cella & penarium, vt inquit Varro, locus eſt, vbi penus reponitur atque adſeruãtur. Cic. 5. in Verrem act. Cato ſapiens Siciliam cellã penariam reipu. dicebat. Vlp. ti. de pen. leg. l. qui penum. Quæ horrei penarij vel celæ penatiæ, inſtituendæ gratia habentur.

Penus penoris, ſiue penus, us eſt, vt ait Cic. in 11. de nat. Deo. omne illud quo veſcuntur homines. Atque vt Phauorinus apud Gellio. oſtendit, penus eſt, qđ longæ viſionis gratia cõtrahitũ atque reconditur ex eo dictum, ꝙ non in promptu ſit, ſed intus reconditur & habeatur penus. Apud Iuriſconſul. tit. de penu legat. hoc eſt, ijs de rebus, quę adſeruãtur in penario ad longum tempus; nam quæ ad breue, in prõptuaria ſunt cella, inde appellata, quòd

in promptu ſit, quemadmodum penus in receſſu interiori.

Penes, præpoſitio, vt inquit Feſtus, differt ab eo, quod eſt apud, quod apud perſonã tm̃ cum loco ſignãt: vt ſi dicas, pecunia eſt apud me poſſis id recto dicere, ẽt ſi tua nõ ſit. Penes verò nõ tm̃ perſonã, & locum deſignat, ſed ẽt dñium: vt ſi dicas, pecunia eſt penes me, ſignãt quod eſt tui iuris, ac ptãtis. Vlp. in ti. de ver. ſig. l. penes te. Penes te, inquit, amplius eſt, q̃ apud te eſt: nam apud te eſt, quod qualitercunq. à te teneatur, penes te eſt, quod quodãmodo à te poſſidetur.

Peniculus pictoris, eſt inſtrm̃ quo inducit in picturã colores: dr̃, & penicillus, vtrũque per diminutionem ab eo, quod eſt penis, hoc eſt, cauda, inclinatum: nam in modum paruæ cauſæ prominent ſetæ ex quib. fit peniculus. Pli. lib. 35. Arrepto peniculo lineam ex colore duxit. Martianus in titu. de fun. inſtruct. l. Pictoris. Peniculi, inquit, eſt cauthe ria, & conchæ.

Perduelles, ab antiquiorib. dicebãtur, q̧ poſtea dicti ſunt hoſtes: nam hoſtes dicebantur, quos nunc vocamus peregrinos. Cic. in j. offi. Eq̃dẽ illud animaduerto, ꝙ qui proprio noĩe perduellis eſſet is hoſtis vocaret̃, lenitate verbi triſtitiã mitigante. Caius in titu. de verb. ſig. l. quos nos, inquit, hoſtes appellamus veteres perduelles appellabãt, hinc perdullio, onis, ꝓ ipſa in rẽp. aut in principe hoſtilitate eorũ, qui hoſtes patriꝫ iudicari ſunt. Suet. in Iulio. Subornauit, qui Caio Rabirio ꝑduellionis diẽ dicere: Perduellionis crimine primus oĩum damnatus eſt Horatius, ob ſororẽ interfectã, ſed abſolutus. Vlp. in titu. ad l. Iulia. leg. is qui. Qui. perduellioni, inquit, reus eſt, hoſtili animo aduerſus rempublicam, vel principem animatus eſt.

Pergula eſt mẽſa, in qua opifices opera ſua vendẽda exponũt. Hic Pl. ſcribit Apellem tabulas quas pingebat trãſeũti populo iudicãdas ĩ pergula cõſueuiſſe ꝓponere, Vlp. li. 9. dig. ti. de ijs, qui deiecerunt. l. ſi vero. Cũ pictor, inquit, in pergula clypeum, vel tabulã expoſitã habuiſſet, eaq. excidiſſet.

Pharma-

macon interpretatur venenum, quod tàm Grecè, quã Latinè medium in differẽs eſt ad bonum, & ad malũ. Caius de verb. ſign. l. qui venenum dicit.

Philyra ſiue philura arbor, q̃ a Latinis tilia dr̃, appellant quoq; philuræ tuniculæ q̃dam intra philuræ arboris corticẽ atq; inde librariorũ quoq; chartæ ad ſcribẽdum philuræ dñr, ſiue illæ ſint ex tilia, ſiue ex quãcunque alia materia. Martianus de philologiæ nuptijs lib. 2. Rari vero libri in philyre cortice ſub notat. Herod. quoq; lib. j. mentionem libelli facit è tenuiſſima philura. Pli. lib. 13. Præparãtur inquit, ex papyro, chartæ diuiſæ acu inpræteneus, ſed quam latiſſimas philuras. Vlpi. tit. de leg. 3. leg. librorum appellatione. Siue in phylura, inquit, aut in vitellitia, vt non nulli conficiunt.

Philippi, orum, colonia eſt Thraciæ, ſiue Macedoniæ, de qua Luc. in primo Pharſ. Vidi iam Phębe Philippos. Extat epiſtola Pauli Apoſt. ad Philippenſes. Philippenſis coloniæ meminit Iuriſcon. in ti. de cenſibus.

Priſtinum dicitur locus, ſiue machina, in qua frumentũ molitur dictũ a pinſendo, hoc eſt molẽdo, & piſtores qui molunt, & priſtinarij, qui piſtrini curã gerũt. Paul. de verb. ſig. Piſtinum, & horrẹũ inſulæ dotali adiectum. in ti. quoque de impenſis, l. j. & ſæpe aliàs.

Pityocãpe vermis eſt, ſiue eruca in nucibus pineis: nam pitys eſt pignus, & cãpane eruca. Pli. lib. 23. Pinorum, inq̃t, erucas, quas pityocãpas vocant. Item lib. 29. Eadem in pityocapois in pinea naſcẽtibus: eadem bupreſti ſimiliter prẹparatur. Marc. lib. 48. ad legem Cornel. de veneficijs, & ſic l. eiuſdem, vbi pro bupreſtim, & pityocampis buboſtrum, & pityocarpas mendosè legitur.

Plagæ ſunt retia rariores maculas habentia. Vir. 4. Aen. Retia rara plagæ, lato venabula ferro. Vlpia. in titu. de fun. inſtruc. l. quęſitum. Aucupes, inquit, & plagæ huiuſmodi inſtrumento continebuntur. Acc. plagas palos eſſe putauit, quib. retia fulciuntur.

Plagarius, non tam eũ ſignificat, qui ſurripit ſeruos alienos,

nos, quos putauit Accurſ. quam eum, qui liberũ hominẽ in ſeruitutem trahit, quique hominẽ emit, quẽ ſcit eſſe liberum, & qui liberũ eſſe ſciens vendit, aut eo vtitur quaſi ſeruo. Plagium vero eſt ipſa pœna, quæ plagiario infligit. Martialis. Impone plagiario pudorem. Plagiariorum quoque meminit Paulus Apoſtolus in 1. ad Timotheũ epiſt. apud Iuriſconſultos titulus eſt de plagiarijs ad legem Flauiam.

Polio, onis dicitur, qui arma polit, Iulius Fir. lib. 2. Mar. inquit, & Mercurius in decimo ab horoſcopo loco poliones faciunt. Calliſtratus libr. 50. de iure immun. l. quibuſdam.

Polypoſius dicit, qui polypo morbo laborat. eſt autẽ polypus, vt inquit Celſus lib. ſeptimo, caruncula modò ſub rubra, quæ varium oſſi inhæret, ſtrangulatq; hominem, maximè Euro, aut Auſtro flante. Paulus quoque Aegineta: polypus, inquit, tumor eſt præter naturã, in narib. conſiſtens, à ſimilitudine marini polypi nominatus, quod eius carni ſimilis ſit. Galen. libr. 3. decameridon multa de origine, & cura illius ſcribit. Vlpia. lib. 21. dig. tit. de ędil. edi. l. Qui clauũ habet, morboſus eſt, & polypoſus.

Polinctores dicuntur funeris paratores, nam polincere eſt funus parare, Plautus in Penulo; ꝓpterea apud vos dico confidentius, quia mihi polinctor dixit, qui eum polinxerat. Idem in aſinaria: Equis currit polinctorem accerſere? mortuus eſt Demenetus, Vlp. de inſtitoria actione. l. quicunque. Si libitinarius, inquit, ſeruũ polinctorem habuerit, isq. mortuum ſpoliauerit, dandam in eum quaſi inſtitoriam actionẽ. Itaq; non nihil intereſt, cum Libitinarij videantur qui funus curãt, polinctores q efferunt.

Podina locus eſt vbi edulia eſculentaq, parantur hominibus non ſatis honeſtis. Vnde Lucil. Infamemq. inhoneſtam, turpemque odiſſe popinam. Nonius: Quos nunc dicimus tabernarios à popinis, vel luxurioſos, qui ſe popinis dedũt de legat. 3. lege cætera. Ad taberna inquit, vel popinas extenditur.

Poſtliminiũ, vt inquit Feſtus, à poſt

à poſt,& limẽ componi videtur:nam poſtliminio,inquit,receptus eſt is, qui cũ extra limina,hoc eſt,terminos prouinciæ captus fuerat rurſus ad propria reuertit.Cic.tamen in libr. Top. ex authoritate Seruij Sul. ĩ poſtliminio nihil eſſe putat niſi poſtliminium vero nihil ſignificare, ſed tantum nominis eſſe productionẽ, vt timus inlegitimus, & finitimus, & tullium in meditullium,& ſubdit. Poſtliminio redeunt hæc,homo, nauis,mulus,clitellarius aquis, equa quæ fræna recipere ſolet. Vñ in libris dig. titu.eſt de captiuis, & poſtliminio reuerſis.

Præſes is dicitur, qui prouinciã armis tuentur,ne deſciſcat,atq; rebellet,à dñio illius, cui eſt ſubiecta. Sed quemadmodum Vlp. in titul. de officio præſidis ait, ad illud pertinet potiſſimũ vt pacata, & quieta ſit prouincia,quam regit. ſic Euãgeliſta Pilatum Iudææ præſidẽ appellat,ſub quo Chriſtus paſſus eſt.

Præmatura dicuntur poma q̃ nondum venerunt ad maturitatem. Lucan.lib.7. Ad Præmaturas ſegetũ ieiuna tapinas:Agmina compulimus, & ſic per translationem mors prçmatura dr̃,q̃ venit ante tẽpus,Gell.li.16. Cũ ſignificamus coactius, quid factum,& feſtinãtius, tunc rectius præmaturè id factum eſſe dicimus. Papi. lib.45. digeſti titulo, de ſtipulationibus,l.liber homo qui bona fide. Decem, inquit, hodie dari ſpondes? dixi poſſe,vel ab eodem die pecuniam peti, nec videri præmaturius agi nõ finito ſtipulationis die præmaturius exponendum eſt, i. feſtinantius, vt apud Gell.

Prætorium, non ſolum eſt domus,vel Prætor habitat,vel vbi ius reddit,ſed etiam regum,principum,& ſummorum magiſtratuum. Vnde nauis prætoria, & cohors prætoria,& porta prçtoria. i.ad regem,vel principẽ pertinẽs. Significat quoq; prætorium,villam in agro magnifi.extructam, in qua ſignificatiõe accipitur apud Iuu. Criminibus debẽt hortos prætoria menſas. Mar. Ad lapidem Torquatus habet prçtoria,quartum. Sueto.in Calig. In extructionibus,inquit, prçtorium atq; villarum oĩ poſt habitatione

ne nihil tā efficere cōcupiſcebat, q̃ φ effici poſſe negabat̃. Nerat.li.8.tit.de ſer. ru.prad.l.ru.piæd.Vel cloacam, inquit habere licere p vicini domum, vel prætorium, vel protectum habere licere. Vlp.de verbo.ſign. l. vrbana. Sed & ſi fore ſtabula ſūt, vel alia meritoria in villis, & in vicinis, vel ſi prætoria voluptati tantùm deſeruiētia, quia vrbanum prædium non locus facit. ſed materia. En quomodo vtrobique prætoriū pto ædificio in agro ponitur.

Pridie, cum accuſatiuo, & cū genitiuo conſtituitur: nam vt ait Priſc. tēporalia, & localia aduerbia in præpoſitiones transferuntur, vt pridie calendas, & pridie calendarum. Vlpia. li.24.tit.ſolu. mat.l.fructus. Si mulier, inquit, pridie vindemias dotē dederit. Idem titu.de teſtamentis.l.qua ætate. Si teſtamentum, inquit, pridie calendarum fecerit.

Primpilus in bello dicebatur, qui quatuor centurijs, hoc eſt, qui quadringētis militibus præerat. Mart. Grata pudens meriti. tulerit cū primipilis, Mod.libr.27.tit.de excuſat.l.non ſolū. Qui primipilum, inquit, expleuit, & ibidem; Qui ad Caligatas militias, & reliquas militauerunt, & in eodem titu. atq; eo. authore, l.ſed & primipilarij, inquit, ex conſtitutionibus, imperialibus, vacatione habent. Appellatur, & idem primipilaris, vt de ſegat.tertio leg.pater filium. Iulius, inquit, Agrippa primipilatis. Iuſt. li.vndecimo.Codicis, de primipilo, & dignitate, & cōmodis primipilatus non nihil diſſeruit.

Principia in caſtris dicebant̃, in q̃b. principes caſtra metabantur: nam vt inq̃t Varro de ling. Latina, milites haſti dicti ſūt, q primis haſta pugnabant, pilani, qui pilis; principes, q principio gladijs. Inde prīcipalis porta caſtrorum dicitur, vt inquit Feſtus, quòd in eo loco eſt, in quo principes ordines tendunt, ideſt cētoria figunt, & principalia in caſtris indè dicta, vt apud Trogum libr. 11. Si principalia caſtrorum cerneres, ſenatū re alicuius reipul. priſcæ videre diceres. Sūt itaq; principia in acie, vbi conſiſtunt milites cognominati principes Liuius. libr. 8. ab V. C.

Principia Latinorum proturbant clamore ſublato. Val.de diſcip. militari; Ad principia,inquit,per omne militiæ tempus adeſſe. Terent. in Eun. Tuhoſce inſtrue, hic ergo ero poſt principia, Mart.li.49. de re mil.l.officiũ. Officium, inquit, tribunorum eſt principis frequenter intereſſe. Acc.principijs exponit, cũ milites aſſumuntur, vel cũ rixa aliqua naſcitur.Sed nihil mirũ eſt,reconditos ſen ſus ignoraſſe, qui conſueuit in manifeſtis cæcutire.

Priuilegiarius is appellatᷣ, cui priuilegium aliquod eſt cõceſſum, qui ab indoctis priuilegiatus dr̄: pari errore illi,quod ꝓ beneficiario vocant beneficiatum,nam beneficiarius, & priuilegiari⁹ ea figura dñr, qua donatarius,legatarius,teſtamentarius,depoſitarius.Vnde milites beneficiarij dicti, qui vacabãt officio. Feſtus,Vegetius, & Cæſar belli, Gallici vltimo comment. Vlp. lib.42.de priuil.cred. l.ſi vẽtri.Quorũ pecunia ad creditores priuilegiarios peruenit. Et ſtatim bis ponit creditores priuilegiarios. Idem libr,2, de pac.l.reſcriptum. An priuilegiarijs,inquit,abſentibus hęc pactio noceat. Idem Vlp.libr.14. tit. quòd cũ eo, qui in aliena poteſtate, l. ſed an hic. Rectè inquit,dicetur occupantis meliorem eſſe conditionem,niſi quis priuilegiarius veniat.Sed neq; priuilegium dicitur,quod priuet legem,vt iſti putãt. ſed quod ſit lex priuata, hoc eſt propria alicui in illius fauorem conceſſa.

Procurator Cæſaris,erat q̧ res Imperatoris ꝓcurabat. Refert Cor.Tacitus, ꝙ Cl. Cæſar procuratoribus ſuis omne ius tradidit,partéq. vim in rebus peragẽdis eſſe voluit, ac ſi ipſe ſtatuiſſet, atque, vt ſimpliciter loquamur. Vlp.lib.3. d.g.autore, procurator eſt, qui aliena negocia mãdato dñi adminiſtrat,ſed de officio procuratoris Cæſaris,tit. eſt in 1. di.li.vbi Vlp ait,quę acta,& geſta sũt à procuratore Cæſaris,ſic ab eo comprobari, ac ſi à Cæſare geſta eſſent.

Promercalia dñr, q̃ vt diuendanᷣ pluris,fuerunt empta Gell.libr.4. Ex ijs, inquit,q̃ ꝓmercalia, & vſualia. Columm. libr.1. Aut aĩalib.aut reb.alijs promercalibus,occupet.

cuper. Idem li. 12. de offic. villici. Pecuniam dñi neq; in pecore, neq; in alijs reb. promercalib. occuper. Pau li. 25. dig. tit. de impenſis, l. quod ſi. Quod ſi res, inquit in quib. impenſæ factæ sũt fuerint promercales, tales impenſæ non voluptuariæ, ſed vtiles ſunt.

Prolytæ. Iuſt. authore, ĩ pœm. dig. illi dicebantur ſcholares q̃ quintũ iã annũ iuri ciuili operã dederunt, quẽadmodum appellabantur lytæ, qui quatuor annos eidem ſtudio incubere, nã quod legitur colorite, pro eo quod debuit eſſe prolytæ, mendum eſt manifeſtarium, ex Florentinis illis Pandec. deptehenſum. Sed cur illi dicantur lytæ, i. ſoluti, hi verò prolytæ, i. præſoluti, nõdum mihi liquet, niſi forte hi ſunt, quos nũc vocant licẽtiatos, illi, quos bacularios.

Promptuariũ cella eſt, in qua reponunt edulia, q̃ ad vſus cotidianos comparata sũt: eoq; differt à penario, vt in ſuo loco dictũ eſt, cùm ſit pęnus, vt Phauorinus ait, qđ longe vſionis gratia cõquirit. Apul. in 1. de aſino. Ex promptuario oleum vnctui, & lintea terſui. Hie. interpres in Pſalmo, Prõptuaria eorum plena eructantia ex hoc in illud. Pau. tit. de penu legat. leg. nam qđ Si cui quæ in promptuario ſunt, legata ſunt. Dicitur quoq; cella promptuaria, & promus diſpẽſator. Omnia a promendo dicta.

Promulſidarium poculum eſt mulſo bibendo aptũ. Mulſum autem, vt diximus, potus eſt ex mællis, & vini commixtione concinatus. Pomp. in tit. de auro. & arg. leg. l. & ſi. Scutellas, inquit, & promulſidaria contineri, repoſitoria quoque continentur.

Proreta dicitur is, qui nauis proræ præfectus eſt, & eſt Græcum, nam proreus dicitur. Plau. in Rudem. Si tu iſti naui proreta es, ego gubernator ero. Pauli. 39. de pub. & vect. l. cotem. Proreta, inquit naturave.

Proſcęnium, inq̃t Seruius in illud Virg. 2. Georg. Veteres ineunt pſcęnia ludi, eſt pulpitum ante ſcænam, in quo ludicra exercentur. Vlpianus lib. 50. de polli. Pro bè, inq̃t, faciet Statius Ruffinus, ſi opus proſcęnij perficiat. Iuſt. libro 11. C.

ti. de ſpectaculis. l. ſi qua. Vel in theatris, inquit, proſcænijs. Vtrobiq;. Acc. nihil aliud q̃ locum eſſe dicit.

Proſcindere terram, eſt illam vertere, cum primum aratur. Nam ad vernactum faciendum tema primũ proſcinditur, deinde offringit̃, ſiue iteratur poſtea tertiatur: Virg. 1. Georg. Et qui proſciſſo q̃ ſuſcitat æquore terga. Varro in 1. de re ruſtica. Terram, inquit, cũ primum arãt, proſcindere appellant, quod iterum, offringere dicunt. Pau. titulo de verb. ſign. l. ſylua. Noualis, inquit, eſt terra proſciſſa, non præciſa, quod delirat Accur.

Prothyrũ, authore Vitruuio, eſt veſtibulum ante domorum ianuas a pro, quod eſt ante, & thyra ianua, aliqñ etiam pro antepagmento, ideſt ianuarũ ornator ponitur. Idem Vitruu. aliubi, Nos, inquit, prothyra appellamus, quę Gręcè dicũtur diathyra. Vlp. ti. de fundo inſtit. l. quæſitũ. Pro thyrum domus, ſi velamen eſt, inſtr̃o domus continetur. Accurſ. ægroti ſomnia narrans, prothyron, a thyros, quod eſt magiſter deducit. Sed quomodo magiſter inſtrumento domus cõtineatur, id ſe viderit. Multo adhuc ſomniculoſius in illud Pomponij, de verb. ſig. l. ſtatue. Prothyrum quod in ædib. interdum fieri ſolet. Prothyrũ, inquit, quia procul trahit, quaſi Latina dictio eſſet. Illud profectò ſimplicius, quod ingenue fatetur ſe neſcire quid prothyrum ſit.

Protocolon interpretatur primũ membrum, vt ſit prima illa ſcriptio, quam in cõmẽtarij modũ tabelliones ſcribunt, quæ ſignificantius commentationes, aut prototypa, aut archetypa dici poſſent. Cod. tit. de taber. colla. 4. Vt protocolla, inquit, dimittat in chartas.

Proxeneta, non vt vulgo legit̃ proſeneta, latinè interpretatur mediator, i. qui conciliat inter ſe ementes, & vendentes, maximè hoſpites, vnde nomẽ deductum eſt, nã xenos hoſpes interpretat̃. Sen. in Epiſt. Nolo proxenetę nomen tuũ iactent. Et Martial. Vatiniorũ proxeneta ſartorum, lib. 50. di. de proxenetis. l. ſi proxeneta, & ibidem ſæpe.

Publicanorũ ordo, quemadmodum

modum Cic.in multis locis ſcribit, Romæ fuit hominũ honeſtiſſimorũ, hi vectigalia publica cõducebant, & inde dicti. In ſacris literis publicanus nomen propemodum eſt infamiæ, pp ea quod qui portoria exigunt odio ſunt oĩb. vnde Saluatori noſtro vitio dabatur, quod cũ publicanis, & peccatoribus, manducabat. Apud Iuriſc.tit. eſt de publicanis, & vectigalibus.

Pulmẽtariũ dr̃ a pulmẽto. Pulmentum verò, vt ait Varro, dictum eſt, quod id edebant cũ pulte, eſt aũt cib. ſolidior vtrunq;, ſiue illud ſit ex aquatilib. ſiue ex terreſtrib. Hor. 2. Ser. Pulmentaria quære ſudando. Cato de re ruſtica. Pulmentariũ familiæ oleæ caducæ quã plurimum condito. Pau. ti. de fun. inſtruc. l. cum delanionis. Sine his. ſ. patinis, & cacabis, pulmentarium coqui non poteſt.

Puſtulatum argentum, dr̃, qđ eſt purum, & abſque omni ſpurcitia, dictũ puſtulatũ, quaſi purũ purũq;. Puſtula quoq; ipſa argenti puri maſſa dr̃. Martia. Et nimiũ felix puſtula vincit ebur. Idẽ Nulla venit à me argẽti tibi libra puſtulati. Suet. in Ner. Nummum aſperũ, argentum puſtulatum, aurum obrizũ exegit. Alphenus lib. 19. ti. locati, & conducti l. in naue Saupheli. Cum argentum, inquit, puſtulatũ fabro daretur. Accur. ballucinans varijs modis legit quaſi is, qui nihil certi ac definiti tradit.

Q

QValli ſunt caniſtri vindemiæ apta, ſiue ad comportãdas vuas, ſiue ad colãdũ muſtũ, vt vult. Seru. inde dicta Ait nãque in illud Virg. 2. Geor. Tu ſpiſſos vimine quallos Colaq; prelorum fumuſis diripe tectis. Quali ſunt per quos vinũ defluit qui, & ipſi a colãdo ſunt dicti. Columella in horto. Ipſe ferens olitor deductos pondere qualos. Et Cato de re ruſt. Ad vindemiã, inquit, parentur qualla, & ſarcinator. Vlpia. de fun. inſtru. l. inſtrumenta. Qualli, inquit, vindemiatorij exceptorijq; in quib. vuæ comportantur.

Quini, quinę, q̃na, quẽadmodum de binis, & denis eſt dictũ, nomẽ eſt diuiduum

 ſiue

ſiue diſtribuitiuũ ad ſingulos tm̃. Aphr. li 21. ti. de euictionib. l. ſi duos, inquit, ſeruos quiuis à te emã, & eorũ alter euincatur, &c. Accur. quinis ꝓbis quinq; exponit, falſo nimirum interpretamento, aliud nanque eſt emere duos ſeruos quinis aureis, aliud bis quinq; i. decem aureis, nam illud ſignificat quod quenque illorũ emi quinque aureis diuiſim, hoc verò quod ambos mi decem aureis coniunctim. Cui verò ſenſui magis accommodari debeant verba legis. Iuriſconſult. viderint, nos ſermonis Latini puritatem inquirimus.

modum Cic.in multis locis ſcribit, Romæ fuit hominũ honeſtiſſimorũ, hi vectigalia publica cõducebant, & inde dicti. In ſacris literis publicanus nomen propemodum eſt infamiæ, pp ea quod qui portoria exigunt odio ſunt oĩb. vnde Saluatori noſtro vitio dabatur, quod cũ publicanis, & peccatoribus, manducabat. Apud Iuriſc.tit. eſt de publicanis,& vectigalibus.

Pulmẽtariũ dr̃ a pulmẽto. Pulmentum verò, vt ait Varro, dictum eſt, quod id edebant cũ pulte, eſt aũt cib. ſolidior vtrunq;, ſiue illud ſit ex aquatilib. ſiue ex terreſtrib. Hor. 2. Ser. Pulmentaria quære ſudando. Cato de re ruſtica. Pulmentariũ familiæ oleæ caducæ quãplurimum condito. Pau. ti. de fun.inſtruc. l.cum delanionis. Sine his.ſ.patinis, & cacabis, pulmentarium coqui non poteſt.

Puſtulatum argentum, dr̃, qđ eſt purum, & abſque omni ſpurcitia, dictũ puſtulatũ, quaſi purũ purũq;. Puſtula quoq; ipſa argenti puri maſſa dr̃. Martia. Et nimiũ felix puſtula vincit ebur. Idẽ Nulla venit à me argẽti tibi libra puſtulari. Suet. in Ner. Nummum aſperũ, argentum puſtulatum, aurum obrizũ exegit. Alphenus lib. 19. ti. locati, & conducti l. in naue Saupheli. Cum argentum, inquit, puſtulatũ fabro daretur. Acc. cur. hallucinans varijs modis legit quaſi is, qui nihil certi ac definiti tradit.

Q

QValli ſunt caniſtri vindemiæ apta, ſiue ad comportãdas vuas, ſiue ad colãdũ muſtũ, vt vult. Seru. inde dicta Ait nãque in illud Virg. 2. Geor. Tu ſpiſſos vimine quallos Colaq; prelorum fumoſis diripe tectis. Quali ſunt per quos vinũ defluit qui, & ipſi a colãdo ſunt dicti: Columella in horto. Ipſe ferens olitor deductos pondere qualos. Et Cato de re ruſt. Ad vindemiã, inquit, parentur qualla, & ſarcinator. Vlpia. de fun. inſtru. l. inſtrumenta. Qualli, inquit, vindemiatorij exceptorijq; in quib. vuæ comportantur.

Quini, quinq; q na, quẽadmodum de binis, & denis eſt dictũ, nõmẽ eſt diniduum ſiue

ſiue diſtribuitiuũ ad ſingulos tm̃. Aphr. li 21. ti. de eui ctionib. l. ſi duos, inquit, ſeruos quiuis à te emã, & eorũ alter euincatur, &c. Accur. quinis ꝑbis quinq; exponit, falſo nimirum interpretamento, aliud nanque eſt emere duos ſeruos quis aureis, aliud bis quinq; i. decem aureis, nam illud ſignificat quod qneuque illorũ emi quinque aureis diuiſim, hoc verò quod ambos mi decem aureis coniunctim. Cui verò ſenſui magis accommodari debeant verba legis. Iuriſconſult. viderint, nos ſermonis Latini puritatem inquirimus.

R

REfigere, eſt, id quod fixũ eſt labefactare atque cõuellere, nam ſunt verba q̃dam, q̃ compoſita cũ reuertunt ſignificationem in cõtrarium, Virg. 6. Aen. Fixit leges p̃tio, atq; refixit, Horat. 1. Epiſt. Qui tẽplis partorũ ſigna refixit. Venul. li. 43. quod vi aut clam. l. ſi vitem. Si fixeris, inquit, & ego refixero. Pau. tit. de vet. obli. l. inter. Tabulæ ait, refixe ſunt. Venuleius ti. ad l. Iuliam peculatus l. qui tabulam, Qui tabulam, inq̃t, æream refixerit. Tabulam æream. Venuleius intelligit, in qua aliqua lex erat ſcripta, vt ſic promulgaret. Quod verò huiuſmodi tabulæ eſſent æreæ, oſtendit Ouid. in 1. Metalcum dicit? Nec verba minantia fixo Aere ligabantur.

Repetundarũ, vel de repetundis, accuſatur quis vel damnatur, qui in adminiſtratione magiſtrat⁹ pecunias accepit, vnde accipere nõ debuit. Neque habet alios caſus quã genitiuum, & ablatium numeri, pluralis. Sall. in Catil. ſubſtantiuum ſub intellectũ expreſſis, dicens; Catilina pecuniarum repetundarum reus. Titulus eſt in li. dig. 48. ad l. Iulian. repetundarum, de qua Mar. bis verbis ſcribit. Lex Iulia repetund. pertinet ad eas pecunias, quas quis in magiſtratu poteſtatis vecuratione, legatione ve acceperit.

Replumbat dicitur argẽtum qm̃ elaborari argẽti partes nõ pñt conſolidari, niſi interueniẽte plumbo: nã quẽ admodũ ſuprà diximus ferruminationẽ fieri ꝑ eandẽ ma-

materiam, ita nūc dicimus plumbationē fieri p aliam materiā, hoc eſt per plumbum. Sene. in 4. nat. quæſt. Argentū, inquit, replumbatur, ſignorum argumenta ſoluuntur. Vlpi. de aur. & arg. leg. l. cum aurū. An replumbari debeā cū ſic appendūtur. Replumbari igitur eſt plumbum auferre.

Reſipiſcere eſt ex temporario furore in priſtinum ſenſū redire. Liu. lib. 44. Si quis reſipiſcat, & antequam ſanitatem recipiat. De vulgari, & pupil. leg. ex facto. Deſinere, inquit, valere teſtamentum cum reſipuiſſet.

Rheda vehiculi gen' eſt. Quintilianus. libr. 1. vocabulum Gallicum eſſe putat. Plurima, inquit, Gallicè valuerunt, vt rheda, petorium, quorum altero Cicero. altero Hora. vtitur. Iab. libr. 9. tit. locati, & cōducti, leg. cum in plures. Pro ſola, inquit rheda portoriū daturum fuerit.

Riuales dñr qui eundem riuū cōem hñt. Gel. libr. 13. Negotium quoq; alicuius qđ ei fortè de aquęductu cum riualibus eſt. Pompo. libr. 43. tit. de aqua cotid. l. hoc iure, Dum ne fundum, inquit, domino, aut aquariū riualibus deterius faciat. Per translationem riuales dicuntur, qui communem habent amicam. Iuuenalis, Non vnus tibi riualis dirabitur hæres.

Rogatio, rogationis, pro eo, ꝙ eſt lex, propterea ſic appellatam, quòd cū promulgatur, populus rogatur, velit, ne, & iubeat eam legem ſanciri. Feſtus. Rogatio, inquit, eſt, cum populus cōſulitur de vno pluribusve hominibus, quo non ad omnes pertineat, & de una pluribusve rebus, de q̄bus omnibus ſanciatur. Nam quod in omnes homines resque populus ſciuit, lex appellatur.

Rubrica genus eſt terræ rubræ, quæ ad picturam ſolet accommodari, habetq; accentū in pen. Hora. Serm. lib. 2. prælia rubrica picta, aut carbone. Perſius: Non ſecus, ac ſi oculo rubricam dirigat vno. Quę verò in iure ciuili, & pontificio dicūtur rubricæ, & tituli, ſiue iudices rubri, vel ex rubro poſſunt rectius appellari.

Ruder, ruderis, ſiue rudus, ruderis, eſt purgamentū domus, ſiue putei, ſiue cuiuſ-

cũque re quæ ex ſordibus purgari debeat. Colum. in horto, Rudere tum pingui ſolido vel ſtercore aſelli. Suet. in Veſp. ipſe reſtitutionẽ Capitolii aggreſſus ruderibus purgandis manus primus admouit. Vlpi. titu. de damno infecto. lege prætor ait. Neque dominus veluti rudera egerere, & in eod. tit. ſæpe.

S

SAccarius dr̃ baiulus qui ſacco defert, transfertque merces, aut aliquid à loco in locũ. Et ſaccaria negociatio eſt dicta, q̃ circa ſaccos verſatur. Apul. 1. de aſino, Operculas quas adhuc vegetus ſaccariã faciẽs merebam. Vlpi. in quadam lege. Si q̃d, ait, ex ſacco ſaccarii excidiſſet. Et ẽ ſaccus idẽ ferè atque ex eadem materia, quam ſagum ſagi.

Saccus ſacci, & ſacculus ſacculi pro nummorũ loculis accipiuntur plerunq; Pli. lib. 2. Aurum & æs & argentũ liquatur in ſacculis. Mart. Excuſſi loculosq;, & ſacculũ. Vlpi. li. 47. in tit. de furtis, l. vuglaris. Si quis, inq̃t q̃ viginti numorũ ſaccum depoſuiſſet aliũ ſacculum, in quo ſcit triginta nũmos eſſe acceperit. Et paulò poſt. Si quis, ait, ſurripuerit, fur to duos ſacculos vnũ decẽ, alterũ viginti nũmorum. Idẽ in tit. de ſtatuliberis, l. ſtatuliberos. Decẽ inquit, iuſſus erat dare, viginti dedit, ſiue numerauit, ſiue in ſacculis dedit.

Saccularius dr̃, qui ſaccis, i. locus quibuſdam præſtigias quaſdam exercet, vt aliud fiat, aliud videatur fieri, Vlpi. in titu. de extraordinariis criminib. l. ſacculari. Saccularii, inquit, q̃ veritas in ſaculis artes exercentes, partẽ ſubducunt, partẽ ſubtrahunt. Idem in titu. de effractorib. & expilatoribus. l. 1. ſaccularium pro fure, qui in ſacculares furto ablatas inijcit, accipere vr̃, Simili, inquit, modo ſacculari, & diætarij, erunt puniendi.

Sacrum, vt Macr. lib. Saturnaliũ 1. anthoritate Trebatij definit, eſt omne illud, q̃ deorũ habetur, idque probat multis Virgilij carminibus. Iũſtin. lib. 2. Inſti. Sacræ, inquit, res ſunt, quæ rite per pontifices Deo dedicatæ ſunt Mart. quoque li. primo dig. titulo, de rerum

diuiſione

diuiſione,l. in tm̃. Sacrę,in quit,res ſunt,hæ,q̃ publicè cõſecratæ ſũt,nõ priuatim.

Sagarius eſt venditor ſagorũ de quo Iuuen. dixit,An ſaga vendendi nubat caupone relicto. Eſt autem ſagũ textum ex lana caprina, aut hirca ex ouib. idem ferè quod ſaccus. Vnde ſagarius, a, um, ad ſaga pertinens. Vlp.li.14. titu. de tribu.act.i. ꝑcuratoris. Duas, inquit, negociationes, puta ſagariam & lintheariã.

Sagmen,inis herba notiſſima eſt, nõ tñ ſub hoc noĩe ſed ſub alio quo appellaẽ gramen ſiue verbena. Græcè agroſtis, q̃ vero Hiſpanè dẽ vulgò verbena, ea Latinè eſt verbena perica, Græcè piſtereũ. Liuius 1. ab urbe cõdita. Sagmina, inquit,rex poſco. rex ait, purã tollito. fecialis ex arce graminis herbã puram attulit,& ſequitur. Verbena caput pilloſq; tãgẽs. Idem quoq; ſcribit. Pli.li.22. Non aliunde, inquit, ſagmina in remediis publicis fuere, & in ſacratis legationib. quam verbenæ, certe vtroq; noĩe idẽ ſignatur, hoc eſt grãme ex arce cũ ſua terra reuulſum, Martia.li.1. de rerum diuiſio, l. ſanctum eſt. Sunt inquit, ſagmina q̃dam herbæ, quas legati populo R. ferre ſolebant, ne quis eos violaret, ſicut legati Græcorum fuerunt ea, quæ vocantur ceratia.i. ſiliquas.

Salgama,inquit Merula, appellantur quæcunq; condi ranea ad victum nr̃m ex ſale. in vaſis adſeruantur. Col.li.13. de re ru. Locum & vaſa idonea ſalgamis ꝑparari iubent. Idem in horto, Tpe nõ alio vili quoq; ſalgama merce. Condiebantur autem ex ſale præter oleas aſparagi, capparis, & triſtes inulæ, ferulæq. minaces. In lib. 12. Codicis, titulus eſt de ſalgamo hoſpitibus non prę̃ſtãdo. Ne quis, inquit, comitum, vel tribunorum ſalgami nomine, culcitram, lignũ, oleum à ſuis extorqueat hoſpitib. Acc. à ſale & gamos cõpoſitũ eſſe dicit, qđ culcitram ĩterpretatur, qm̃, vt ait ꝑ nuptias culcitra eſt. Pulchra expoſitio, atq; tali digna interprete, q putet culcitrã ob eã tantũ cãm paratam, & qui nulla cogente neceſſitate cõpoſitionẽ ex Latino Græco faciat. Eſt igiẽ ſenſus legis, quod

cum

cum parochi ſoliti ſint prę ſtari hoſpitibus ſalgamam, appellatione ſalgami non debent ab illis exigi culcitra, ligna, oleum. Atqui ligna, & ſalſolita eſſe præberi teſtatur Hor. in 1. Serm. cùm dicit. Et parochi, qui præbent ligna ſalémque. Sed à ſale appellatum eſſe ſalgamum, non eſt dubiũ. Sed appellatione ſalgami, ſiue ſalis quid intelligi debeat, Imperator expræſſit.

Saliens, tis, dr̃ fiſtulę pars illa, vnde aqua ſalit, quæ Græcè appellatur Crunos. Vitr. lib. 8. Athenis, inquit, vſque ad portium Pyreum ducti ſunt ſalientes, à quib. bibit nemo. Frontinus de aquæ ductibus, Binos, inquit, ſalientes diuerſarum aquarũ accipere. Vlp. libr. 19. dig. l. miles. Labra, inquit, ſalientes, fiſtulæ quoque, quæ ſalientibus iunguntur.

Salictum locus eſt, vbi ſalices conſitæ ſunt, pro eo quod eſſe debuit ſalicetum, ea forma, qua à quercu fit quercetum, à lauro lauretum. Aliqñ etiam pro ipſis ſalicib. accipitur. Virg. in Buc. Hybleis apib. florem de paſta ſalicti. Et ĩ 2. Geor. Glauca cadentia fronde ſalicta, Iuriſconſultus arborum furtim cæſarum. l. vitem. Arborum, inquit, appellatione vitem contineri pleriq; exiſtimauerunt, hæderæ quoque arundines, & ſalictum. Pro loco vero ſalictũ, Col. lib. :. Imprata, & arpa ſalictaq; & arundineta. Vlp. tit. de fundo inſtr. l. q̃ſitum. Arundineta, inquit, & ſalicta antequã cæſa ſint.

Saligneus, a, um, quod eſt materia ſalicis arboris notæ. Cato de re ruſt. Si lapis non erit, particis ſaligneis. Oui. 8. Met. Lecto non indignãda ſaligno. Vlpi. Arborum furtim cæſarum. l. vitem. Sed, & ſi quis ſaligneas virgas inſtituendi ſalicti cauſa defixerit.

Saltuarius, inquit Valla, eſt cuſtos ſaltus. Saltus vero dicitur, vbi paſcuntur armenta, feræq; verſantur. Iuriſcõſultus tamen de leg. 3. l. cũ quæritur. pro agri cuſtode accepit. Neque topiarium, inquit ornãdi, ſeluariũ tuẽdi fundi magis, quàm colẽdi cauſa paratũ videri. Itẽ de fundo inſtr. l. inſtrumenta. Si viridaria, inquit, ſint topiarij. Si fundus ſaltus paſtionesq; hẽat, greges pecorum, paſtores, ſaltuarij.

Saluſtiani horti, fuerunt Romæ, quorum Plin. li. 7. meminit. In conditorio, inq̄t, Saluſtianorum hortorũ ad ſeruabant. Aphr. de leg. 1. l. idem Iulianus. Si Saluſtianos, inquit, hortos, qui ſunt Auguſti.

Sapa, quod Græcè tùm heſpema, tùm ſyreũ dicitur, eſt cum muſtum ad tertiã partem decoquitur. Pli. lib. 14. Syreum, qđ alij heſpema, noſtri ſapam appellant. Idẽ li. 33. Vino cognata res ſapa eſt muſto decocto, donec tertia pars ſuperſit. Mar Sapa, inquit, qđ nũc mellacium dicimus, muſtum ad mediam partem decoctum eſt Vlp. de fun. inſtr. l. quæſitum. Vas, inquit, æneum, in quo ſapa decoquæretur, & defrutum fieret, & ea q̃ ad bibendum, lauandumq; familiam parantur, inſtrumẽti eſſe, Sapa inquit Accurſius quiddam quod fit ad potandum, dicta quaſi parum ſaporis habens.

Sarcinatores, & Sarcinatrices, dñr authore Nonio qui pãnos, ſiue ex pannis ueſtes cõſuuut. Plaut. in Aul. Petunt fullones, ſarcinarores petunt. Lucil. ſarcinatorem eſſe ſummũ, ſuere centonẽ optime. Vlp. li. 4[illegible] ti. de furtis, l. itaque fallo. Itaq; vel ſarcinator, qui poliẽda vel ſarciẽda veſtimẽta accipit, in alia quoq; lege. Et ancillarum, inquit, maximè ſi qua ſarcinatrix erit.

Sarchophagus lapis eſt, q peculariter hoc habet, vt carnem ex cadauerib. exedat, dictus à ſarx ſarcos, quod eſt caro, & phaco comedo. Plin. lib. 36. Sarcophagus lapis eſt, qſiſcili uena ſcinditur, corpora defunctorũ cõdita in eo abſumuntur. Celſus lib. 4 Lapis qui carnem exedit, quem ſarcophagon Græci uocant. Vnde & pro ſepulchro quod ex eo lapide fieri cõſueuit plerunque ponitur, ſed, & pro ſepulchro ex alia quauis materia. Iuuenalis. Sarchophago contentus erit. Modeſtinus de alimentis, & cibarijs legatis. l. libertis, ad ſarcophagum, inquit, meam memoriam quotannis celebrent, Marcellus ti. de religioſis. l. funeris. Si qua, inquit, veſtiaria ſunt, vel ſarcophagi.

Sarculus, li. vel ſarculum, li, inſtrumentum eſt, euoſata ſarrũtur id eſt herbis inter naſcentibus purgantur. Iuuen.

uen. Nomarræ ác ſarcula deſint. Aliquando ſimpliciter pro inſtrumento foſſorio accipitur, vt apud Horat. in primo Carmin. Gaudẽtẽ patro ſindere ſarculo Agros. Vlp. de fun. inſtru. l. inſtrumenta. Ligones, inquit, ſarculi, falces putatoriæ bidentes. Accur. multipliciter exponit.

Sardonyx, ychis, lapillus eſt vnus ex ijs, qui ĩ pretio habetur, referens colorẽ Sardij, & Onychis, ex quib. vr̃ compoſitum eſſe nomen. Onyx autẽ lapis eſt quem vulgus Cormælam appellat. De Sardonyche Plin. li. 37. multa ſcribit Vlp. lib. 48. tit. de bon. dam. l. diuus. Si damnatus inquit, in digito habuerit aut ſardonycã, aliam gemmam magni precij.

Sarmatæ, ſiue Sauromatæ, nã vtroq; modo appellantur, populi ſunt ſeptẽtrionales, alteri in Aſia, alteri in Europa, nam duplex eſt Sarmata. Luc. in 3. Et iuncto Sarmata velox Pannonio, & ibidem, Affinis Sarmata moſcho. De au. & arg. leg. l. arg. Sunt, inquit, nationes quædam, quæ pellib. vtuntur, veluti Sarmatarum.

Satius, pro eligibilius atq; melius, aduerbiũ eſt cõparandi ab eo, qđ eſt ſatis. Iuuen. Hoc ſatius quã ſi dicas ſub iudice vidi. Quod nõ vidiſti. Vlp. de fideic. lib. l. ſi debitor. Satius eſt eum qui agnouit legatum onerari.

Satricũ, vrbs fuit antiquiſſima Italię de qua Liui. li. 28. Satrici matris maturę de cęlo tractã ædẽ. Florus de bello latino, Satricũ atq; Corniculũ qs credat? tũc prouincię fuerũt. Scęuola ti. de le. 3. l. pr̃onus. Fũdũ, ĩqt, Satricanum in regione Niſana.

Scæna, vt inqt Seruius ĩ illud Vir. j. Aen. Tũ ſyluis ſcæna coruſcis. Deſup. põt inumbratio ĩterpretari. apud antiquos. n. theatralis ſcæna parietẽ nõ habebat, ſed de frõdib. arborũ vmbracula q̃rebat, poſtea tabulata cęperunt cõponere in modũ parietiꝭ. Vlp. de ijs qui notant ĩfamia. l. qđ p̃tor. Qui in ſcænã, inquit, prodierit, infamis eſt. Et ſubdit. Scæna aũt eſt, vt Labeo definit q̃ ludiorũ faciẽdorũ cauſa quolibet loco, vbi qs conſiſtat moueatur, ſpectaculũ ſui p̃bitura. Inde ludi ſcęnici dicti, q̃ in ſcæna rep̃ntabãtur. Sed definitio Labeo-

nis

nis de ſcęna verſatili intelligenda eſt, de q̃ Virg. in 3. Georg. Vel ſcæna, vt verſis diſcedat fontibus. De ſcæna verſatili Pli. & Valerius. Inde dicti ludi ſcænici, qui in ſcæna repreſentabantur quorum fit mentio a iuriſconſultis frequenter.

Sceuæ dicitur, qui manu ſiniſtra perinde ac dextra vtitur, nã ſcæuos Græcè, ſiniſter interpretatur, hinc Romanorũ cognomina. Hinc Scæua miles ille Cæſarianus, q bello ciuili fortiter dimicans, pro munitione cæſus eſt, & Scæuolarũ nobiliſſima familia, Vlp. de ædil. edi. l. qui clauũ. Scæuã, inquit, nõ eſſe morboſum.

Scandularius eſt faber lignarius, qui ſcãdulas facit. Sũt aũt ſcandulæ ex ligno aſſulatim defecto. Pli. li. 16. Scãdulæ è robore aptiſſimę. Vitruuius lib. 2. Scandulis robuſteis, aut ſtrammatis. Vegetius lib. 2. de re militari, Tempore hyemis de regulis vel ſcandulis porticus tegitur. Inde ſcandulare, qđ ſcandulis conſtat. Apuleius tertia Meta. Iam vercos animi tectum ſcandulare conſcendit. Scandulariorũ meminit Iuriſcon. de iure immunit. l. quibuſdam.

Scapha nauigij genus eſt minuſculum, veluti monoxylon hoc eſt ex vno, ſolidoque ligno excauatũ, ad qđ alluſit, Virg. in 1. Georg. cũ dixit Cauat arbore intres. Et eſt ferè quę deputata eſt maioris nauis miniſterio, & quæ pro tẽpore nunc ex naui deducitur, nũc in nauem ſubducitur. Dicta eſt aũt ſcapha a ſcapro, qđ eſt cauo ſiue fodio. Labeo tit. de fundo inſtru. l. ſi nauĕ. Scapha, inquit, nauis, non eſt inſtrumentum nauis.

Scaphium vas eſt, in quod vẽtris ſordes excipiũtur Martialis. Qui mẽtora frangis. In ſcaphium męchæ, Sardanapalę tuæ. Iuuenalis. Et vide ſcaphiũ poſitis cũ ſumitur armis. Vlp. in titu. de auro & arg. leg. l. Quintus Mutius. Argẽto autem legato nõ puto ventris cauſa habita ſcaphia contineri, quia argenti numero nõ habentur. Accurſius ſcaphium genus cinguli eſſe dicit, & ventri cauſa exponit, quia corrigia eſt pro ventre ſuſtentando à quaſi non ex auro etiam ſcaphia fieri conſueuerint, dicente Martial. Ventris

tris onus miſero, nec repudet excipis auro.

Sortū eſt meretrix à viris plurimum attrectata, & cuius nimio coitu genitalia ad eorum duritiem obcalluerunt índueruntque. Feſtus Pomp. Scorta, inquit, meretrices quia, vt pelliculę ſubigantur, omnia namque ex pellibus facta, ſcortea appellantur. Iuuen. lib. 43. tit. pro emptore. l. ſi q̄s. ſcorto inquit, daturo pecuniā ſeruos emerit.

Scrupulus, ſiue ſcrupulū, lapillus eſt in forma diminutionis à ſcrupo, quod eſt lapis aſper. Aliquandò tamen accipitur pro 24. parte vnciæ à Græcis id pōdus grāma dr̄. Priſcia, de ponderibus. Semioboli duplum eſt vbolus, quem pondere duplo Gramma. vocant. Scrupulum noſtri dixere. priores. Iuſtinia. lib. 11. Cotitu. de metallariis. Octonos, inquit, ſcrupulos in baluca. hoc eſt tertiam vnciæ partem, quoniam, vt diximus, vncia quatuor, & viginti ſcrupulos continet.

Scrupuloſus, a, um, accipitur pro ſcrupulis, hoc eſt aſperis lapillis plenus. Vnde res difficiles ſcrupuloſæ dn̄r, & ſcrupuloſitas, illa difficultas, atq; examinis ſcrupuloſa ſubtilitas. Vlpi. libr. 28. tit. de iniuſto teſtō. l. poſthumus. Licet iuris ſcrupuloſitate nimiaq; ſubtilitate teſtm̄ ruptum videatur.

Sebaſtani, ſiue Sebaſtiani populi ſunt Sebaſtę vrbis incolæ, quo noīe duas vrbes legimus, alterā Capadocię, & alteram Sāmariæ in Palæſtina Iudæa, q̄ in honorē Auguſti Cæſaris, q. Græcè ſebaſtos, Sebaſta eſt cognominata. De vtra tn̄ illarum in tit. de ann. leg. l. liberto. Iuriſconſultus intellexerit non liqueat, neque multū refert cum dicit patriæ ſuę ciuitati Sebaſtianorum.

Secundū ꝓpoſitio, multas hēt ſignificationes īter quas, & illam, ꝙ aliquando accipitur pro eo, qđ eſt pro Gell. Sin verò ſ̄m te iudicatum erit, i. pro te, i. vt vulgo loquūtur, in fauorem tuum. Idem lib. 13. Illi vnde petitur crederet, & ſecundū eum iudicaretur. Aliquando ponitur ꝓ iuxta. Luca. in 8. Secundum Aemathiā lis tanta datur, & Virg. 3. Georg. Et plena ſ̄m flumina. Vlpi. titu. de præſcr. ver. l. duo. Duo, inquit, ſecun-

cundum Tyberim cũ ambularent. Papinianus.libr. 43.tit.de via publica.l.ædiles. Eas, inquit, quæ ſecundum ciuitatem ſunt vias.

Sedularium pro lectica, ſiue ſella videtur accipere Iuriſconſultus in tit. de ſuppellectili legata. l. inſtrumẽti. cum dicit rhedæ, & ſedularia, nam ſellam à ſede dici, d, mutata in l, omnes grammatici teſtantur, ſellam autem accipi manifeſtum eſt, lege vtroque.

Selinis nomen eſt duarum ciuitatum, altera nanque eſt Ciliciæ, de qua Luca. lib. 8. Quo portu mittitq; rates recipitque Selinis. Altera Siciliæ, de qua Vir. 3. Geor. Palmoſa Selinis. de hac Iuriſcon. in titulo de cenſib. In Sicilia, inquit, Selinis, & Traianopolis.

Sella pro lectica, ſiue pro parte lecticæ, in qua ſedet, qui lectica vehit. nã Iuuena. de eadem re ſellam, & lecticã dixit, Cenium, inquit, quadrãtes lectica petit. & paulò poſt. Oſtẽdens vacuam, & nudam pro coniuge ſella. Paulus de ſeruitutib. ruſticorũ prædiorũ, l. qui ſella. vtrunque cõiunxit. Qui ſella, inquit, aut lectica vehitur, ire, nõ agere dicitur quod quã ineptè ab Accurſio exponatur, in verbo lectica diximus.

Semis, ſemiſſis pro ſolidis, hoc eſt aſſis dimidio, vt ſi quis ex ſemiſſe relictus ſit heres, intelligendum eſt dimidiũ hæreditatis illi debere cedere, Labeo titul. de vulgari ſubſtitutione. l. ſi pater. Vt vnus, inquit, ſemis apud te maneat, & ibidem. l. & ſi. Per bonorũ poſſeſſionẽ ſemis ei ſit ablatus.

Semiſſes vſuræ, quæ dicantur, & quę triẽtarię, primus omnium oſtendit Hermolaus Barbarus, vir omniũ meo iudicio noſtri ſæculi erudítiſſimus, is enim in ſecunda æditione caſtigationum Plinianarum. libr. 14. in illud, vſura multiplicata ſemiſſibus ex authoritate Columellæ, atque ipſa ratione, & æquitate, quæ omni authoritate, præſtãtior eſt, manifeſtè demonſtrat vſuras ſemiſſes eas eſſe, quæ ex centenis nummis reddũtur quotannis, habita ratione non ad centum, ſed ad duodecim vncias, quæ aſſẽ cõſtituunt. Triẽtarias verò vſuras, quæ ex centenis reddũt quaternos nummos.

mos. Quadrãtarias quæ ter nos. De ſemiſſibus vſuris dixit. Plin. Vſura multiplicata ſemiſibus, quæ ciuilis ac modica eſt. Quod ſi ex tantũ quotannis quinquaginta redderent̄, eſſet profectò inciuilis, & iniqua tãto mitiores quę triẽtes, & quadrãtes appellant̄. De triẽtaria vſura Capitolinus ĩ Alexandro ſcripſit, exercuiſſe illũ triẽtariã fęnus, vt ęqſſimũ, & leuiſſimũ ad vſum reipublicę. de hac quoque ſcribit Pau. in tit. ad l. falcidiã l. ſi hæres. Si reipublicę, inqt, in annos ſingulos legatũ ſit, cũ de lege falcidia quęrat̄. Marcellus putat tãtũ videri legatũ, quantum ſufficiat ſorti ad vſuras triẽtes eius ſummæ, quę legata eſt colligẽdas. Eſt ſenſus legis, ſi reip. legati eſſent in annos ſingulos quater mille nũmi ex centũ milib. nũmorum, quibus æſtimatur hæreditas, quaterni milleni colligerent̄ quotãnis vſuræ triẽtis nomine. Quod, ſi vt iſti legũ interpraætes ꝑutãt vſura triens eſſet non quatuor de centum, ſed triginta tria, ſequeretur hoc incommodum, quòd ſi hæreditas cẽtum milium nummorũ foret, & ex ea in annos ſingulos viginitiquinq; legarentur, quis tàm ſtipidus tàmq; nullo ſenſu, tale hæreditatem adire vellet, q̄ quarto demum anno ſit abſumenda, & ob igatio nihilominꝰ legati tota maneat. Hoc legum interpraætes nõ conſiderantes oĩa miſcent, atque perturbãt, neque tamen enarrant, aut aliquid certi enunciãt. Accu. in primis, qui exemplo, quod ponit exponendo legem, omnino fatet̄ ſe ignorare, q̃d ſit vſura triens. Sic etiã intelligẽdum eſt, quod Scæu. li. 22. tit. de vſuris. l. qui ſemiſſes, ſcribit. Qui ſemiſſes inquit, vſuras promiſit per ſingulos annos, & minores præſtitit, hæres creditoris ſemiſſes petit, &c. Sed vt liq̃do ante oculos ponamus quid ꝑ vſuras ſemiſſes ĩtelligẽdũ ſit libuit ad verbum transferre, q̃d ſcribit Columella li. 4. de re ruſti. Vinitor, inquit, licet ſit emptus ſex, vel potius octo millib. ſeſtertijs, tum ipſum ſolum octo iugerum totidẽ millibus nummorum partũ, vineasq; cùm ſua dote. ideſt cum pedamẽtis, & viminibus binis millib. in ſingula iugera

iugera poſitas duco. Fit tũ in aſſem cõnſummatũ pretium ſeſtertiorum. 29. millium. Huc accedunt ſemiſſes vſurarum ſeſtertia tria millia, & quadringẽti octoginti nummi biennij tpis, quo velut infantia vinearum ceſſat à fructu, fit in aſſem ſumma ſortis,& vſurarum.32. milliũ quadringentorum octoginta nummũ. Quod quaſi nomen ſi vt fœnerator cum debitore, ita ruſticus cũ vineis ferit, eius ſummæ, vt in perpetuũ prædictam uſ vram ſemiſſiũ dñs cõſtituat percipere debet in annos ſingulos 1950.ſeſtertios nummos.Ex his Columellæ verbis euidẽtiſſimè colligitur ex vſuris ſemiſſibus nõ qnquagenos de centenis, ſed ſenuos duntaxat in annum redire creditorib.ſicuti qua ternos ex trientib.& ternos ex quadrantibus.

Septa, oppidum eſt Aphricæ Mauritaniæ,ex aduerſo Mellariæ poſitum, quæ nunc Tariſa, illud Cepta vulgo dr̃. In Cod. tit. de off.præt. Aphricæ, lege in nomine dñi.Iubemus,inquit, in traiectu qui eſt circa Hiſpaniam,qui Septa dicitur,

Septum, quod eſt à ſepiendo dictum, cõplura ſignificat: nam ſepta dicuntur, quæ ſunt munita, ſiue lapidib᷑, ſiue fornaceis parietibus, hoc eſt terra pauita,ſiue ex lignis, ſiue etiam ex vepribus, & ſpinis. Hinc dicta Romæ ſepta in campo Martio. Hinc ſepta à Iuriſconſulto appellantur, quæ ſũt oppoſita ad foſſas inciles, ne aqua fluminis euagẽt. Vlpianus libro 40. titulo, de riuis. leg. prima. Septa ſunt, inquit, quæ ad incile opponuntur aquæ deriuãdæ compellendæve ex flumine cauſa, ſiue lignea, ſiue lapidea ſint.

Seria vas eſt fictile vino alijs ve rebus adſeruandis aptũ. Perſius. O ſi ſubraſtris crepet argenti mihi ſeria dextro Hercule. Inde per diminutionem idem author deduxit ſeriolam. Vlpianus in tit. de verbo. ſignifi. lege. Vinaria dolia,inquit, & ſerias tandiu in ea cauſa eſſe, quandiu vinũ continerent.

Sericũ, quẽadmodũ diximus in verbo bõbycinus, lanæ genus eſt,quod apud Seras Indos ex arborib. depectiť, non illud qđ vulgo credi-

 tur,

tur.Hor.in Epodo: Inter ſericos iacere pulullos amāt Vlp.tit.de au. & arg.lega.l. veſtis. Veſtimentorum,inquit,sūt omnia lanea,linea vel ſerica, vel bombycina.

Seſcuncia,eſt vnica cū dimid. Pli.in calce, li.36. faſtigiū, inqt, ſeruari ī pedes denos ſeſcūciáque.Inde ſeſcuncia le quod ſeſcunciam cōtinet Pl. 13. Craſſitudine, inquit, ſeſcunciali.Vlp.in tit.de le. pſtādis.l.filiū. Vt partis,inquit, dimidiæ quartā, i.dimidium totius aſſis ſeſcunciā retineat quartam nāq; ue pars tres vncias cōtinet, igit̄ dimidiū quartę ſeſcuncia eſt.i.vncia, & ſemis.

Seſtertius nūmus duos aſſes cū ſemiſſe valebat: vnde dictus ſeſtertius quaſi ſemiſſe dēpto de trib. Aſſis autē non ſemper in eodē valore pſiſtit: nā as Seruio Tullio rege Romanorum pondere duodecim vnciarū percuſſus eſt, primū ſub nota pecudis,qđ vnus as pecude pmutabatur,& pecunia dicta. Poſtea vero 1.bel.Pun. ſextātario pondere pcuſſus eſt as. deinde 2. bello Pun. vnciales aſſes facti,atq; deinceps paulatim princeps. Imperatoresq. aſſiū pōdus valoremque imminuere,in tm̄, vt Saluatoris noſtri ætate aſſes vix ſemunciales eſſent. Vnde Matth. cap.10. Nōne, inquit, duo paſſeres aſſe veneunt?qđ & Marcus alijs verbis idem ſignificantib. dicit: Nonne quinque paſſeres væneunt dipōdio? qđ videlicet dipōdius duos valebat aſſes. Si igitur de ſeſterij valore quiſpiā quæreret, non poſſemus ſimpliciter reſpōdere.cum aſſis valor varijs tpibus ſit vbriatus: ſemper tū valuit duos aſſes cum ſemiſſe. Accu. in Co.Iuſt. tit. de don.l.verba ſuperflua. ingenue fatet̄ ſe neſcire quid ſit ſeſtertium.

Sycomorus ficus eſt Aegypti peculiaris. Latinè interpræ tat̄ ficus fatua, habet enim ficos noſtris nō abſimiles, inſulſas tū. Eius arboris meminit Iuriſc.tit.de ext.ord. crim.l.ſaccularij. Si quis inquit arborem ſycomorum exciderit, nam & hæc res vindicatur extra ordinē nō leui pęna, idcirco quod hæ arbores colligant aggeres Niloticos.

Sigillum eſt parua ſtatua, quoniam ſignum pro ſtatua plerunque accipitur. Ouidium in 1.de arte: Siue orna-

ornatus non vt fuit ante ſigilli. Aphr.de leg.1. l.cætera. vel ſingula ſigilla adęquata legari poſſe. Item Vlp.ti.de fun.inſtruc. l.quę ſitum. Sigilla, inquit,& ſtatuæ affixæ non continentur Accurſ.annulos neſcio quos ferreos interptatur.

Signator, vt author eſt pedianus erat, qui teſtō aut aliis inſtrumentis, & cōtractib, nomē ſuum ſubſcribebat. Salluſt. in Catilina. Ex illis teſtes ſignatoresque falſos cōmodare. Iuue. Signator falſo, qui ſe lautum atque beatū. Vlp. ti. quemadmodum teſtamenta aperiant, l.cum ab initio. Cogat, inquit, ſignatores cōuenire, & ſigna ſua recognoſcere.

Signinus,a,um,à Sigma vrbe Cāpaniæ. Vn pira ſignina iuuenali, & vina ſignina Martiali, & ſtructura ſiue opus ſigninū,quod vt ſcribit Plin.li.35. cōficitur fractis teſtis contutuſis calce addita. Columella lib. 1.velut ſigninum opus pillis cō denſatur operis quoque ſignini initia qūo fiat. Vitr. li.8.exponit.Vlp.in ti.de riuis.l.1. Si quis,inquit, terrenum riuum ſigninum facere velit, vbi pro ſignino ſignatum mendoſe legitur in eo.antiq; Qui vero non intelligebāt quid ſigninū, aut ſignatū eſſe in cilicciū cōmutarunt in archetypis tamen Pandectis Florentinorum ſigninum habetur.

Siliginarius eſt cuſtos ſiliginis, i. horrei, in quo ſiligo adſeruatur. Eſt autem ſiligo frumenti quoddam genus candidiſſimi. aliqñ ſiligio pro frina purgatiſſima atq; ipſis triticis delicijs accipitur. Plin.li.18. Silinem dixerim propriè tritici delicias.Celſus libro 2. Et tritico,inquit, firmiſſima ſiligo. Vlpia. in titu. de furtis. l. ſi quis vxori. Si ſiliginario,inquit, quis dixerit, vt qui nomine eius ſiliginem petiſſet. Item Iulianus titulo de negocijs geſtis l.ex facto.

Synthēſis,inter alias ſignificationes deſignat etiam genus quoddam veſtis duplicis, quæ ſit in alio nomine; Abolla. Martial. Synteſib. dum gaudet eques dominuſq. ſenatus. Idem alibi: Sic micat innumeris arcula ſyntheſib. Scæu. tit.de auro,& arg. leg. l. Titio. Ex ſynteſi,īquit,tunicas duas, & palliola.

Si quis, generis tm̃ eſt maſculini, quia fœmininum ꝓpriam habet terminationem ea eſt: ſi qua. Iuriſc. tñ de ver. ſig. l. uerbum ſiquis, inquit. tam maſculos quã fœminas complectitur.

Siſto, ſiſtis, uerbum eſt aliqñ abſolutum. pro eo quod eſt ſto, ſtas, ut apud Virgil. 1. Geo. Siſtũt omnes, terræq; dehiſcũt. aliqñ actiuum, ſignificatq; ſtatuo ſtatuis. Idem 4. Aenei. Et ſiſtere flumina uidi. & illud ex Euangelio. Vt ſiſterent cum domino. in hac ſignificatione accipitur apud Iuriſconſultos iudicio ſiſti, & iudicatum ſolui. ſiſti pro ſtatui, & rep̃ſentari ponitur.

Situla vrna eſt aquæ ex puteo hauriendæ accommodata. Plaut. in amphytrione. Si ſitulã iam cepero, illi puteo animã omnem traxero. Hier. quoque Eſaiæ 40. Ecce gentes quaſi ſtillà tulæ reputatæ ſunt. in tit. locati. in leg. qui fundum. Rota quoque per quam aqua traheretur, nihilominus ędificis eſt, quã ſitulã.

Situs, us, pro ſquallore, ſiue in coltura, cuiuſq; rei, dictus a deſiniendo, quia ea, quæ deſeruntur ex negligentia redduntur inculta. Virg. 1. Geo. Et ſegnem patiere ſitu dureſcere cãpum. Idem in 6. Aen. Per loca ſenta ſitu, quod Seruius pro lanugine, & ſquallore exponit, quæ ſit in locis ſole carentib. Vlp. lib. 7. de bon. poſſ. ſm tab. l. 1. Aetuſtare, inquit, vel ſitu putrefactum.

Smyrna á Græcis appellatur, quam nos mirrham odoratam dicimus. Lucr. li. 2. Cõtentus odor Smyrnæ melliſq; ſapores, apud Cal. quoque ſmyrnã verbum Gręcum pro mirrha reliquit. Apud Martianum titu. de pub. l. interdum ſinura pro ſmyrna mendoſe legitur.

Sodales dñr, qui ſunt cõuiuiorum participes fuit & Romæ collegium ſodalium, de quo Cic. in Catone maiore. Primum, inquit, ſemper habui ſodales, ſodalitates autem me Quæſtore conſtitutę ſunt ſactis Idęis Magnæ matris acceptis, epulabar igitur cum ſodalibus omnino modicè, huiuſmodi autem ſodalitates a Græcis phratria dñr, de quibus Ariſto. in Politicis. Erantq; plerunque inhoneſtæ. Gel. li. decimonono. Adoleſcentem, inquit,

Taurus à ſodalibus conui-
ctuq; hominum ſcenicorũ
abducere volens. Caius lib.
48. de collegijs illicitis. Sodales,
inquit, ſunt, q eiuſdẽ
collegij ſunt, quã & Græci
phratriam vocãt, & hæc vt
ex Solonis lege trãslata eſſe,
nam illicita eſt eadem.

Solidus,a,um, dr qd integrũ
eſt, neq; hẽt inane quicq̃,
aut parte aliqua fraudatũ
nõ eſt. Horat. 1. Carm. Aut
partem ſolido demere de
die. Vlp. de fideic. li. l. ergo,
ne ſolido ĩquit, ſic accipere
dẽmus de ſorte et de vſuris.

Sphræriſterim locus eſt vbi
pila luditur, nam ſpæta pila
interpræratur, & ſphæriſtes,
qui pila ludit. Suet. in
Veſpaſiano: Fauces inquit,
cęteraq. mẽbra ſibimet ad
numerũ ĩ phęriſterio defri
caret. Pli. in epiſto. Apodu-
terio ſup poſitum eſt ſphæ
riſterium. Lamp. in Seuero
ſcribit eum dediſſe operam
ſphræniſterio. Vlp. li. 17. in
tit. mandati l. ſi quis mihi.
Hypocauſta, ſphæriſterion,
& quædã ipſius valetudini
apta ſua impenſa faceret.
Acc. velut ęſtro quodã percuſ
ſus diuinat ſphæriſteriõ eſ-
ſe locum amœnum herbis.

Spica nardi, quæ ſpica quoq;
ciliſſa vocatur, Græcè dicit
ſtrachys nardi, de qua inter
cætera Iuriſcon. meminit
in ti. de publicanis, l. inter-
dũ. Nardi ſtrachys, inquit.
i. ſpica nardi.

Spurco, ſpurcas, præter eam ſi
gnificationem q̃ habet in-
promptu, ſignificat etiam
vinũ, aqua diluere, qm̃ vt
ait Feſtus Põp. ſpurcã vinũ
dicebãt, qđ erat aqua mix-
tũ Vlp. ad l. Aq. l. ſi ſeruus.
Qui vinum, inquit, ſpurca-
uit, vel acetum fecit. Sed &
aquę dicuntur ſpurcari, cũ
corrumpuntur aliqua re,
quæ illas vitiet iniecta. Pau
lus de extraord. crimin. l. 1.
Si aquas, inqt, ſpurcauerit.

Spurius dictus eſt, qui Græcè
dicitur nothus, ſic appella-
tus, vel quaſi ſine patre, vel
ab eo quod eſt Græcè ſpo-
rõ, quod ſignificat puden-
da, nam ſporos eſt ſemen.
In 1. Inſt. lib. in tit. de nu-
ptijs, mendum eſt manife-
ſtum, ſpadon, pro eo quod
eſſe debuit ſporõ. Solent,
inquit, filij ſpuri appellari
à Græca voce ſpadon, tu le-
ge ſporon.

Stabularius is dicitur qui mer
cede in tabernam merito-
riam viatores excipit, qui
caupones quoque dicũtur

Apu. in 1. de aſino. Precio mãſionis ſtabulario perſoluto viã capeſſimus. Idem in eodem, ſtabulum pro ipſo loco diuerſorij. Ianitor, inquit, pone ſtabuli oſtium humicubitãs. Vlp. tit. de ĩniurijs. Ad meritoria, inqt, vel ſtabula nõ ptinebit. Vlp. li. 3. ti. de ijs q notant ĩfamia. l. Athletas. puta, inquit, ſi caupo fuit, vel ſtabularius.

Statio, onis aliqñ accipit ꝓ vigilia, vt apud Ouid. 1. Met. Atq; oẽs in ſtatione manebũt. Mod. ti de re mil. deſertorem. Qui ſtationis, inqt, munus reliquit. Hinc milites ſtationarij dicti qui ſũt vigilijs deputati. Vlp. tit. de offi. pfecti vrbis, l. oĩa omnino. Milites, inquit, ſtationarios hr̃e ad tuendam popularitũ quietem. Aliqñ ſtatio accipitur pro portu, in quẽ ſe recipiũt naues aut ex tẽpeſtate, aut negociãdi gratia. Virg. 3. Aen. Nunc tantum ſinus, & ſtatio male fida carinis. Idem in quarto Geor. Deprenſis olim ſtatio tutiſſima nautis. Vlp. titu. de fluminibus, l. ait prætor. Stationem, inquit, dicimus a ſtando, is igitur locus demonſtratur, vbi naues ſtare poſſunt.

Stellionatus crimen, latiſſimẽ patet, de quo apud Iuriſcõſultos titulus eſt, atq; vt ſemel dicam circa qđ genus criminis lex ſtellionatus verſet: Vlp. breuis oſtẽdit, dicens, ꝙ vbicunque crimen noĩe caret, illic ſtellionatũ obijcimus. dictus eſt ſtellionatus a ſtellione aĩali veneſico, atq; hominũ generi inuidẽte, quippe q cũ intelligat exuuias multis morbis eẽ remedio, cũ primũ illas deponit, illico deuorat. Pli. li. 30. de ſtellione: Nullũ inquit, aĩal fraudulentius inuidere hoĩ tradũt, inde ſtellionẽ nomen in maledictũ trãslatum, a Grecis dicitur Aſcalabotes. Ariſtoteli Colores, vulgo perſuaſum eſt eſſe Tarantulam beſtiolã in Apulia notam.

Stypteria, Grecẽ, Latinẽ interpretatur alumẽ, quo verbo vtitur ſępe Galenus, vel potius Galeni ĩterpres: dictaque eũ ſtypteria a ſtypto, qđ eſt aſtringo, qm̃ alumẽ vim hẽt aſtringẽdi. Vlp. tit. de reb. eorũ, qui ſub tutela, l. ſed ſi. Si lapidicinas, inqt, vel q̃ alia metalla pupillus habuerit ſtypteriæ vel cuiuslibet alterius materiæ.

Stipulor, ſtipularis, verbũ frequens

quẽs eſt apud Iuriſperitos, ſignificatq; promittenti aſſentire, & fere ad aliquid ſunt promitto, & ſpondeo, ci qđ eſt ſtipulor, vt ſi dixero, ꝑmitto tibi centum aureos, tu rñdebis ſtipulor à te cẽtũ aureos. Hinc naſcit̃ cõtractus ſtipulationũ ſpõſionumque. Seru. Sulpitius in li. quem ſcripſit de dotibus citaturq; à Gel. libr. 4. Noct. Att. Qui vxorẽ, inqt ducturus erat ab eo, vñ ducenda erat, ſtipulabatur eã in matrimoniũ ductũ ire, qui daturus erat, item ſpõdebat ducturũ: tũ quæ promiſſa erat, ſpõſa appellabatur, qui ſpoponderat ductu rũ, ſponſos. Col. li. 11. Fœnoris, inqt, tui Siluine qđ ſtipulanti ſpopõderã tibi. Dictumque eſt ſtipulari, vt ait Var. đ ling. Lat. à ſtipe, hoc eſt pecunia, qm̃ qui pecuniã obligat, ſtipulari dicit̃. hinc ſtipulatus, vs. Papi. in tit. ſolu. matrimonio. l. poſt dotẽ. Nõ erit impediẽdꝰ p̃ quo minꝰ ex ſtipulatu agat.

Stola veſtis erat ad talos demiſſa, matronarũ in ſigne. Ouid. ſecundo de triſtibus. Quas ſtolas cõtingit, & ſtola ſumpta decet. Vlp. de auro, & arg. leg. l. veſtis. Muliebris inquit, ſunt veluti ſtolæ, pallia, tunicæ.

Stragulus, a, um, eſt quod ſterni ſolet, aut lecto, aut ſtrato, aut equo, aut iumento, vt meliꝰ iaceas ſiue ſedeas. Hinc veſtis ſtragula, ephippium ſtragulũ, & ſtragulũ ſubſtantiue. Var. de lingua Lat. Quicquid lecto ſternebant à ſternendo ſtragulũ, appellabant. Apol. lib. 4. de aſino, Veſtem ſtragulã ſubiectam iactare cõſueuerat. Pli. li. 7. Frenos. & ſtragula equorũ pelerroniũ inueniſſe ferũt. Vlpi. tit. de verb. ſig. l. inſtratũ. Inſtratũ, inquit, oẽ veſtimentum contineri qđ inijciat̃. Labeo ait, neq; enim dubium eſt, quin ſtragula veſtis ſit omne palliũ. In victo ergo veſtẽ accipiemus non ſtragulã, inſtratũ omnem ſtragulam veſtem.

Stramenta, dñt calami frumentacei ſpicis demiſſis, dicta à ſtãdo, ſiue à ſternendo. Varro j. de re ruſt. Cum cõprehendit, inquit, faſcẽ ſpicarum deſecat; & ſtramenta ſtantia in ſegete relinquit, & paulò poſt. Alij ſtramẽtum à ſtãdo dictum putant, quaſi ſtamen, alij à ſtrato, ꝙ ſubſternat̃ pecori. Calami igitur qui lecto in-

ſternuntur ſtraměta appellantur. Vlpi.li. 19.titu. de actio, emp. l.fundi. Fundo, inquit, vendito, vel legato ſterquilinium, & ſtraměta emptoris,& legatarij ſunt.

Strobylus, dr tùm arbor ferēs nuces pineas,tū ipſę nuces pineæ.Pli.lib.16.de pini generibus. Eaſdem,inquit arbores eſſe per oram Italiæ, quas ſtrobylos vocāt. Gal. lib.2.alimentorum.c.de pineis nucleis. Vocant, inqt. ipſos qui nunc Græci, non conoa,ſed ſtrobylos. Idem in 7.decamer. Quos oēs,in quit, Græci noīant ſtrobylos antiquitus ab Atticis dicebātur coni. Vlpi.ti. de le. 3.l. ligni appellatione. De pinu,inquit, integri ſtrobyli.Idē tit.de ver.ſig.l.carbonū.ſuperiora verba reperit.

Subdiſiunctiua coniunctio à grāmaticis ſic definitur, q̄ voce diſiunctiua vtrunque adeſſe ſignificat, vel diſcrete, vt Alexander, ſiue Paris: nam qui prius vocabat Alexāder Priami filius, poſtea cognominatus eſt Paris dormit,vel diſputat, nā poteſt neutrum facere.Sed de particula ſubdiſiūctiua quenquam ad grammaticum pertineat diſſerere,copioſiſſimè diſputauit Proculus Iuriſconſultus in tit. de ver. ſig.l.hęc verba,&c.

Subgrundæ, ſunt regulæ propendentes extra tectum domus ad parietū defenſionē ne imbribus corrumpātur. Varro lib.3.de re ruſt.Aues ſubtus ſubgrundas, inqt, ab initio villatico vſas tecto.Vitr.li.x. Pinnas inquit ex tvbolis, & ſuper ne ſubgrundas procliuitas. Iabolenus.de ver.ſig.l.malū nauis. Inter priectū inquit,& immiſſum hoc intereſſe La beo ait, quod proiectū eēt id qđ ita proueheretur, vt nuſquam requieſceret,qualia meniana, & ſugrundaria eſſet, i. tecti partes impendētes ad parietum munitionē. Pli.tñ ſubgrundas accipit pro tegulis inferioribus nam intectorum ſtrūctura duo ſunt ordines tegularum, alter ſupernarū, alter infernatum. ſcribens nanq; lib.25. de duob. ſedi generib. hoc eſt, maiori, & minori: dicit minorem appellari hypogeſton, & ſubdi cām cur ſic appelletur. qm̄ in ſubgrundis ferè naſcitur,hoc eſt in tegulis inferioribus id, qđ vulgò videmus in tectis naſci.

Subſellium eſt ſella inferior, Varro de ling. Latina, A ſedendo, inquit, ſella, & ſeliquaſtrū, deinde ab his ſubſelliū, vt ſuſcipere, qđ non planè ſapit. ſic ſubſellū dictum, qđ nō planè erat ſella. Iuu. ſed cum fregit ſubſella verſu. Florentinus de ſupellectili leg. l. ſupellectili. Trapezophora, delphica ſubſellia Item de acquirendo rerum dñio. l. 10. Subſiſto, ꝓ eo quod eſt hę eo, ſiue dubito, nā qui incedens ſubſiſtit vr̄ de aliqua re deliberare, q̄d agat, vt Aenea Virg. 1. Aeneid. dixit, ſubſtitit hic arcuq; manu, celeresq; ſagittas corripuit. Caliſtratus. li. 50. tit. de iure immunitas leg. ſemper. Subſiſti inquit, poteſt an prohibendi ſint à præſide. Itē Vlp lib. 3. tit. de procuratorib. l. ſeruū. Quantum, inquit, ad filiū familias verum eſt, in ſeruo vero ſubſiſtimus. Hic ſerie verborum coactus Acc. nō potuit, niſi verè interpræṫari, exponēs pro eo, quod eſt dubito.

Subſtruere eſt ædificiū à fundamentis deficiens fulcire. Hinc ſubſtructio dicta parietis fultura. Vitr. li. 1. Nō ſolum in muros, ſed etiā in ſubſtructionibus. Colum. li br. 1. Pro fultura, inquit, & ſubſtructione funget. Vlp. li. 43. ti. de riuis. l. 1. Verbo, inquit, reficiēdi, tegere, ſubſtruere, ſarcire cōtinentur.

Succinum gēma eſt ex gummi arboris gleſſariæ congelata, quā diximus à Græcis appellari electum. Iuuen. In cuius manibus ſeu pinguia ſuccina tritas. Cernis ephemeridas. Mar. Incluſit tenuem ſuccina gēma ferā. Pli. de ſuccino deq; medicamentis ex eo multa. li. 37.

Suggillo, as, pro eo, qđ eſt cōtundo, is. Vnde ſuggillata dn̄r membra, quæ ſunt contuſa, vnde liuores ſuboriuntur. Pli. lib. 30. Liuentia, inquit, & ſuggillata pulmones arietum ſanant. Idem li. 20. Suggillata, & alios liuores legat. Suggillatum, vt inquit Feſtus, dr̄ ex Græco, quod ea pars, q̄ ſub oculis eſt, abcis dr̄ hipopion. Sed aliqn̄ reperitur ſuggillo pro eo quod eſt derideo, ꝓpea qđ qui ex contuſione liuores contraxerunt derideri ſolent. Vlp. li. 47. tit de iniurijs. l. itē apud Labeonem. Si quis inquit non ad ſuggellationē domini iniuriam ſeruo fecit.

Su-

Supellectilis appellatione, quę res contineatur, ex titu. qui eſt lib. 32. dige. de ſupellectili legato facile poſſumus intelligere. Quanquam.n. ſupellex videatur dici deſtrugo tantũ, ſiue lodice, ab eo quod ſuper lectum imponatur, ũt ad alia domus utenſilia eius ſignificatio ſe extendit, immo, & ad alias res, quæ ſunt aut poſſunt alicui ornamento eſſe Perſi. Tecũ habita, & noris quàm ſit tibi curta ſupplex.

Superficies, in ædificijs dicitũ domus, quæ in alieno ſolo, ſiue area ædificata eſt. Itaq; fieri põt, vt eiuſdẽ dñs duo ſint dñi. Alter dñs ſupficiarię; alter ſoli. Vnde pulchrè Seneca. lib. 15. Epiſto. tranſlatione ſumpta ex modo loquendi Iuriſcõſultorũ: Philoſophia, inquit, nihil aliũ deperit, totum opus à ſolo excitat. Mathematica, vt ita dicã ſuperficiaria eſt, in alieno ædificat, accipit prima quorũ bñficio ad vlteriora puenit. Pau. ti. de dãno inf. l. dãni. Et qui in conducto ſolo, inq t, ſuperficiẽ poſuit. Item Iabol. titu. de vſuc. l. eum qui. Cùm edes, inquit, duab. reb. cõſiſtẽt ſolo & ſupficie. Iulian.⁹ quoque de leg. 1 leg. ſi fundũ. Appellatione, inquit, ædificij, aut ſuperficiem ſignificant, aut ſolũ. Caius idem titulo, de ſupficie. Supficiarias, inq t, ædes appellamus quæ in cõducto ſolo conſtitutæ ſunt. Dñs verò domus ſuperficiarius dicitur, vt in tit. de dã. inf. & ſæpe alias.

T

Tantiſper, qđ ſignificat ꝑ tm̃ ſpatium, ſiue per tm̃ tempus, vt inquit Valla, ſẽꝑ ferè deſiderat iungi huic particulæ dum, pro donec. Teren. in Heauront. Ego te meũ eſſe tantiſper volo, dũ qđ te dignum eſt facias. Et paulò poſt. Decreui tãtiſꝑ me minus iniuriæ meo gna to facere dũ ſiã miſer Liu. lib. 1. Tantiſper dum priſca illa tota mente repeto. Gel. lib. 1. loco dum, ęquiualens poſuit quoad: Tãtiſper. inquit, quoad fieret permutatio. Vlpi. titu. de tutelis. l. q tutorem. Dum malis ætati quàm dementi tantiſper ſit conſulendum.

Tectorium opus eſt, qđ calce, aut gypſo ĩcruſtarũ ẽ, & tectorũ ſubſtantiuẽ pro ipſa calce, ſiue gypſo quod ſup indu-

inducitur. Varro lib. 3. de re ruſtica. Cũ villam, inquit, hẽs opere rectorio ſpectandã, Gell. lib. 12. Villas inexcultas & rudes nec tectorio quidem prælitas eſſe dicit. Per translationẽ quoq; de fœmina ceruſatã dixit. Iuuen. Tandẽ aperit vultũ, & tectoria prima reponit. Vlpian. in ti. de damno infecto, leg. ex damni. Ob tectoria, inquit, & picturas. Itẽ Proculus tit. de ſer ꝑ dio rũ vrbanorũ, l. quidã. Si parietem demolitus ſit vicinus, nõ pluris quã vulgaria tectoria exiſti nari dẽat. In alia tñ ſignificatione vr̃ accipere Pau. in ti. vti poſſi de tis, l. ſi duo. Si vicinus, inqt, meus in pariete meo tectoria hẽat, & in pariete ſuo.

Telũ, largo quodã mõ quicquid nocere poteſt appellatur. Nam apud Virg. atque alios authores aliquando pro enſe ẽt accipitur. Iuſti. tamen li. 4 Inſtitutionum, titulo de publicis iudiciis. Telum, inquit, vt Caius noſter ex interpretatione legum duodecim tabularum ſcriptum reliquit, vulgò q dem id appellatur, qđ ab arcum mittitur, ſed & omne ſignificat, quod manu cuiuſq; iacitur, dictum ab eo quod in longum mittitur à Græca voce figuratũ, telon enim à longe ſignificat, quæ verba Caij iterum ponuntur in titulo de verborum ſignificatione. leg. ſi calumnietur.

Temporaria res dicitur, quæ ita extruitur, vt ad certum quoddam tp̃s duret, & non in perpetuum, Plinius lib. 8. Temporario, inquit, curipo oſtendit. Idem lib. 36. Theatri, inquit temporarij & vix vno menſe futuri. Seneca lib. 9. epiſtorarum. Hæ ſunt, inquit, amicitiæ quas temporarias populus appellat. Paulus titulo qui bus ex cauſis, lege ad cognitionem. Exitio, inquit, temporario. Papinianus titulo de pœnis, leg. ſeruus. Cum ſeruus per errorem in opus temporarium fuiſſet datus, expleto tempore domino ſeruum eſſe reddẽdum reſpondit.

Tepidariũ, locus erat in balneo tepidior, quẽadmodũ calidarium, calidior. Celſus li. 1. Tunc, inquit, in c li darium tranſire, vbi tepidario paululum inſudaui. Idem in eodem. Si eſt balneũ ante omnia in tepida-

rio

rio reſidere. Vitruu. li. 5. Sudationes, inquit, q̃ ſunt coniungendę tepidacio Pau. in tit. de ſeruitutib. prædiorũ vrbanorum, l. fiſtulam, Si talis, īq̃t, ſit vſus terpidarij, vt aſſiduum humorē habeat, & id noceat vicino.

Teſſera. tùm ꝓ ſymbolo, hoc eſt belli ſigno accipit. Virgil. 7. Aeneid. In bello teſſerę ſignum, tùm pro tali, vt vulgò accipitur, nam talus aliud eſt. Martialis. Hæc mihi biſſenò numeratur teſſera puncto. tùm pro frumenti quadam mēſura, de qua Seruius in illud Virgil. 1. Georg. Numeros impreſſit aceruis teſſaras interpretatur, q̃b. frumēto numerus deſignat̄, Iuuenalis. Summula ne pereat, qua vilis teſſera venit frumēti. Sueton. ī Aug. Ne plebs frumētatiorũ cā frequētius à negotijs auocaretur, ter in annum quaternum menſium teſſeras dare deſtinauit. Hinc Perſius per diminutionem fecit teſſerula. Scabioſum, inquit teſſerula far poſſidet. Inſt. li. 11. Cod. titulo de frumento Alexandri. no. l. diurnos. Teſſeræ, inquit, deſignentur. Pau. de legat. 2. l. mortuo. Si Titio teſſera frumentaria legata ſit. Vlpian. libro 5. de iudicijs, l. ſed & ſi. Si libertis, inquit, ſuis teſſeras frumentarias, emi voluerit.

Theriaca, nō tyriaca, vt libri medicorũ corruptè habēt, antidotum eſt notiſſimum contra venena. de cuius cōpoſitione duo extant Galeni opera, alterum ad Cæſarem, alterum ad Pamphilum dicta theriaca, a ther, quod eſt fera, hoc eſt vipera. Plin. libro 29. Fiunt, inquit, ex vipera paſtilli, qui theriaci vocantur à græcis. Hieronymus in Iouinianum, libro 2. Viperę inquit, carnes theriaca conficitur, quantis rebus aptæ ſunt, norunt medici. De fund. inſtructo. l. quęſitum Theriacam, inquit, & cætera medicamenta nō tyriacam.

Thymelicus, interpretatur, hiſtrio, qm̄ thymele es eſt pulpitũ ſine ſcæua. Apul. pro magia Si choragiũ, inquit, thymelicũ, num argumentare te vti etiam me Gragidij ſyrmate hiſtrionis; Auguſt. lib. 6 de ciuitate Dei. Quæ ſũt, inq̃t illa ſacra q̃bus, agēdis tales elegit ſanctitas, quales, ne thymelica

in ſe admittit obſcœnitas, Vitrı.li.5.Ex eo,inquit,ſcęnici, & thymelici ſeparatim nominatur. Vlp.lib.3. ti.de ijs, qui notantur infamia.le. athletas. Neq; thymelici,inquit,qui certaminib.ſacris deſeruiunt,igno miniofi habeãtur. Item de conſecratione diſt.5.c.non oportet, Sed vtrobique thelici corrupte legitur.

Tlaſiæ, ſiue thlibiæ quod idē eſt, Lat.dicti q̃ hñt teſticulos attiros appellati ſic a thlao,quod eſt frango,ſiue thlibo qđ idem ſignat.Vlp. tit.de verb.ſig.l.ſpadonum Thlibiæ,inquit, & thlaſiæ ſed, & ſi quod & aliud genus ſpadonum eſt.Itē Paulus ad legē Corn. de ſic. l.ſi quoq;,li.inquit, q̃ thlibias faciũt ex cõſtõne diui Hadriani,inquit, in ea sũt cã, qua ij qui caſtrãt.Vtrobiq; mendoſi ſunt codices recētiores.Accu.tota errat via, nunc dicens eſſe ferramen tum caſtratorium,nũc venas,quæ incidũt,id quod veriſſimum eſt, neſcire ſe, quid thaſia aut thlibia ſit, cum ſit non caſtratus ſiue exectus, ſed q̃ vt diximus, attritos habet teſticulos de quo dñs per Moſen, ſcribit in Deuteronomio cap. 23. Non intrabit eunuchus attritis vel amputatis teſticulis, & abſciſſo veretro eccleſiam Domini.

Tyberius Cæſar, Liuij Druſi ex Liuia Druſilla filius Augusti deinde priuignus, ab illo ea lege eſt adoptatus, vt ipſe Germanicũ Druſi Neronis fratris ſui filium adoptaret. Ex Suetonio in vita Auguſti Tyberij, & Caij Cęſari. Iuſt. li.1.tit.de adoptionib. Auguſtus, inquit, nõ ante Tyberiũ ado ptauit, q̃ is Germanicum adoptauerit,vt prius ado ptione facta incipiat Germanicus Auguſti nepos eſſe.Accur.Imperator,inquit volebat adoptare quendã noĩe Germanicum, & Germanicus nolebat cõſentire. Vnde Auguſtus calide ſua ſit cuidã noĩe Tyberio, vt illum Germanicũ, adoptaret,quod fecit. Quis talia, hyſtoriarum portenta fingeret, niſi Accurſi. aut Accurſijs admiratores? De Tyberio vero tanquam de perſona ignota, & obſcura dixit cuidam Tyberio cum ſucceſſerit Auguſto in Imperio. Quòd ſi hiſtorias ſeculares nunquam le-

legit, nuſquam ve audiuit illud ex Euangelio Luc. tertio: Anno decimoquinto Tyberij Cæſaris, &c.

Tympaniũ, margaritarũ genus ẽ, ex altera parte ſphęricũ, atq; ex altera planum quaſi in tympani effigiem formatum. Pli. lib. 9. vbi de margaritis, & vnionib. q́b. inquit, vna tm̃ facies eſt, & ab ea rotũditas, auerſis pla nities tympania nominan. tur. De au. & ar. leg. l. pediculis. Cũ q̃dã, ĩq́t, ornamẽta mamillarũ ex cylindra. triginta quatuor, & tũpanijs, & margaritis detraxiſ.

Tyrus, colonia Syriæ Phænices ĩſulá quodã, ſed ab Alexandro incõtinentem trãslata, vñ Luc. in 3. Et tyrus inſtabilis, p̃cioſaq; murice Sydõ. Tyriorũ coloniæ meminit Iuriſc. in tit. de cẽſib.

Xerolęphum locus erat celebris Bizantij, q̃ Conſtantinopolis poſtea cognominata eſt.Priſcianus li.1. de oſt. partibus orationis, Epigrãmata,inq̃t,quæ egomet legi in tripode vetuſtiſſimo Apollinis, qui ſtat in xerolopho Bizãtijs ſcriptus. Idẽ lib.6.Oſtẽdunt, inquit, epigrãmata uetuſtiſſima, quæ literis vetuſſimis ſcripta in multis tripodib.legi & maximè in tripode Apollinis, qui eſt Conſtantinopoli in loco, quẽ Xerolophon vocant.Iuſtin. lib.4. Inſtit. de publicis iudicijs,Quod nos inquit, telum appellamus; illi telos appellant, admonent, inquit, nos epigrammata in Xerolopho ſcripta. Et ſequitur epigramma Grecum.

Xyſtici, dñr athlerę dicti à xyſto,qui,vt ait Vitruuius li. 6.eſt porticus ampla latitudine,in qua athletæ per hyberna tpa exercebantur. Suet.in Auguſto, Xyſticorũ certationes, aut gladiatorum pugnas ſeueriſſime ſemper egit. Idẽ in Galba, Si quid ſcænici aut xyſtici donatũ olim vendidiſſent. Vlp. ti. de ijs qui notantur infam. l.athletas.pro eo qđ eſſe debuit,xyſtici, reſuſtici corruptè legitur.

Z

Zythum potus eſt, quem ex frugibus excogitauit Aegyptus, vnde à Columella peluſiacũ cognominatur in horto, cum dicit, Et peluſiaci proritet pocula zithi. Vlp. tit. de trit. & vino leg.l.ſi quis, Zythum, inquit, &c. pro hominum affectione.

Zona, non tantum pro cingulo accipienda eſt, ſed aliquando ẽt pro marſupio, &

& loculis nummorum ferfertis accipitur. Apul. lib. 7. de aſino. Plotina, inquit, precioſiſſimis monilium, & auro monetali zonis refertis incincta. Sueton. quoque ſcribit Vitelium zonam ſe aureorum plenam circundediſſe. Spartianus etiam Perennium nigrum Imperatorem iuſſiſſe, ne milites in zonis nummos aureos uel argenteos portarent ad bellum. Lampridius quoque Alexandrum Cæſarem dicere ſolitũ ait. Miles non timet, niſi ueſtitus, calceatus, & ſatur, & aliquid in zonula habens. Et ferè hæc eſt conſuetudo Hiſpanorum, ut cingulo burſam eſcariam applicẽt, in qua portent nummos. Itaque Saluator noſter diſcipulis interminatur, ne portent zonam. In hoc ſignificatu accepit Vlp. ĩ ti. de bonis damnatorum. l. diuus. Neque ſi zonam, inquit, circa ſe habuerit, protinus aliquis ſibi uindicare debebit Accurſius putauit zonam eſſe cingulum magni pretij.

FINIS.

EX OBSERVATIONIBVS Aelij Antonij Nebriſſenſis.

IN LIBROS IVRIS CIVILIS.

De Glauco & Diomede, Accurſij Somnium.

EST in Præfatione digeſtorum peroratio Iuſtiniani Imp. in hæc verba: Incipite igitur legum doctrinam eis Dei gubernatione tradere, & viam aperire, quã nos inuenimus, quatenus fiant optimi Iuſtitiæ, & reipub. miniſtri, & vos maximum decus in omne æuum ſequatur. Quia noſtris temporibus talis legum inuenta eſt permutatio, qualem apud Homerum patrem omnis virtutis, Glaucus & Diomedes inter ſe faciunt diſſimilia permutantes, & ſubdit carmina Homeri ſumpta ex 7. Iliad. li. vbi narrat quo pacto in obſidione Troiana Diomedes cũ Glauco Hippolochi filio congreſſus, cępit ab illo quærere quis eſſet, quibusq́; maioribus ortus. Cui Glaucus ſe Bellerephontis nepotem, Hippolchique filiũ eſſe reſpondit. Cumq́; Diomedes vetus hoſpitiũ Oenei Bellerephontisq́; vtriuſq; auorum fuiſſe intelligeret, pugna abſtinuit, atque ita commutatis armis digreſſi ſunt, quaſi pignus amoris alter alterius reportãtes. Fuerunt aũt Glauci arma aurea centum bobus ęſtimata. Diomedis ærea nouem boum. Quod Accurſ. neſcio quib. furijs agitatus exponens ait: Diomedes cum rediret per mare a Troiana victoria, indigebat vino, & inuenit Glaucum iuxta mare abundantem vino & carentem equis, at ipſe multos habebat equos, quos in prelio habuerat, & ita dedit illi de equis inutilib. pro vino neceſſario & vtili ſibi, & Glaucus dedit vinũ ſuperfluũ, & accepit equos neceſſarios, ſic & nos fecimus permutationem de inutili modo legendi ad vtilem. Hucuſque Accurſius. Omitto corruptiſſimum & mille acyrolo-

rologijs deprauatim dicendi genus. *Vbi legit ille bo*nus vir hæc hiſtoriarum portenta, aut quis illum docuit in rebus,quarũ ignoratione tenebatur,diuinare? Aliud eſt enim, vt diuus Hieron. ſcr. eſſe vatem, aliud interpretẽ, illic ſpiritus neutra prædicit, hic eruditio, & verborũ copia,quæ intelligit,interpretatur. Quod ſi fuiſſet Accurſio mixtũ cũ pudore iudicium,aut omnino tacuiſſet ijs de reb. quas ignorabat,aut ea ſcriberet quæ de Glauco,& Diomede ab authorib.memoriç prodita ſunt, Homero pręſertim,quem Iuſtinianus citat teſtẽ. Quod ſi Accurſius Græcas literas ignorabat didiciſſet ſaltem latinas,in quib. lib.j. Ser. Horatij legeret,Aut ſi diſparib. bellum incidit,aut Diomede cũ Licio Glauco diſcedat pigrior vltro Munerib. miſſis, Atq; apud Mart. li.9. epig. Tam ſtupidus nunquã nec tu puto Glauce fuiſti, Chalcea donanti chryſea qui dederas, Aut qm̃ Iuris libros interpretabatur. illud ſaltem quod Ariſt.lib.5.ethic. cum de iuſtitia & iure diſſereret,ſcripſit. Volenti,inquit,non fit iniuria,ſed qui ſua donat,vt Homero de Glauco ſcr.dediſſe cum Diomedi arma aurea pro ferreis, centeni preti? pro noueni,huic iniuria non fit. Aut imitaretur ſaltẽ pudorem S.Thomæ, qui locũ illũ exponens, nihil tale ſomniat quale Accurſius, ſed tãtum ab ignorantia interpretis deceptus, dixit accepiſſe Diomedem centũ boues pro nouem, cum Hom. dicat arma æſtimata pretio centũ boum,pro armis nouem boũ,quod & Pli.li.33.affert. Quanquam Hom. inquit admiratus aurũ,æſtimationes rerum ita fecit,vt centum boum arma permutaſſe Glaucũ diceret, cum Diomedis armis 11. boum, & hoc eſt,quod Iuſtin. dicebat talem permutationem legum antiquarũ pro nouis eſſe factã, qualis fuit Glauci,& Diomedis,hoc eſt,centeni pretij pro noueni.

De Legalis Athenas miſſis ſomnium Accurſij.

POmponius libro primo ſub titulo, qui eſt de origine iuris. Placuit inquit, publica authoritate decem conſtitui viros, per quos peterentur leges a

Grecis ciuitatib. vt ciuitas fundaretur legibus quas in tabulis eburneis perſcriptas pro roſtris compoſuerũt. Audite nunc obſecro vos ægrotantis Accurſij ſomnia na: Antè, inquit, quàm hoc fieret, miſerunt Græci Romã quẽdam ſapientẽ, vt exploraret an digni eſſent Rom. legib. qui cum Romam veniſſet Rom. cogitãtes quid poterat fieri, quendam ſtultum ad diſputandum cum Græco poſuerunt, vt ſi perderet, tantum deriſio eſſet. Grecus nutu diſputare cepit, & eleuauit vnum digitum, vnũ Deum ſignificãs. Stultus credens quod vellet eum vno oculo decæcare, eleuauit duos, & cum eis eleuauit etiam pollicem, ſicut naturaliter euenit, quaſi cecare eum vellet de vtroque. Grecus autem credidit quod trinitatem oſtenderet. Item Grecus apertã manum oſtendit, vt oſtenderet omnia nuda, & aperta Deo. Stultus aũt timens maxillatam ſibi dare, pugnũ clauſum quaſi repercuſſurus leuauit, Græcus intellexit, quod Deus omnia clauderet palma, & ſic credens Romanos dignos legibus receſſit. O miſerrimam ſeculi noſtri conditionem, qui hæc audimus & patimur. Et quis vnquã talia deliramenta, niſi a mulierculis lanificio intentis audiuit? & non videt homo perditus non habita ratione temporum & perſonarũ ſibijpſis repugnãtia dicere? Quod ſi tanta erat illi hiſtoria mentiẽdi libido, at debuit ſaltem aliquid dicere, quod nos falleret. Nunc vero ea per crapulã ructat, quæ nec credent pueri, qui nondum ære lauantur. Nam ſi quod hoc in loco Pomponius ſcribit, conſtat eſſe factũ trecenteſimo altero anno ab vrbe cond. hoc eſt, ante natalem Chriſtianum annos circiter quadringentos 50. quo pacto Græcus, & Rom. de trinitate perſonarum, atq; vnitate ſubſtantiæ in diuinis diſputare poterant? hoc ne Ezras quidem feciſſet, doctiſs. illa tempeſtate interpres, nedũ homines in falſa deorum gentilium religione occupati. Aut ſi tam diligens in hiſtoria eſſe volebat, illud potius annotare debuit, Romanarum rerum ſcriptores, non quod Pomponius ſcribit crea-

tos

tos eſſe decem viros, per quos leges peterentur, ſed cũ prius deferendis legib. inter Rom. conueniret, de lato re tantum diſceptarent miſſos eſſe tres legatos Athenas, iuſtosq; inclytas Solonis leges deſcribere, & aliarum Græciæ ciuitatum inſtituta, moresq; pernoſcere. Poſtea vero quàm illi redierunt, creatos decem viros condendarum legum, & iuris dicendi cauſa. Quod vero Pomponius ſcribit tabulas fuiſſe eburneas, Dionyſius Halic. diligentiſſimus antiquitatum Ro. ſcriptor li. 9. æreas fuiſſe memoriæ prodidit. Quòdq; idem author ſcribit tabulas in foro poſitas, non eſt diuerſum ab eo, quod Pomponius tradit poſitas eſſe pro Roſtris, nam Roſtra templum erat in foro Romano, quod placuit exornari Roſtris nauium, quas ab Anciatibus acceperant, non vt Accurſius delirat pyratarum. Illud vero per quam ridiculum, quod in re manifeſta dubitans, pro roſtris exponit ante oculos, & ora hominũ. Ab Hiſpano, opinor, aliquo id didicerat, quoniam Hiſpane facies roſtro appellatur.

MVTIVS PRO FABIVS.

IDem Pomponius in eo. ti. de orig. iuris. Q. inquit, Mutius qui ad Cartaginenſes miſſus legatus, cum eſſent duæ teſſerę poſitę, vna pacis, & altera belli, arbitrio ſibi dato vtrum vellet referre Romam, vtranque ſuſtulit, & ait Carthaginenſes petere debere vtram mallent accipere. Atqui non Q. Mutius, ſed Q. Fabius fuit, quit cum Valerio Flacco miſſus eſt Carthaginẽ legatus, vt niſi Hannibal violator fœderis dederetur, bellum Carthaginenſibus indiceret. Hic Fabius, Pamphilus cognominatus eſt ad differentiam illius Fabij qui in eodem ſecundo bello Punico ſingularem operam Reip. nauauit, atque tum maximus, tum verricoſus, tum ouicula dictus eſt. Atque ea propemodum Fabium Pamphlium feciſſe coram Carthaginenſib. quæ

Pom-

Pomponius refert,authores ſunt Polybius, Liuius.Plutarchus Silius præterea lib. 2. Punicorum.

Non ultra patiens Fabius tetiſſe dolorem.
Concilium expoſcit propere, partibusq; uocatis.
Bellum ſe geſtare ſinu pacemq; proſatus.
Quid ſedeat legere,ambiguis neu fallere dictis:
Imperat, at ſauo neutrum renuente ſenatu
Ceu clauſas acies gremioq; effunderet, arma,
Accipite fauſtum Libya euentuq; priori:
Par inquit bellum, & laxos effudit amictus.

Tam inſigne mendum non debuit Accurſius diſſimulare,atque intactum relinquere,ubi non in parte, ſed in toto error committitur. Nam quid habent ſimile Mutius & Fabius? nempe hoc quod Thais & Hermione.

Columnarium,pro columniuarium.

POmponius Iuriſconſultus in lib.dig. titu. de au.& arg.leg. In argento,inquit, potorio utrum id duntaxat ſit quo, ubi poſſit, an etiam id quod ad præparationem bibendi comparatum eſt, ueluti columnarium, & urceoli. Quod uaſi genus columnarium ſit nullus unquam ſcripſit,ſed neque legit, præter unum Philippum Beroaldum,uirum alioqui ſingulari eruditione,qui ex huius legis deceptus lectione, putauit eſſet poculi genus,& Accurſium,qui angliſteriam interpretatur, ſic Itali vulgo appellant ampullam uitram longioris colli.Ego vero cum columnarium eſſe nihili uerbum pro comperto haberem, cœpi mecum recogitare quid columnarii loco ſubſtituerem. cum ſubito fuit mihi præſto Martialis poetæ diſtichon, cuius lemna eſt,Columniuarium. Cumque adhuc ſubdubitarem,an pro columnario columniuarium reponerem, legi ſequens diſtichon, cuius index eſt, Vrceoli miniſtratorii. Exilui præ nimia lætitia, atque cœpi mihi

mihi ipſi gratulari quod locum alijs incognitum atque intactum mea diligentia reſtitu. Quid vero colũniuarium fuerit, reliquum eſt vt oſtendamus. Fuit cõſuetudo apud maiores noſtros, non modo colare vina, vt eſſent molliora defęcatioraque, verum etiam aquam per niues tranſmittere, quod fieret guſtui ſuauior. Inſtrumenta vero ad per colandũ erant cola minutiſſimus viminib. contexta, aut ex ſacco lineo, ſiue cilicino, Virg. 2. Georg. Tu ſpiſſo vimine qualos Colaque prælorum fumoſis diripe tectis. De colatorio ſacco. Martialis in diſticho, cuius lemna eſt, ſaccus niuarius. Attenuare niues norunt & lintheo noſtra. Frigidior colo, non ſalit vnda tua. Plin. 14. Vtiliſſimũ omnibus ſacro viribus fractis. Idem decimonono? Inuetera ui uina ſacciſque caſtrari & uigeſimotertio lib. vt plus, inquit, capiamus ſacco frangimus vires. Atque iterum Martialis: Turbida ſollicito tranſmittere cecuba ſacco, & Horatius ſecundo Sermonum. Integrum perdunt lino vitiata ſaporem. Quod Porphyrion exponit ſacco percolata. Cum itaque Martialis duo diſticha continuata ſcripſerit, alterum de coloniuario, alterum de ſacco vinario, ſubdideritq; ſtatim vrceolos miniſtratores, quis non uidet apud Pomponium legendum eſſe colum niuarium, præſertim e ueſtigio ſequatur & vrceoli? Quid, quod ſenſus pulchre coit, atque ſatisfacit ei quod uenire potuit in dubitationẽ, an videlicet vaſarum potoriorum appellatione veniant vaſa quib. non bibimus, ſe præparantur ordinanturque ad id quod bibendum eſt, vt colum & ſaccus per quæ colantur vina niueſque, atque præterea vrceoli, quibus vinum & aqua diſcumbentib. miniſtratur. Non quod Accurſius, & Philippus putabant eſſe uaſa potoria. Eſſet nanque ſenſus legis ridiculus, ſi dixerit appellatione uaſorum potoriorũ uaſa potoria contineri.

TRACTATVS DE MODO ſtudendi in vtroq; iure per x. documenta.

Cum nominibus omnium ſcribentium in iure tam canoniſtarum, quam legiſtarum vſque ad hæc tempora.

Editus per famoſiſſimum V. I. D. Dom. Ioan. Bapt. de Cazalupis de S. Seuerino in alma vniuerſitate Senenſi legentem.

Poſtea vero Aduocatum Conſiſtorialem Rotæ, & Palatij Apoſtolici.

CVM expurgaueritis vetus fermentum, & iam ſitis noua conſperſio, (vt opinor) in azimis ſinceritatis, & veritatis in quo ſtatu vos conſeruet clementiſs. Deus, viſus eſt mihi ſitienti vtilitatem veſtram: tempus eſſe conuentus, quo ſtudioſis anxie diligentibus religionem iuris ciuilis, rectum callem oſtendam, quo greſſus eorum dirigam, & viam aperiam per quam ambulent, non in tenebris, ſed in luce, ad illam legalem ſapientiam capeſcendam, Dicam igitur quæ ſentio, pro vtilitate veſtra fideliter loquar, quaſi mihi ipſi conſilium dans.

Documentum primum principale.

Anima purganda, & cõſcientia.

QVicunque cupit iuri operam dare, ſit circunſpectus in infraſcriptis. In primis bene & diligenter præparet animam ſuam cõfitendo peccata ſua integre, & ſatisfaciẽdo pro commiſſis, vt ſit Spiritusſancti gratia omnem hñs virtutem & omnem ſcientiam inueniat receptaculum mundum, & tribuat plenàm perfectamque ſcientiam, nam quicquid alibi quæritur, hic perfectius inuenitur 38. di. c. legimus. §. ſed econ. in fi. Iſtud eſt potiſſimum, & primum conſilium quod dedit venientib. ad ſtudium venerab. doc. Gul. de Mon. Lau. in cle. 1. de magiſtris ſubdens, ꝙ ſcholaſtici qui ad quauis ſcientiam approbatam tranſeunt, & diu noctuque torquentur, in vanum laborant, niſi Dei gratiam habeãt ſecum coadiutricem, quia vt dr̃ Sap. 1. In maliuolã aĩam non introibit ſapientia. Idẽ conſilium dedit recolendæ memoriæ doct. D. Simon de Burſiano, Card. Mediol. in proœ. Cle. dicẽs, ꝙ ſcholaris nõ cõfidat in ingenij perſpicacia, & capacitate, ſtudij aſſiduitate, & memoriæ tenacitate, ſed in eo ſpẽ ponat, q ſcientiarũ dñs eſt, in quo ſtãt omnes theſauri ſapientiæ abſconditi. Nã ſcriptũ eſt, Qui confidũt in Dño intelligent veritatem ſuperbis autem Deus reſiſtit. Idem cõſiliũ ſuum opere laudauit in d. cle. 1. de mag. D. Franc de Zab. de Padua olim Card. Flo. Et inſignis doc. D. Gof. ga. in d. cle. 1. & Mar. de Fa. uo. in epiſ. quam fecit de modo ſtudendi, in v. requiſito. Caueat etiã omni conatu à ſingulis peccatis, quia delinquens in vno factus eſt omniũ reus, vt in d. ca. defleat ext. de re, iur. & per vnum peccatum loca gratię euacuãtur. 32. q. 1. cũ renũciatur, totũ. n. hoĩem nõ dimidiũ ſaluat Deus. verſ. Larga Dei pietas totũ nõ dimidiabit. aut nihil, aut totum te lacrimante da.

A Venere abſtinendo ſcholaribus.

Dicit ẽt Gul. quod ſpecialiter caueat idem ſtudẽs à venere. vitio conſueuerunt facile ſtudioſi inquinari, cũ per tale vitium ratio, & intellectus tãquam ſuperiores partes

men-

mentis cõfundatur,ſeu ſualitatẽ (quas eſt inferior ps) attrahente,& p̃dominante.37.di.c.turbat, in c.1.de ſa. vnct.xer.in pectore, Simile in caule, cuius ſpica p quã emittitur ſemen ſi permittatur luxuriari,cito creſcit, ſic eſt in ſcholari, ſi piſolum,i. ingeniũ permittat̃ de fluere virtus, ſupernæ rationis & intellectus impediũ tur & corporis parator infirmitas. Idẽ dicunt præfati doct.in d.cle.vbi ſubdit D.Car.Fl. ꝙ ipſe habuit auditores qui notoriè obiit ex hoc, & ego cognoui plures quo doc.vitio dedit male vitam finierunt,vno contextu perdiderunt oẽm virtutem, omnium honorem, & omniũ ſubſtantiam,& inter cætera vidi quendã ſcholarem diuitem & ingenioſũ, q fuerat rector cuiuſdã ſtudii captum mulieri amore(quæ eſt retia diaboli,vt inquit Hiero.) tandem pp illius meretricis amplexus vagabundum diſcurriſſe prouincias, & tandẽ carceratum pro mulieris contractu pro nutrienda illa diabolica fœmina.iſte idẽ præ rubore & verecũdia ne cognoſcerẽ eum,prono in terra vultu petiit a me eleemoſinã.ad hoc vide 27.d.c.legimus,ver. hinc & Hier.in epiſ.ad Damaſum. Caueat ab alea,quæ fames eſt, & incendium omnium malorum,vt plene dixi anno ſuperiori opuſculo contra luſores.velis omnino videre, quia ipſius lectura cum adiutorio Dei reformauit te, ſi reformatione indiges. Caueat a crapula,& ebrietate,nã non vicina ſint venter,& genitalia, ex uicinitate mẽbrorũ reſultat q̃dã confœderatio malorũ. l.vitio ẽm Hier.& Greg. in mora. dicit quod dominante gulæ vitio,omne quod homines forte egerint perdũt,& dum venter non reſtringitur, ſimul cũctæ virtutes obruuntur.Et hic eſt ꝙ pinguis ventris tenuem ſenſum non gignit. Ideo ſuadeo vt mutuas commeſſationes fugiatis,nam eſcarum uſus eſt inſatiabilis,& origo vitiorum,& eſt quod pituitoſum,& ſanitati inimicũ,& quod peius eſt,inutilis conſumptio temporis, quia nihil carius ſecundum Theopra. Audi Auguſ. in lib.2.

A ludo abſtinendum.

Crapula. obrietas.

Qualiter inuenibus uiuendis.

de ordine contra academicos.c.8. Adoleſcentulis ſtudioſis ſapientiæ ita utendũ eſt, vt à venereis reb. ab illecebris vẽtris & gutturis, ab immodeſto corporis cultu, & ornatu, ab inanib. negotijs ludorũ, à corpore sõni atque pigritiæ, ab emulatione, obtrectatione, inuidentia, ab honorum poteſtatumq; ambitionib. ab ipſius etiam laudis immodica cupiditate ſe abſtineat. Amorem aũt pecuniæ totius ſuæ ſpei certiſſimũ venenum eſſe credat. Nihil eſſe rudius facient, nihil audacter. Inimicitias uitẽt cautiſſime, ferant æquiſſime, finiat citiſſime. In oĩ uerbo cõtractu conuerſatione, ꝙ cũ hominib. ſatis eſt ſeruare hoc unum vulgare ꝓuerbium. Nemini faciant pari voluit adminiſtrare, niſi ꝑfecti. Perficiant uel intra ſenatoriã ætatem feſtinẽt, vel certè intra iuuentutem. Sed quiſquis ſero ad iſta ſe cõuertit, ſi arbitretur nihil ſibi eſſe pręceptũ. Nam iſta vtiq; facilius decocta ætate ſeruauit. In oĩ autem vita, loco, & tẽpore, àmicos aut habeãt aut habere inſtent. Obſequatur dignis etiam non hoc expectantibus. Superbos minus curent minimè ſint. Aptè congruenterq; viuãt, Deum colant, cogitent, querãt ſpe, fide charitate ſubnixi. Optent tranquilitatem atque certum curſum ſtudiis ſuis omniumque ſociorum, & ſibi quiſq; poſcat mentem bonam, pacatamq; vitam

Quid erandum. Hęc Aug. Optimum ac ſalutare eſt remedium ad prędicta conſequenda frequens oratio ad Deum, de qua oratione pleniſſimè loquitur, gl. in cle. dominum, de relig. & uene. ſanct. ſuper ver. orationem, & ſpecialiter hortatur, quòd qlibet ſtudioſus velit ſingulis diebus dicere officium Beatæ Marię glorioſæ virginis, quæ eſt inuentrix gratiæ, genitrix uitæ, & mater ſalutis, in qua qui ſpem ponit nũquã uacuus abit. Certũ licet omnis quicunq; adultæ ætatis tenetur credere articulos fidei, ut habetur in ſymbolo. Credo in Deum,

Quo credendum. & Athanaſij. Quicunq; vult ſaluus eſſe, qui. 38. di. c. j. & 2. & licet laico ſimplici, & forte omnib. ẽt literatis

ſuf-

ſufficiat articulos fidei credere implicitè, i. credere verum eſſe quicquid credit eccleſia cat. vt dicit Iono. in ca. 1. de ſumma Trinit. & ſequitur magiſter Ber. Compoſt. ibi, illum tamen, qui ingenioſus eſt hortatur, idē Compoſt. vt velit illos artic. fidei ſcire magis diſtincte, & quamuis hoc ex dono ſcientię, & ingenij ſibi a Deo dato, quaſi debito rationis & ingratitudinis vitam de cauſa ſcire debeat, putant tamen ibi, quòd d. laici etiā ingenioſi, & literati non peccant mortaliter ſi d. ar. fid. neſciant explicitè, vel non ſunt ſoliciti de his ſciendis, quia eorum profeſſio ad hoc non eſt, quæ verba nota diligenter.

Documentum ſecundum principale.

COnuenit adoleſcenti ſtudioſo, qui ſicut dictū eſt viuere inſtituerit, quærere doctorem ſibi & magiſtrum cuius authoritas aperiat ſibi ianuam ſciendi neceſſaria magna & occulta, quam ianuam quiſque ingreſſus ſine vlla dubitatione vitæ, optimè præcepta ſectatur, quæ cum docilis factus fuerit, tunc demū diſcet & quanta ratione prædicta ſint ea ipſa quæ ſecutus eſt ante rationem, & quid ſit ipſa ratio quam poſt authoritatis cunabula firmius & idoneus iam ſequitur atq; Comprehēdit. hæc Aug. vbi ſupra, Plin. ſecun. libro; ſecun. epiſto. epiſtola 18. inter cætera cuidam Mario qui enim conſuluerat de præceptore eligendo pro fratre, dicit hæc verba, Cum omnes qui profitentur audiero, quod de quoquam ſentiam ſcribam. Nec ignoro ſuſcipiendas offenſas in eligendo pręcep. ſed oportet me non modo offenſus, verum ēt ſimultates pro fratris tui liberis tàm æquo animo ſubire, quā parentes pro ſuis illuſt. doct. Mar. de Tano in d. epiſt. quam fecit de modo ſtudendi, dicit primò querendum eſſe de doct ſi qualia doceri oportet doceat. ſi libēter ad interrogata reſpondeat, ſi reſpondendo du-

bitationes de pectore quæretis euellat, ſi patitur rõnabiliter contradici, ſi cauſam rationabilem ſuis dictis adiu‑git.ſic vt̃ quod aſſerit,de fonte vel ſcripture vel æquitatis vbi iuſtitia deficit prouenire. Itẽ q̃rendum an ſit ſatis ſufficiẽs,an vim habeat impreſſiua,vt exemplis intelligibilibus inſtruat qđ oſtendit,nec ſit in ſua lectione põpoſus,ſed potius vtilis & fidelis, & plus veritati quam truffis & ornamẽto verborũ inhæres, dicebat recolendum memoriæ doct. & præce. meus D.Io. Petrucij de Peruſio,quòd aliqua, quæ adulta in ætate ab imperito, & inepto præceptore erronee ſibi tradita didicerat, vix ſexagenarius factus dediſcere potuerit, vnde ſuadebat in electione præceptoris eſſe propriæ vtilitati non alieno honori conſulendum, hinc Hieron.in epiſt.ad athletam de inſtit.paule modo, & ꝙ ſi diſcamus in teneris annis quæ dediſcenda forent,quia difficulter exradicatur, quod rudes animi didicerũt,& ſubdit. Grȩca narrat hiſtoria Alexandrum potentiſſimum regem orbisq. dominatorẽ & in moribus & inceſſu Leonidȩ pædagogi ſui non potuiſſe carere vitiis q̃bus adhuc paululus fuerat infectus. Hinc ſumat exẽplum quiſque,vt illum æmuletur, & cum illo conuerſetur cuius mores ſunt probati,a q̃s informabitur cohȩrentia. Tu intelligis quid dicere velim quorſum tendẽt hæc dicta mea.Qui hẽt aures audiẽdi audiat. Adde ꝙ Macedonum ſapientiſſimus rex Phil. Ale. filium Ariſt.in diſciplinã tradidit. extat atque illius ep. ad A. Gel.li.9.noc.act. his verbis ponit: Diis pol habeo gratiam non tam proinde ꝙ natus eſt mihi filius, quam pro eo quòd eum naſci cõtigit temporibus vitæ tuæ, ſpero ei fore,vt eruditus edoctusq; abs te dignus exiſtat & nobis.& rerum iſtarum ſucceſſione. Hȩc refert Leonard. Aret. in quadam epiſt. Item Plu. deli. edic. ſic ait. Maximum omnium longeq; primarium dictu rus accedo.Inquirendi ſunt præceptores filiis, quorũ vita nullis obnoxia criminibus irreprehenſi. mores &

Mores magiſtri

optimum

optimum ſit experimentum. Honeſtatis enim forum ſimul ac radicem eſſe quot legitimam conſequi diſciplinam, pauloq. infra ſubdit. Illud certe ſtulitiæ extremæ. Sunt quidā qui licet præceptoris ſcientiā cognouerint, idq. præſenſerint, illis in ſuos cōmendant pueros, nonnulli placitis ipſorum victi blanditijs, ſunt & qui rogantiū amicorū gratiæ tribuāt, qui in re ſimili quippiā faciūt, vt ſi quis ægroto laborans corpore doctum ac ſalutiferum omittens medicum, vt amici gratiam ineant imperitum hominem diligat, à quo fortaſſis in perniciem detur. de hoc ſatis apud Plut.

Documentum Tertium principale.

Conuenit adoleſcēti ſtudioſo poſtquam idoneum præceptorē elegerit, illum honorare, obſeruare, colere, amare vt genitorem, & conari habere beniuolum. Ipſum interroget, vt ab eo inſtruatur, nō autem vt calumnietur, & qui aliquā cauillationem, aut fallaciam intercipiant eum. hæc Mar. de fa. in d, epi. & car. Med. in d. proœ. cle. Non ſuperetat ille diſcipulus cui aliquanto contigerit aliquid ſcire doct. ignotum. nā in hoc latiſſimo prato iuris ciuilis bos herbam, canis leporem, ciconiaq. lacertam inuenire poteſt, vt in ſimili dicit Sen. in epi. 108. Præterea omnia intelligere, & omnium habere memoriam diuinitatis eſt potius quā humanitatis, vt l. 2. §. ſi quod autem. C. de ve. iu. enu. Capiat vnuſquiſque exemplum ab Aug. dicente. Ego epiſcopus tot annorū ab annicolo paratus ſum doceri, 24. q. 3. ſi habes. Conetur præceptoris opiniones defendere quantum poteſt, exēplo Caſſij Iuriſcō. videtur habere in l. qualem. verſic. Caſſius. ff. de arb. cum ſi. Quando ſi non poteſt ex errore manifeſto veritatem præponet, & honorabit eam: nam ambobus exiſtentibus amicis ſanctius eſt honorare veritatem, inquit Philoſophes 1. Ethic.

Honor præceptoribus impendendis.

Documentum Quartum principale.

COnuenit vt oẽm curã, ſtudium, & diligentiã adhibeat, Deũ, & facultatem cui indulget, corde gerens, vt inquit idẽ Mar. de fa. in d. c. epiſto. Circa quæ quicunque voluerit ad ſaturitatem videre, legat Pli. li. 1. epiſt. 3. 5. 6. 9. 14. 16. 39. 10. & 21. Item in lib. 2. epiſt. 1. & 3. ſed ſuper omnia legat, & memoriæ cõmendet epiſt. 5. dili. 3. ad Mariũ, quæ incipit, pergratũ, in qua deſcribit vitam & mores Pl. maioris auunculi ſui, quæ literis aureis eſſet ſcribẽda, nõ omiſſo apice, Incitaret enim animũ cuiuſcunque ad diligẽtiã, & moueret pectora etiam duriſſima & ſaxea, quinimò ex ipſius lectione plerique, qui ſe credunt diligentiſſimos, cognoſcerent manifeſte ſe eſſe negligentes. Imitetur exemplum Pomponij iuriſc. dicentis hæc verba. Nã & ego diſcendi cupiditate (quam ſolam viuẽdi rationẽ optimam in 8. & 70. annum ętatis duxi) memor ſum eius ſententię quã diſceſſerũt Iul. aium. Nam & ſi alterũ pedem in ſepulchro tenerem, adhuc tamen diſcere quidem vellem, vt habetur in l. apud Iulianum. de ff. fideic. lib. Subdit Mar. de Fa. in d. epiſt. Nec tantum ſtudeatis quod triſtitia, aut pectoris dolet vos affligat anxietatibus, recipite requiẽ, & animũ ad gaudia reuocate. Hoc fuerit ſuperfluũ monere tpibus noſtris. Nã libri ſcholariũ regulariter ſunt pleni puluere, quotidie circumeunt plateas, vt cum, ſiue. an nõ, imò luxurioſè induti, vidit, & ſi videant. Peſtis efficaciſſimæ ſtudioſis luxuriæ veſtigium, propter quam tẽpus otioſè perditur, & totæ conuerſæ ſunt in ſcabella. Scio, intelligis, quod velim monere per hæc verba. Hic Ioannes Andreas reprehendit ſcholares veſtibus doctoris vtentes, vt eſt gl. 1. c. ad apoſtolicæ. de priuileg. libr. 6. Hæc non ſunt intelligenda de nobili, & potentibus. Vade Car. med. in d. procem. d. clem. dicit pauperta-

Quid facere ſtudens debeat.

Semper ſtudendum.

tem

tem eſſe vnam ex clauibus, per quas intramus ianuã ſapientiæ: nam paupertas luxuriam compeſcit, & Senec.dicit, ſi vis addiſcere, ſis pauper aut ſimilis pauperi. Socratis. Thebani recipies exemplum. 1. quęſt. 2. gloria.verſi. ætatis. Hoc intellige cum temperamento, dummodo neceſſaria adſint, vt inquit, Philoſ. decimo Ethicorum.

Documentum Quintum principale.

NOn curet ſcholaris in vſu multos libros hr̃e, nã lectio multorũ authorũ omnis generis voluminũ, habet aliquid vagum, & inſtabile. Certis ingenijs immorari oportet, ſi velis aliquid trahere, quod aĩo fideliter ſedeat. Nuſquã eſt qui vbique eſt. In peregrinatione exiſtentibus hoc euenit, vt multa habeãt, hoſpitia, nullas amicitias. Idẽ accidit his, qui nullus ingenio ſe familiariter applicant, ſed omnia curſum, & properanter tranſmittunt. Nihil ęquè ſanitatẽ impedit, quã remediorũ crebra mutatio; Nec ꝓdeſt cibus ſumptus qui ſtatim eijcit. Nõ conualeſcit planta, q̃ ſępe transfertur, diſtrahit librorũ multitudo. Itaq; cum legere nõ poſſis quantũ habueris, ſatis eſt hr̃e quantũ legas. Sed modo hunc librũ euoluere, modo illũ, raro eſt fructuoſum, Faſtidientis ſtomachi eſt multa degu ſtare, quæ vbi varia ſunt, & diuerſa. inquinãt nõ alũt. Non refert q̃ multos, ſed quàm bonos libros habere. Lectio certa ꝓdeſt, varia delectat, & cætera hæc Se. in epiſt. 2. maiori parte, vnde Dominus Card. Florent. in dicta clem. 1. de magiſtris. dicit, quòd expedit ſcholari paucis libris vacare, vt poſſit commendare memoriæ, quæ fuerint opportuna, vt puta ſcholari q in iure ſtudent, conuenit memorię cõmẽdare textus, & gloſſa, ſine quib. fruſtra laborat ad ſubtilitates, quas non poſſet iure probare. Doctor autẽ indiget multis libris & ſi fieri poſſet omniũ, qui ſcripſerunt, vt ex multis, poſſit

An expediat habere multos libros.

poſſis elicere veriora. Tu ſi volueris plenius videre, an expediat habere multos libros, vide eundem Sen. in libro de benefic. c. 2. & in li. de vita & moribus, philo. in 3. par. & Hier in epiſt. 40. & Oldr. conſ. 85. Quòd ſi omnino volueris illos habere, & cum profectus fuerit illis vti, notum ſibi facio quòd primus qui cœpit gloſſare text. & leges, fuit Guarnerius, ſeu Irnerius dum ſtuduiſſet legibus, ex ſeipſo legit Bon. vnde tunc fuit maximi nominis, & meritò appellatur lucerna iuris, tanquam primus illuminator noſtræ ſcientiæ. ita dicit Odofre. in l. ius ciui le, ff. de iuſtit. & iur. Poſt enim ſecuti ſunt Bulg. Mar. & Placen. Ioan. Azo. Accurſius quorum gloſſę, qua authoritate factæ fuerint nõ memini legiſſe, ſed circumſcripta licentia principis, an impune licuerit gloſſa, vide gloſsã, in l. 2. §. hoc autẽ. Codice de veter. iue. enucl. Notabil. tamen circa prædic. aliqua demulcentia aures auditorum. Primo not. quòd 1. ſumma, quæ fuit in iure noſtro fuit cõpoſita à Rug. & dicit Odoffre. in rubr. ff. ad l. Iuliam re. Huius diſcipul. fuit Roff. Beneuen. vt colligitur ex dictis Io. An. in additio. Specu. in titulo de fruc. & intereſ. & in titulo de confe. Sciendum eſt etiam, ꝙ dominus Placent. pręclarus, & famoſus iuriſpe. apud montem peſſul. ſuper C. & Inſtitutione, ſum. laudabiles compoſuit, vt dicit Azo. in ſua ſumm. ſuper Codice, & incipit dicta ſumm. Placent. cum eſſet Mantuæ, & iſta ſumm. Placent. erat tunc melior aliqua alia, quæ publicata eſſet vſque ad illa tempora, vt dicit Odoffred. in l. 1. ff. de pact. poſt hæc Io. Baſia. Cremonenſis fecit vnam ſummã breuiſſimã ſuper Pano. de quo Odoffredus in l. prima, in principio, ff. de eden. dicit, quòd erant ventoſa, & quòd illam fecit, vt Placentinus reprehenderet, & quòd aliquid boni non eſt in illa ſumma. Idem Ioan. fecit quandam lectur. ſuper Codice. Iſte Ioan. fuit præceptor Azo. vt in ſumm. Azo. ſuper Cod. in titul. pro ſo. de quo in gloſſa, fit ſæpe mentio.

Doctor. multos libros habeant.

flo-

floruit anno Domini 1200. Iſte fuit iuris lucerna, & ſpeculum mundi, vt inquit Ange. de Peruſ. in repe. l. falſis, Codice de fur. Eodem tempore fuit Buleatus, vt habetur in l. bene à Zenone, C. de præſcr. Superuenit Azo. qui primo fecit minorem apparatum ſuper C. & ff. deinde fecit ſum. quàm habemus, dr. Azonis, & eſt, licet quidam dixerint olim illam ſumm. quæ attribuitur Azo. fuiſſe Io. Baſiani Cremon. ſed malè dixerunt, nam Io. tantũ fecit ſum. ſuper Pand. vt dixit, hoc dicit Odoffred. in l. legem, C. de pact. & illius ſum. Azonis Odoffred. fecit additio. quas in aliquibus ſum. incorporatas vidi, poſt hanc ſum. idẽ Azo. fecit magnos apparatus ſuper ff. vet. optimus fuit, vt dicit Odoffred. in l. Iulianus, ff. de condi. indeb. Hunc Azo. Bald. in lege contractus, C. de fid. inſtrum. & l. cum aliter de fideiuſſ. dixit fuiſſe fontem lōgũ, & vas electionis. Lotarius fuit contemporaneus Azo. vt per Bar. in l. ſancimus, C. de iu. Rofr. Beneuen. qui fecit vtiliſſimum opus libellorum in iure ciuili, & canonic. fuit diſcip. Roggeri. in initio, vt pŕędixi, poſtea diſcipu. Domini Azo. vt ipſemet ſæpius atteſtatur in d. opuſ. libel. ſuccurrit deinde tenebris iuris ciui. Accu. Florentinus qui gloſſauit, ff. C. Inſtit. libr. Authen. & tres li. C. tempore Gregorii IX Pontif. 185. & Federici II. 24. in ordine Impe. tempore, qui gloſſauit libr. authent. currebant anni Domini 1226. vt ipſe notauit in authen. vt præpo. nomen Imperat. § ſi quæ verò. ſuper ver. indictionis, & conſequenter à gloſſat. Accur. vſque ad præſentem annum cucurerunt ãno. 226. vel circa. Iſte Accur. fuit diſcipul. Azon. vt ipſemet notauit in l. fin. ſuper ver. poſſum, ff. de conditio. ob cau. Iacob. Balduini fuit præceptor Odoffred. floruit anno Domini 1170. de iſto ſæpè Odoffred. in lect. ſuis facit mentionem. Inno. 4. fuit Ianuenſis de domo de fiſco, & de comitibus Lauonię, fecit apparatum ſolenne ſuper decretal. fuit magnus legiſta. Floruit anno Domini M CC XL IIII.

Accur. fuit tempore Federici 4. Imper.

vt

vt per Io. Andr.in additio. Spec.in tit.ne ſede vacant. Dominus Ber. Compoſtellanus ſcripſit ſuper 1.decretal.vſque ad titulum de translatione prelat.fuit capellanus Innoc. præd. & edidit illud de mandato Innoc. Odoffred.fecit lecturas ſuper Codice, & ff. Floruit anno Domini 1260.colligitur ex dictis eius in lege imperium, ff.de iur.om. Viuebat ēt tempore Ioan. Andr.vt colligitur in additio. Specu.in tit. de locat. Hoſtien. ideſt Dominus Henric.Cardin. Hoſtienſis, qui fuit de Seguſta,ſecundum Ioan.Andr.in additioni. Specu.in tit. de reſcript.præſentactione, fuit præceptor Specul. vt dicit Ioan. Andr. in addition. Spec.in titulo de offic.iud. fecit ſummam mirabilem, & edidit lectur. ſuper decret. Specul.Guid. durandi fuit prouincialis,vt colligitur in pen. titu. de feud. Tempore quo condidit librum ſpeculi, currebat anno Domini 1271.patet in Spec. de inſtr. edit. §. 1. verſic.Item hodie Iacobus, de Beluiſ. legit ſæpius librum authent. & fecit optimam lecturam ſuper illo libro, & multas diſputationes,& Bartol.Brix.qui fecit additio. da gloſſas, Decreti, fecit etiam quæſtiones dominicales, & veneriales, Floruit tempore Gregori. IX. Garſias Hiſpanus floruit anno Domini 1283. Guido de Baiſio, archiepiſcopus Bononienſ. Floruit eodem tempore commentauit ſolemniter Decretum, & ſextum decretalium. Dyn. Mulgelanus claruit anno Domini 1297. tempore Bonifacij VIII. 201. Pontifex, & Adolfi. Imperator. ſcripſit ſubtiliſſimè ſuper, ff. & ſuper tit. Inſtitutio. de action. fecit etiam mirabile commentum ſuper titulo de re iud.in 6. huic diſputando determinanti aliquam quæſtionem adeſſe videbatur tota ſynodus legalis philoſophię, vt dicit Cyn. in l. vnica. C.de ſen. quæ pro eo quod intereſt. Reperiuntur etiā conſilia eius elegantiſſima. Iacobus de Rauen. prouinciæ Lotoringiæ, legum profeſſor in theologia magiſtra, ac Verdunenſis ciuitatis in dicta prouincia epi-

Iac. de Rauen. profeſſor in theolo.

ſcopus,

ſcopus,ſcripſit ſuper ff.& C.& multa ſimplr.tradita à maioribus, reduxit ad dialecti arguendi modum, vt per Cyn.in l.quicũque.C.de ſer.fu. quęſtione 6.Petr. de Bellaper.Burgund.doctor illuſtris ſcripſit ſuper ff. & C.& deſuper Inſtit. Edidit etiã infinitas diſputationes ut audiui nume.centum. Floruit anno Domini 1300.colligitur ex dictis Cyn.& Bar. in l.1. C. de ſenten.quæ pro eo quod int.& fuit contẽporaneus Dyn. Iacob.de Aretin.Parmenſis, cuius opiniones, vt plurimum ſunt de mente iuris, vt dicit Bartol. in ſua diſputat.quæ ĩcip.ſtatuto Lucanæ ciuitatis, ſcripſit breuiter,ſed vtiliter ſuper Codice,& ff.& fecit multas diſput.Mar. de Silimaſio fuit cõtemporaneus Dyni.iſte fuit præceptor Ioan.in l.vt refert Ioan.Andr.in addit. Spec.in titulo de arbi.Barto,de Neap.fuit contemporaneus Dyni ſecundum Ioan.And.in additio.Spec.in titulo de iur.calum.& in titulo de donat. Franciſ. Accur.fuit etiam contemporaneus Dyni.ſecundũ Doct. in lege vnica,C.de ſentent. quæ pro eo quod inter,& Cyn.in lege fin.C.de ſuſpec. & Bartol.in l.prima,§.ſuſpecti,ff.ad Tur.Alber. Odoffr. fuit contemporaneus Dyni.vidi conſi.ſubſcriptum ab utroque, de quo patebat publ.inſtru.in archiuo Sen.Ric.de Petro de Senis car.vnus ex cõpilatoribus 6. decr. fuit de ſequacibus Franciſ.Accur.ut refert Cyn.in l. tutori,C. de negot. geſtis. obijt Ianu. anno Domini 1314. ut uidi parere publico inſtrumento. Guil. de tyn. ultramontanus, qui legit longo tempore in ſtudio.Aurelian.fecit breuem apparatũ ſup C.& ff.& fuit doctor illuſtris. Ric. Ma.Cremon.qui legebat Paduæ tempore Roberti ſecundum Cyn.in l.ſi viua matre.C.de bon.mat.fuit valentis doctor Italiæ ſuo tempore, vt dicit Bald. in lege quicunque C.de epiſcopis, & cler. Iſte Ric. fuit condemnatus de hæreſi,ut in dicta lege quicunque.p Iacob.Bud.& Bald.multa ſcripſit, quorum copia rara. Floruit anno Domini 1300,dominus Lambertinus de *Ri. Ma. legebat Paduæ.*

Ram-

Ramponibus, doctor profundiſſimæ, & fundatiſſimę ſcientiæ ſcripſit ſuper ff. & C. ſuorum ſcriptorũ rara eſt copia hunc doctorem extollit vſque ad ſydera. Ioannes And. in c. ſi pater. de teſt. in ſexto. in nouel. & in additio. Spec. in tit. de teſt. dom Bar. de But. extollitur a Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de accuſ. in quarta par. Ioan. And. fons & tuba Iuris canonici fecit nouellas ſuper decretalibus, gloſſauit, & ſextum, & cle. fecit nouellam ſup ſexto, & mercuriales opus digniſſimũ, & vltimo loco fecit mirabile opus additio. Specul. anno Domini 1347. vt colligitur ex his, quæ ipſe ponit in additio. prædict. in titulo de ſede vacan. & in titulo de fil. presbite. Mortuus eſt anno Domini 1348. tempore magnæ peſtis, vt ſcribit Ioann. Cald. eius filius adop. in cap. veſtra. de cohab. cler. & mun De qualitate patris. Ioan. An & alijs ad notitiam ſui pertinentibus, vide in dicta addit. & in tit. de fil. pſb. & in tit. de ætate, & qualitate, & in tituto de ſucceſ. ab inteſt. hũc virum tibi propone patre ludi magiſtro tenuisque fortunę homine natum, q iſta moleſtiſſima vtriuſque iuris ſtudia, & pertulit & didicit pelle vrſina tectus citra lecti delicias, neq; poſtea vxoris factus ſolitã diligeatiã intermiſit, huic ad vrbẽ venient (vt refert Nico. Euerar. in locis ſuis legalibus loco ab. authoritate) dixit Pontifex. Bene venerit quo lux mũdi cognominatus eſt. Plura alia his ſimilia de iuris doctorib. referuntur in dicto loco ab authoritate Cy. de Sanctibal. de Piſtorio, Floruit anno Domini 1414. quo anno in die Sancti Bernabæ Apoſtoli finiuit lecturam ſuper Codice. quam inchoauerat anno prę cedenti iſta lectura perfecit ingenium Bartol. vt inquit. Baldus, in capitulo ſi vaſallus. in titu. ſi de feud. fuerit controuer. inter dominum, et vaſallum. Scripſit planè ſuper prima parte. ff. veteris, vſque ad titulum ſi ex. noxa. cau. addatur incluſiue, ſuper titulo de rebus credit. in ſecunda parte, ſuper reliquis paruam.

addi-

additionem ſcripſit, fuit iſte Cynus amicus Ioan.An. vt atteſtatur Ioan.An. in additio.titulo de locat. Fuit diſcipulos Dyni, quem præceptorem ſuum reuerendiſſimũ fuiſſe profitetur in mille locis. Oldr.de laude fuit contemporaneus Io.An & Cyn. & fuit diſcipulus Dyni, fuit aduocatus conſiſtorialis. Edidit ſuper iure ciuili plures lectiones quarũ rara copia reperitẽ, ſolẽne opus cõſiliorum fecit. Floruit an. Dñi 13 01. Vixit imperante Ludo. iiij. Vidi eius compendioſam & vtilem lectio.ſuper feudis, circũfertur hodie eius tracta tus de legitimatione cũ alijs, qui ſunt multum vtiles. *Oldrad.*
Nic.de Matatel.doct.Mutinenſis fuit contẽporaneus *fuit tem*
Io.And.vt colligitur in additio.ad Spec.in tit.de con- *pere Lu-*
feſſio. §.ſequitur. Edidit pulcras lectiones ſuper ff. & *doui. 4.*
C. illarum copia rara. Ioannes Calder. Bononienſis adoptiuus Io.An.doct. magnæ ſcientiæ, & vitæ ſãctæ, Floruit tempore Io.Andr.& poſt, commutauit decretales, & fecit pulchrum opus conſiliorum Gaſpar.de Cald. Floruit paulò poſt, Io.Fab.doct. vltramontanus, qui fuit Aquitanicus ſcripſit ſuper C. & Inſtitut. Fere per eadẽ tempora Iacob. de Bud.ſcripſit ſuper ff. vet. & ſuper C. fecit duas lectio. veterem & nouam. Item commentauit titulo inſtitut.de act. Edidit etiam infinitas diſputationes. Fuit vnus ex præceptoribus Bart. Floruit anno Domini 1320. Raine. de Forliuio alius præceptor Bar.qui commentauit etiam ius noſtrum, obijt anno Domini 1358. vt refert Nellus de Sancto Geminia.in par.vlt.bannitorum, quæſt. 12. Fede. Petrucius de Senis fuit cõtemporaneus Ioan. An. Cyn. Oldr.Nicol.de Mater. & aliorum de quibus paulò ſuprà. Floruit anno Domini 1315. Edidit notabile opus conſiliorum Recuperus de Sancto Miniate, & Ioan. Pagliarenſis de Senis fuere contemporanei Fede. & viri ſingulares. Lapus de Caſtellione contemporaneus prædictorũ, fecit inter cætera opus notabile allegat. ſuarum. Bar.de Saxof. Picenus ſpeculũ, pater & lucer-

Bart. pater et lucerna Iu. Ciu.

na iuris ciuilis natus anno Domini 1309. incœpit ſtudere in iure ciuili anno Domini 1323. idem publicè de iure reſpondit anno Domini 1330. obijt anno Domini 1340. ętatis ſuæ ann. 46. fuit diſcipulus Cyn. Iacob. Bud. & Rainerij, vt colligitur ex dictis eius in lege ſi is, qui pro emptore, ff. de vſuc. & in lege quidam cum filium, ff. de verb. oblig. ibi conijcere potes quib. parentibus natus ſit Barto. & in l. 1. C. de ſum. Trinit. & ex repe. dominus Nicol. Alex. eius generi. in l. & ſi filium. ff. de mune. & hono. Edidit mirabilia commenta in iure noſtro, quæ propter eorum celebritatē notoria ſunt Franc. Tiguride Piſis floruit tempore Bar. fuit doctiſſimus & ſanctæ vitæ. Franc. de Alberg. de Aretio ſolidus doc. vt plurimum imitatur Bar. floruit per eadē tempora Albe. de Roſ. Bergomenſis eximius commentator, floruit ann. Dom. 1350. fuit contemporaneus Bar. Bal. non vidit ipſius cōmentarios, q̄ cōtinent ſuper ff. & C. multa volumina, quorum copia frequens eſt in Lombardia, Albe. tñ vidit Bart. nā allegauit eum in ſuo tract. ſtatutorū, par. 11. q. 219. & pluribus ſequētibus. Signorellus de Homodeis de Mediolano, fuit contemporaneus Albe. vt colligitur ex dictis Albe. Martaganus de Aroguidis de Bononia, floruit tpe iuuētutis Bart. obijt ætatis ſuæ, in 25. fecit multas diſpoſitiones quas vide, & illarū copia rara, de illo mentionē facit Bal. in l. aſſiduis. C. qui po. pig. ha. Pe. & Aug. magiſtri Franc. de Vbal. de Peru. germani fratres, vtriuſq; iuris excellentiſſ. doc. diſcipuli Barto. Franc. Tigri, & do. Io. Papiliaren. in iure ciuili floruerunt longo tpe obijt. Bald. an. Domini. 1420. iij. Apri li. Papię iacet ſepultus in eccleſia fratrum minorum. hinc aiūt ſcioli quidā & iuris eius ſcientiæ ſtudioſos odio vatiniano proſequentes, inſcalatum fuiſſe, ꝙ neſcio qđ in archetypo piſano immutaſſet. Alcia. in paradox. negat eos libros archetypos inſipiēterq; agera qui ob eorum inſpectionem ſeria omittunt. Inter alia

Bal. iacet Papiæ ſepultus.

eadem

eademque innumera ingenij ſui monumenta ſcripſit Bald. diuinum conſil. de ſchiſmate in fauorem Pontificis Vrbani ſexti,& præiudicium Clementi xij. pſeudopontificis à Gallis creati ea ſpe, vt Rom. curia in Gallia perſiſteret,& Vrbani cauſam defendit etiam Ioan. Ligna. Contra ædis vedacti abbas, idem à coſi. Regis Franciæ monumenti literarum Vrbanum damnat. Angel. deceſſit Florentiæ eodem anno. Ambo iſti, videlicet Bald. & Angel. illuſtrauerunt ius ciuile, Pet. illuminat ius canonicum de Bald. & eius doctoratu mentionem facit Bart. in l. quidam ſuo. ff. de com. inſt. in fi. Ric. de Salice. floruit tempore Bald. Barth. de Salic. floruit eo tempore & ambo commentauerunt ius ciuile. Pet. de Anch. Bonon. fuit diſcipulus Bald. floruit tempore Salic. ſcripſit plenè ſuper decret. ſexto & clemen. Edidit pulcherrima commenta ſuper regul. iur. in ſexto,& clementinis,& pulchrum opus conſiliorum, ſcripſit etiam ſuper ff. veteri. & ff. nouo. hunc Pontanus in ſuis conſilijs extollit vſque ad ſydera. Anton. de Butr. de Bononia vir excellens, & ſanctæ vitæ commentauit decret. & clemen. & fuit contemporaneus Petr. de Anchar. d. capit. omni veneratione dignus. Ediderunt etiam opus conſiliorum & duo pulchra repertoria, vnum in iure canonico, & aliud in iure ciuili. Fratciſ. de Zabarel. de Padua Card. Florent. floruit anno Domini 1400. commentauit dec. & clement. ſolemniter. Chriſt. de Caſtel. de Mediola. floruit eodem tempore, multa tentauit contra communem doctrinam, quæ licet ingenita excitauerint, confuſionem tamen fecerunt ſcholaribus hebetis ingenij. Rapha. Fulgo. de Placentia. Raph. Cuman. (vel melius diceretur Commenſis) contemporanei,& ſubtiles doctor. in iure ciuili claruerũt Paduę. 1420. imitati ſunt mores domini Chriſt. eorum præceptoris. Petr. Mauroc. Cardin. Venetijs floruit anno Domini. M CCCCXXIIII.

Petrus Mauro Card. Venetus.

ſcripſit ſuper ſexto decr. ſolemniter. Ioan. de Imo. claruit eo. tempore commentauit primum, ſecundum, & tertium decret. item ſextum, & clem. præterea infor. & obijt ann. Domini 1436. 18. Febr. Paul. de Caſt. clarus & vtilis doct. ſcripſit ſuper ff. & C. Edidit etiam pulchrum opus conſiliorum, obijt Paulò poſt. Ioan. de Imo. cuius fuerat contemporaneus legit Florentiæ, Senis, & Paduæ. Dominic. de S. Gemini. floruit per eadem tempora commentauit egregiè ſextum decreta. Lud. Ponta. origine, ſed incolatu Roma. doctor memoriæ ſingularis, & quaſi ſtupendus, ſcripſit ſuper aliquibus partibus digeſtorum. & C. copioſiſſimè. Edidit conſil. ſolemnia, & repet. aliquas fecit, inter quos obtinet principatū repetitio auth. ſimiliter. C. ad l. Falc. & ibi omnia ſpecialia piæ cauſæ collegit, floruit anno Domini 1430. fuit diſcipulus dom. Ioan. Petruccij de quo infrà tanta fuit huius Pontani authoritas ob eximiam doctrinam in concil. Baſil. & Eugenium non damnauerit, damnatum rurſus patribus reconciliauerit Nic. quondam Moniacenſis Abbas, poſtea archiepiſcopus. Pan. origine de Cathania inſula Siciliæ iuxta montem Aethnam floruit eodem tempore cum Lud. Pontano ambo clariſſimi facti ſunt in almo ſtudio Sen. & in concil. Baſil. commentauit iſte domin. Abbas. mod. decret. ſolemnibus, claris, & ordinatis commentis, incœpit commentare decretum. Edidit multas diſputationes, repetitiones, & conſilia. Eius fama (vt opinor) quotidie creſcit. Pet. de Matheſil. Bonon. floruit eo tempore. Io. Alua. de Padua Floruit per eadem tempora, commentauit egregium librum feud. Ioan. de Ana. tandem Arch. Bon. Floruit Bon. longo tempore commentauit decret. Obijt anno Domini 1455. vel circa. Tho. doctius Senen. docto. vetus, & clarus iuris interpres Obijt anno Domini. 1355. Ioan. Petruccij de Peru. & Aug. de perig. de Peru. præceptores mei primus de mane, alius de ſero,

Ioan. de Imo. legit Florētię, Senis, et Padua

ſero, florebant ann. Dom. 1461. quo anno incępi ſtudere in iure ciuili obijt. d. An. an. 1460. A. d. verò Ioan. obijt. ann. 1412. quorum animæ requieſcant in pace, fuerunt illuſtres Doc. vt notum eſt. Multi alij fuerunt veri ſolennes in iure ciuili vt Andr. de Iſer. commentator feudorum & conſtitutionum Regni Alb. Galeotij Parmen. qui fecit Opuſculum quod dicitur margarita. And. de Piſis qui ſcripſit ſuper ff. Arg. Do. Reine. de Forli. Bened de Plomb. qui commẽtauit aliquos ti. in 1. parte. ff. noui incip. à tit. de manu. ff. fecit etiam ſolennes rep. & diſ. Bartolucius de Presbyt. de Bon. Bar. de Cap. Comites de Petru. Fran. de Ramp. de Bon. Fer. de Sca. de Bon. Flor. de S. Petr. de Bon. Gan. 1. Albert. de Gand. de Cremen. Guid. de Suza. Vgoli. de Fontana Parmenſis. Homobonus Cremo. Onofr. Bar. de Peruſ. Iac. de Archizo. de vero. commẽtator feu. Iac. de hyſolanis olim Cardinalis, Lanf. de Luca. Mart. de Carami. de Regno, glo. conſtitutionum regni. Marſil. de Mantigelis de Bonon. illuſtris doct. cuius multæ diſputationes inueniuntur. Matt. de Matthe. de Bon. cuius reperiuntur notabilia dicta quodam, & clara Opuſcula. Nicol. Cremonenſ. Nicol. Furioſi, qui gloſſauit librum feudorum Nic. de Neapol. maximus textualis. Nellus de Sancto Gem. qui edidit vis illuſtre opus bãnitorum. Hoſpertus de Cremonenſ. qui fuit primus Doct. qui incœpit legere Peruſij. Petr. de Cert. qui ſcripſit ſuper libr. feud. Petr. de Boacte. de Bonon. Pet. Boccamus. Tranc. de Corne. cuius reperitur Opuſculum, quod dicitur compendioſa. Vbert. de Bonacurſe. Vbert. Bobio, & alij plures. Item in iure cano. prenotatus Abbas antiquus, Bera. gloſ. Parmenſis. Bonogni. Areti. Bert. Hiſpanus qui ſcripſit ſuper clem. Baſianus Berengarius olim Cardinalis, qui inter cætera fecit pulchrum repertorium ſuper Speculo. Aegid. Bonon. Franciſc. Vercellenſis. Goff. Beneuentanus cuius reperitur vtilis ſumma, Gratia. Areti. Guid. de

Doct. in iure ciuili.

Baſianus Berẽgarius cardi.

Monte Laud.Vltramont. Guid.Naſo.Gandu.Gul.de Bonis conſilijs de Bon.Heuric.Boic.Io.gloſſator decr. Io.de Deo Hiſpanus. Laur.antiquus doc.Laur.de Pinu,qui ſcripſit ſuper clem. Laur.de Rodul.de Florentia,cuius reperitur egregium conuentum ſuper vſuris inter cætera. Matth. Rom.qui ſcripſit ſuper clem.Nepos de monte Albano.Pau.de Leaz.Pet.de Saxo.Petr. Manducator. Proſdocimus de Padua.Simon de Barſiano. Card. Mediol. qui ſcripſit ſuper clem. Steph. prouincialis,qui ſimiliter ſcripſit ſuper clem.Steph.Troches, & Pet.de Stagno, qui ſimiliter ſcripſerunt ſuper clem. legentes apud montem Peſſulanum. Canc.glo. Luc. de Penn. Doct. Gallicus. Tho. de Piperata. Raymund. de Penna. Torti. Vincentius antiquus Doct. Auguſio Vercellenſis. Venzelinus Vltram. Io.de Blamaſco Burgundus. Io.Fl.Io.de S.Geor.de Bono.Io.de Morio de Flo.Io.de Fantuſis de Bonon.Iaſon.de Mayno Doctor celeberrimus, & profectò admirabilis, eſt ſuus in primis docendi modus eruditio noua omnino atque incredibilis politiorum,inaudita, & lacteo fonte exuberans facundia ſcripſit ſuper ff & C.Edidit inſuper cōceſſa ſolemnia. Item fecit additiones ad Chriſtoforum Portiū in inſti.Phil.Dec.Doct.memoriæ ſingularis ſcripſit egregiæ in iure can. Iodocus Laueri vtriuſque cenſuræ,Doc.& valde ſubtilis almæ vniuer. Tho. edidit multas repetitiones ſuper l.ſtipulationes, nō diuiduntur.ff.de verb.obl.& ſuper lege, rē maioris pretij, de reſtitutio. vend. C. & alij infiniti quorum tpa,patrias,celebritatem,& opera tu ipſe proſequaris.

Philip. Dec. ſcripſis in iure can.

Duorum ſolidiſſima ingenia in quorum dictis rarius inuenitur error tibi propono,vt illos eligas tanꝗ principatum tenentes inter commētatores iuris,ſ.Io. And.in iure can.& Bar.in iure ciuili.Illi ſunt tibi colendi vltra.ceteros.Io.And.in iure cano.ceteris præferendum eſſe ordine, & emolumento exclamat Card. Flo.in proœ.cle. dicit,i.ꝙ ſapientiam canonicam adeò locu

Io. And. in iure canon. Bart. in iu. ciuil.

locupletauit ſuis commentis, vt à centum annis ſimul omnes commentatores reliqua non æqua commenta uerint, & merito datur ei principatus, vt eius cõmenta textui ſint appoſita ſexti, & clementinarum, Recolo etiam ꝙ ipſe idem Io.And.in addi.Spe.in tit.de fil. presby.dicit ſibi puero fuiſſe reuelatum à quodam religioſo viro ipſum illuminaturum ius canoni. Bart.&t in iure ciuili fuiſſe principem quis negabit? Huius dictis ſemper ferè ineſſe cauſam veritatis re ipſa patet, vt Pontanus exclamat. conſil. 418. Propterea in Hiſpania, & Luſitania decre.regio, & communi illarum partium eſt ſanctum conſtitutione publica (vt alias audiui à quibuſdam auditorib. illarum partium) quod in caſibus in quibus, reperitur cõtradictio Doct.opi.Bar. præualeat tanquam principalior, & ſm illam indicetur. Si Hiſpani tm̃ deferunt Bart. nos Italici quid faciemus? Intrepidi ſua ſcripta curemus habere ſcire, imitari, quia Bartoliſta optimus Iuriſta cẽſendus eſt.

Documentum Sextum principale.

CONgruit vtilitati ſcholaris, vt Doctorem, & pręceptorem ſine intermiſſione audiat. Vñ Laur.antiquus Doc.in d.cle.1.de magi.& Gul.de monte Lau.& d.Car.Flo.& d.Go. Porretanus exclamãt contra ſcholares capitoſos non intrantes ſcholas, qui quadam capitoſitate credunt plus addiſcere, quàm ſi à Doct.doceatur, quod dicunt in vanũ, ſenſus, auditus aptior ſit ad percipiendum, & memoriæ tradendum quod verbali voce traditur quam in ſcriptis, vel ſit nunquam viſus vel alius ſenſus.44.diſtinct. ſi recto. Zenzelinus etiam dicit ibidẽ, ꝙ requiritur inſtructio à voce magiſtra. Primò eſt tempus tacendi, poſtea loquẽdi. Eccl.3. & veritas prius addiſcitur à magiſtris poſtea docetur 30.diſt.§.eccle.verſi.hinc etiam Salo. vnde hic ad ruſticum monachum dicit: Non ingrediaris abſq; Docto-

Moram trahere in ſtudio Scholares habitu.

re viam quam nunquam ingreſſus ex. xvj.q.1.c.ſi clericatus. Nec ſufficit ſcholarem moram trahere in ſtudio, niſi ſtudeat.16.q.1.c.generaliter. & in c.cum ex literis, de int.reſt.notatur. Hinc dicit Hoſt.in c.fi.de magi.& Io.de Lig.in procæ.cle.ꝙ ſcholares habitu & non actu non ſunt appellandi ſcholares, quinimò fortius, dicit do.de S.Ge.in pro.ſexti,& d. Abb.in c.1.in fin. de iud. ꝙ tales ſcholares ſolo habitu poſſunt puniri tanquam mēdaces, bene facit gl.37.q.5.cauere. & ꝙ Doc. notant in l.qui ſub prætex.C.de Sacroſ.Eccl.vide circa hæc quæ dixi.& q̃ no.l.1. §.ſcriniarios. C.de teſ.mi.dn̄s Pa. de Ca. ēt exclamat contra ſcholares non intrantes continue.in l.frater. ff. de cond. Viua.n. vox multum imprimit, quia habet neſcio quid latentis energiæ, vt inquit Hie.in proę.Bibl.Pli.ēt in quadam ep.primum nepotem exhortatur, vt audiat vocē magiſtri. Ab iſtis excipiendi ſunt ſcholares prouecti, & proximi cingi, quia aliqn̄ ruminant in ſtudio camerario, quæ didicerūt aut per ſe ſtudent, quæ non leguntur in ſcholis.

Quiſquis ſibi proficiat prout ſibi nouerit eſſe conſultius. Caueat tamen ne decipiatur à pigritia vel alia cauſa.

Documentum Septimum principale.

SCholaris diligens, & intra inſtitutus ſeruet hūc modum, vt cum audit Doctorem non numeret regulas, nō faciat caſtra in mari, vt dicit gl.in l.1.C.de ſtu. lib.Vrbis Romæ, deinde, ſecundum Mart.de Fan.in d. epiſtola, hoc ſeruet, vt caſum ad totam & ad quam licet partem literæ concordet, & non credat ſe intelligere ſi aliquam particulam nō intelligat ad plenum, & videat ſi lex pertinet ad rubricam.deinde ipſius caſus, & quare ſic ſtatuta fuerit, conſideret rationem, & ſoluere contrarias cauſas ſolutionis diligenter attendens, de quo fonte procedant. Curet ſibi ex ſe inue-

Cuncta conſideret.

nire,ſimilia,ex generalib. non inhæreat multitudini, nã vel duas leges de gñralib.quæ melius id exprimant memoriæ commendando,& illas quaſi vnicas gẽmas teneat,& amplectatur.Tp̄s non perdat in litera commendando memoriæ, ſed intellectui, & vbi & quare ſub tali ſint poſitæ ctõemplando ſtudeat. Demum in corde ſuo concipiat ſi aliquẽ caſum audiuiſſet vel ſenſiſſet cui deciſio illi.l. poſſit applicari,& illũ caſum auditum quaſi præfiguratione illius legis hn̄t. Cęterum dũ vigilat in lecto,ruminet in corde dicens tot leges, & ſic incipiẽtes habuimus. ex quib. in effectu iſtud reportauimus aduertat ẽt dum legit legem,an ſuper illa poſſit formare aliquam qõnem, perquã poſſit legem ad incõueniens reuocare.Tandẽ quęrat veritatem, & æquitatis,& iuſtitiæ ſit ſp amator,hæc Mar.in epiſtol. præal.leg. Sed in præmiſſis aliqñ clarius loquar cum inoleuerit iſte mos dãdi in ſcriptis,& multiplicati ſint infiniti cõmentatores variè loquẽtes, quid fiendum ? Dicet intra ſe diligens auditor, ſi recollectis inſtitero, ego confundor,ſi non inſtandũ in illis,vt quid perdimus illud tp̄s ? malo domi ſtudere cum vno cõmentatore præcipuo,puta Barr.vel cum intra vero,nolo ſcribere reſpondeo . Super oĩa conſultius eſt intrare propter impreſſionem vocis magiſtri , vt ſic dixi in ſexto conſilio . Item ſi ſtas in ſcholis conſultius eſt ſcribere relictos §§. nullus enim liber eſt tã malus, quin aliq̃d boni . habeat, vt dicit Plin. libr. 3. Epiſtolarum . Epiſto.5.ipſa etiam ſcriptura facit te olfacere omne minimum verbum. Præterea multo magis (vt vulgo dr̄)viua vox afficit,non licet acriora ſint quę legis altius tñ in animo ſedent,quę pronunciatio vultus habitus,geſtus etiam dicẽtis afficit, vt dicit Pli.lib.ſecund.in epiſtol. 3. Cum autem domum redieris , & volueris ſtudere lectionẽ nimis textus,& lectites vt imprimas:magis enim firmum. & ſtabile eſt, quod repetita ꝓbauit lectio, vt dicit text. in conſt. cordi.C.de emen.iuſt.co-

Similia quarere.

Non ne oĩa memorię imponẽda.

Quæſtiones formandæ.

di. Caſum ſigurabis literæ, & intellectui Doctorũ congruentem, deinde iterum reſumatur text. & notando ſingula verba & partes, poſtquã adaptaueris ad rubr. & quæſieris rationem, dubitandi & decidendi colliges ſextualia, & notabilia, quę Doctores inde eliciũt, & coneris etiam tu ſcire euellere aliquod ex litera. Et hoc potiſſimũ, & primarum in nouitio. Et cũ hoc feceris, ſurgas cum intellectu, & calcules tecum, dicẽs, ex iſta l. in effectu habeo hoc nõ dignum. & illum commenda memoriæ, non de verbo ad verbum, ſed ſufficit in effectu, & hoc ſufficiet nouitio; nec vltra, ne ſi pergat ſentiat ſtomachum oneratum, quia fragilis hominũ memoria ſæpè aliud nouum quærit, aliud iam quæſitum amittit, vt dicere ſolebat Seneca. Quod ſi intellectus tuus, & memoria ſit capax vlterioris inquiſitionis capias gl. illas, & explica opponendo vel quærendo ſecundum modum quam dat Bart. in lege petens. C. de pac. & ibi dixi, & tandem calcula gl. ſi aliquid habeat not. dignum, & illud aſſigna memoriæ, & ſemper habeas ante oculos monitiones Senecæ, quas vidiſti ſupra in 5. cõſilio tibi dato, Circa recollectarum tuarũ vſum, do tibi hoc conſilium, vt recollectis qui non verſantur circa legem tuam & intell'm & notabilia, & neceſſariam declarationem legis & gloſſæ, licet extrauagantur cum florib. varijs ſingularium dictorum aliqñ recollectorum, & principaliter extra rem, non cohæreas dum es ſcholaris, quouis modo iſta ſint varia, q̃ licet delectent, inquinant. Et Doctor. qui iſta tradunt conſultius facerent ſi omitterent, vnde belliſſime exclamat Sal. in repet. l. quod te. ff. ſi certum petatur, & lege quod nerua. ff. depoſ. contra illos qui negligũt regulas ſcire, & implet caput ſuum caſib. ſingularibus, & peregrinis, quæ doctrina eſt fallax, & periculoſa.

Regulas ſcire expedit.

Quãdo vero Doctor tuus ordinaret tibi recollectas claras pro intellectu legis in primis illud videat oĩno nouitius, & ſuper textuali intellectu vigilia præmat.

omnia pertentet, reliquum quod Doctor ſubdit additiue, vel cumulando quæſtiones, & dicta reſeruet in aliud tempus poſtquam erit ſolidatus in regulis, & terminis iuris,& hoc modo recollectæ proſunt,& non obſunt, ſi clare traduntur, & non impertinenter, quando vero impertinenter abſint omnino à te tanquam venenum.

Quod ſi diceres, nonne melius eſſet ſtudere cũ Bartol.tantum? Confiteor quòd Bartol. omni tempore omni perſonæ vtilis, & neceſſarius eſt, ſed aliquando breuis, aliquando obſcurus, aliquando non legit legem,aliquando non habetur. Itaque impleas ſtomachum tuum bonis cibis, & nutritiuis, id eſt bonis legibus,& regulis,& bonis doctrin.communibus ſecundum capacitatem ingenij tui.

Laudo ꝙ tu qui es iam ſolidatus in reg. iur. & reali cognitione terminorum,& audiſti partes quæ ordinariè leguntur, videas totum corpus ius cum Bart. & toties facies,vt Bar.doctr.pro virib. aſſequi coneris,& tenere illum in ſtudijs æmulaberis,licet illius ingenij adipiſci arduitatem ẽt ſperare nimium eſt, quod dari niſi à Deo non põt, ſicut in ſimili de Cic. dicit Pli.li.4. Epiſtolarum, epiſ. 8. eius tamen Bart. veſtigia ſemper adorabis, vt de Virg. dicit Statius in fi.li. Thebaid.ibi. Nec tu diuinam æneidã tenta, ſed longe ſequere & veſtigia ſemper adora. Dixi ꝙ æmuleris Bart. nam ſtultiſſimum eſt ad imitandum non optima quæque prǫponere,vt inquit Plin.ti.1.epiſtolarum epiſt.5.& lib.7. epiſt.9. Cum Bar.bene videris,legas alios dignos auth. ex his quos ſuprà memoraui, & ſemper notes, & excerpas quæ digna inueneris, vt facere conſueuerunt omnes illuſtres viri,& tuæ memoriæ debilitatem artificio ſtyli,& pupillarum iuuabis. Ad id te inuitat epiſ. Pli.5.in li.3.quæ incipit per gratum Io.dico, quòd videas alios quia quando plures reſpicies, tanto magis proficies,quia non eſt vnus quamuis p̃ſtet imitandus *Excerpere.*

prae-

præcipuus,& ſolus,quia nunquam par ſit imitator au thori. hæc rei natura eſt, ſemper enim veritate ſimilitudo minor eſt, vt dicit Senec. in prologo declamationum ſuarum.Pręterea ſicut terræ varijs mutatiſq; ſeminibus,ita ingenia noſtra,nũc hac, nunc illac meditatione recoluntur,vt inquit Pli. lib. 12.Epiſt.Epi.9. quæ incipit quæris. Laudarem quod nouitius memoriæ commendaret titulum de verborum ſignificatione,& titulũ de regulis iuris,ff.& regulas,iuris de quib. in ſexto ſingulis diebus aliquas, nam, & animum recreant ipſarum varietate,& plurimũ conferunt Sunt enim principales claues. iuris quibus eſt in hæredum tanquam Bononienſ.carocio,vt dicit glo.in lege omnis diffinitio, ff.de regulis iuris, quinimò illas ignorare lata culpa eſt, Deinde prouectus cum ruſticatur, aut peregrinatur, poteſt ſecum conferre Dyn. de regulis iuris, quo non puto eſſe vtilius Opuſculum ſecun. magis viarium conſultat ſibiipſi, illum videat authorem ad cuius cognitionem ingenium ardẽtius excitatur,& per cuius æmulationem credat melius legitimos aſſequi theſauros. Tempore vacationum repetat quæ audierit, legerit, & commendauit memoriæ ea,quæ fuerint notatu digna. Fœlix ille cuius memoria fuerit bonæ fidei, quæ in promptu redijt ſibi credita, vt inquit Senec.in prologo declamationum ſuarum. Quod ſi memoria tua fuerit infidelis cuſtos committas excepta filio & pupillaribus, vt prædixi, & quicquid dixeris,audieris,& egeris,in die veſperi commemorabis, vt inquit Cic. in libr. de ſeneſt.& ad hoc ſtudium in ſeceſſu habendum videat epiſtolam Pli.9. lib.7.quæ incipit quæris, quæ eſt elegans ad hoc.

Vacationum tempora.

Documentum Octauum principale.

CONſulo nouitio donec nouus Iuſt. appellatur, ri. durãte primo anno, vt nunquam curet ad oſtentationem arguere, curet ſcire, potius quam apparere, diſcat non videri doctus, ſed eſſe quærat conſilium moralis viri Arb. cauſidici Brixienſis pars enim ſcientiæ eſt ſcire quod neſcias. De omnibus ſibi ignotis diligenter interroget, quorum poſſit eſſe capax. Nam ſi non purgauerit aliquid erroneum, quod ipſum faciebat mutare illud, inde continuo tranſiret in habitum, & faceret apoſtema, i. eſſet cauſa multorum errorum. Vnde Mart. *Nouus Iuſtian. Edictalis.*

Diſcendi modus eſt dum te neſcire videbis.
Diſce ſed aſſidue, diſce ſed vt ſapias.
Sumpta parum prodeſt, quæ mox emittitur eſca.
Bos quibus eſt paſtus ruminat hæc eadem.

Quinimò fortaſſe melius faceret ſi ſecũdo anno quo edictali vocatur, ab argumentatione oſtentandi cauſa abſtineat. Illę ſolent eſſe fructuoſæ contentiones, quę ſecreto fiunt inter collegiatos in collegijs ordinis literarij, vt in domo ſapientiæ ſenenſis, & ſimilibus, quo ſecreto genere diſputandi nihil ſincerius, aut ſimplicius, aut melius. Aul. Gel. libro primo, capitulo 9. quòd cum quis exploratus à Pythagora idoneus inuentus fuerat recipi in diſciplinam, ſtatim iubebat certum tempus tacere. ſi omnes idem, ſed alium aliud tempus pro æſtimato captu ſolertiæ, ſed non minus quiſque tacuit quàm biennium. Reperi etiam, ꝙ Hippo. cum diſcipulos ſuſcipiebat, antequam doceret, iuramentum ab eis extorquebat inter cætera vt ſilentium, ſermonem, inceſſam manſuetudinem habituũ, morumque ſeruarent. Tertiò anno quo Papiniani ſta. vocabitur audacter ĩcipiat diſputationis genus ad vtilitatem, & frequenter, nõ ad pompam. Diſputatio-

nis

nis enim multiplex & mira eſt vtilitas, vt luculentiſſime oñdit eloquentiſs. vir Leo. Aret. in Opuſculo quod ædidit de vtilitate diſputationis. Quarto an. quo græco vocabulo ab antiquitate vocabatur hircos in proœ. ff. §. ſed quia ſolitum, quod gl. ibi exponit. quaſi ſubtiliter vidés quod opinor dictum, quia hircus eſt oculorum angulus, ſm Seruium grãmaticum hinc apud Virg. Tranſuerſa tuẽtib. hircis. i. oculus in hircos, hoc eſt in angulos retortis, vnde ſcholaris, qui ſtuduit tribus annis & ĩchoauit ſtudere quarto, fortaſſe ideo huius dr̃, q̃a ſit conueniens. vt oculos habeat fixos, & ſpeculationi diu intentos, & eundem in locum directos, hoc. n. facere ſolent cogitabundi, vt ſupra in domo recolẽdæ memoriæ Do. Ang. do. pig. gl. de Peruſ. de quo ſupra, vel ideo hircus, q̃a ſanguis hirci frangit adamãtem lapidem duriſſimũ, ſic ſcholaris, qui iam tres annos ſtuduit, omnem duram, & ꝑ difficilem materiam iam tractare poteſt. Eſt enim tempus ſpeculandi, & penſitandi. Sic igitur in cõtinuatione, & colluctatione legali, vt cum opus fuerit in corona, deniq; hominum acri magnoque iudicio ab origine cauſiſq; primis repetat, diſcernat, expẽdat, ponderet, colligat, concludat, & omnem hæſitationem, dubitationemq́ue redundantem reſoluat, & in audientium animis aculeũ relinquat, quo fiat, vt in diſputando per vſum, qui eſt magiſter egregius fiat incomprehenſibilis, & lubricus & ianuam famę patefaciat per illas actiones, Radices diſciplinæ ſunt amaræ, fructus dulces, ſecũdum Philoſophum. Patienter igitur ferat omnem laborem, quia labor improbus, omnia vincit. Quintò anno coloritæ vocantur, vt in dicto proœm. digeſtorum de his nominibus habetur. Iam enim ſciuit colorare verba cognitis legitimis arcanis eis reſeratis ſciũt vti legum inductionibus congruenter, quod eſt potiſſimum, vt l. non ſolum. §. qui pilum. ff. de excu. tuto. ibi recte adaptans omnib. ſimilib. & iſte inducẽdi modus imita-

Quando diſputandum.

imitatione amarũ potiſſimè habetur, & diſputationis vſu coaleſcit. Audi Leonardum in præal. Opuſculo de vtilitate diſputationis, dum dicit. Nam quid eſt, per Deos immortales, quod ad res ſubtiles cognoſcendas, atq; diſcutiendas plus valere poſſit, quam diſputatio? vbi rem in medio poſitam velut oculi plures vndique ſpeculentur, vt in ea nihil ſit quod ſubterfugere, nihil quod latere, nihil ꝙ valeat omnium fruſtrari intuitũ? Quia eſt quod animum feſſum atq; labefactactum ex nimia longitudine, otij aſſiduitate lectionis plerumq; faſtidiente magis reperiet, atque redintegret quam ſermones in corona cętuq. agitari? Vel gloria ſi alios ſuperaueris, vel pudore ſi ſuperatus fueris, ad legendum atque perdiſcendum vehementer incenderis. Quid eſt quod ingenium magis acuat, quod illud callidius verſutiuſq; reddat, quàm diſputatio? cum ibi neceſſe ſit vt momento temporis ad rem ſe applicet, vique verborum ſe reflectat, colligat, concludat, vt faciliter intelligi poſſit hac exercitatione exercitatum, ad cætera diſcernenda fieri velociorem. paulò infra ſubdit. Itaque ego qui veſtræ vtilitatis ſum auidus. quique vos quam maximè florentes in ſtudijs veſtris viderecupiam, non iniuria vobis iraſcor, ſi quidem hunc diſputandi vſum ex quo tot emanant vtilitates negligentis. Etenim abſurdum eſt intra parietes atque in ſolitudine ſecum loqui, multaq; agitaret, ſi in oculis hominũ atque in cætu veluti nihil ſapias obmuteſcit. Et quæ vnam aliquam vtilitatem in ſe habeant ea magno labore proſequi, diſputationem verò ex qua per multæ vtilitates proficiſcuntur ſumma cum iucunditate, nolle attingere. Nam velutis agricola improbandus eſt, q cum liceret ei fundũ vniuerſum excollere, ſaltus quoſdam ſteriles arat, partem vero quampiam eius fundi pinguiſſimam atq; vberrimam relinquit incultam, ſic reprehēdendus eſt, is, qui cum omnia ſtudiorũ numera adimplere poſſit, cętera q̄uis leuiora accurratiſſimè

Diſputationis vtilita.

obit,

obit, diſputandi verò exercitationem aſpernatur, & negligit, ex qua tot fructus colliguntur vberrimi, vt per eum ibi latius. Et hoc eſt quod dicere voluit Iuriſconſ. in l.numerum.§. mixta. ff.de mu. & ho. ibi Herennius Modeſtinus ex notando & diſputando bene, & optuma ratione decreuit.

Documentum Nonum principale.

Diſputare de quolibet.

TIbi conſulo, vt ſi diſputaturus in corona fueris, nũquam temerariè illud onus ſuſcipias reſpondendi de ſingulis, de quibus fueris interrogatus. Licet enim Valerius lib.8.c.antep. commẽdet Gorgiam Leontinum ſtudijs literarum ætatis ſuæ cunctos præſtantem, eo ꝙ primus in conuentu auſus ſit poſcere qua de re quiſque audire vellet, & ideo ei (vt idem dicit) vniuerſa græcia in templo delphici Apollinis ſolido ex auro ſtatuã poſuit cum cæterorum ad id tempus auratas collocaſſet. beatus tamen Hiero.in Opuſculo contra Ioannem Epiſcopum Hieroſolymitanũ. Orig. ſcilicet aſſertorem ſic,inquit,Gorgiam Leontinum cuncti Philoſophi & oratores laterent,quod auſus ſit publicè ſella poſita polliceri reſpõſurum ſe de qua quiſq; re interrogare voluiſſet. Sed de nouiſſimis agamus. Tempore quo illuſtris D.Bald.de Peruſ.legebat Papiæ,quidam D.Philip. de Regio,qui fuerat doctor omnium ferè illorum Doct. Pariſiẽſium, & apud eos erat maximę authoritatis cũ multis annis poſtea legiſſet Paduæ rediens Papiam in principio ſui aduentus publice pollicitus eſt,ſe velle reſpondere de quolibet in materia vltimarũ voluntatum. D. Bal. ibi præſens interrogauit eum dicens.vbi habemus nos ſubſtitutio vulgaris facta in legato nõ cõpræhendat niſi caſum ſi voluerit, & facta in hæredit.cõprehendit caſum ſi noluerit vel non potuerit vti.l cum proponas.C.de hæred. inſtit. Breuiter ille Dom. Philippus obmutuit.

&

& Bal. tunc aperuit librum, & legit tex. l. pater Seuerinam. ff. de cond. & dem. vbi erat caſus ſecũdum vnã lect. vnde illi cathedranti reſultauit magna confuſio, Hoc refert D. Pau. de Caſt. in d. l pater Seuerinam, dicens, Caueat a talibus actibus præſumptuoſis, quia ſolus Deus nouit omnia.

Documentum decimum principale.

Conſulo ſcholari, quod in diſputando ſolis textuum allegationibus inhæreat, non vt quidam inexperti faciunt, aut qui arguendo gloſ. allegant, & Doctor. abſque iurium allegatione, illo enim nihil apud Doctor. ineptius, contra iſtos exclamat gloſ. in l. ſed licet. ff. de offic. præſid. ſi volueris aptè arguere in forma legiſtis congruenter, vtaris argumentandi modis. quos edidit ſubtilis doctor Iac. de Butr. vel illis, quo edidit Alber. de Roſ. illis quos Bald. inſeruit in l. conuenticuloſam. C. de epiſc. & cler. Si vero fueris reſponſalis, tunc vt facile declines omnia argumenta tibi facta, videas Odofr. in procem. dig. in prin. & ibi Bald. mira quadam dexteritate inſtruit omnem argumentandi vim altero de tribus modis poſſe repelli, & declinari, ſ. per aliter, & aliter, per aliud & aliud, & per ſecundum quid nõ ſimpliciter, quod qualiter intelligatur, & practicè ad aptandum ſit belliſſime, explicat ibi Bald. quem omnino videas. Hæc ſi ſeruaueris, optimus quoque iudiciorum tam athleta, q̃ gubernator euades in omni æuo locoq; felix, vt dicit tex. in d. proę. digeſt. §. diſcipuli faciliuſque continget, ſi patriam propriã fueris egreſſus gratiam ſtudiorũ, nam in propria patria multa diuertunt, vt dicit Do. Simon de Buliano Card. Mediol. in procem. clemen. & ſi egredi decreueris eligas locum, vbi ſint celebres doctores, & vbi ſit numeroſa multitudo ſcholarium, pro vt erat Bononiæ tempore Domi. Azo. quo tempore ibi

Argumẽtandi modus.

Studie extra patriam.

ibi erant decem millia ſcholarium, vt refert O.Iof.in auth.habi.C.ne fil.pro pa.refert ꝙ ſemel propter multitudinem magnam orta contentione inter ſcholares Lombardos & Thuſcos, ciuitas illa fuit in magno periculo, nemo enim poterat coercere illos, & vt facilius coerceri poſſent in futurum de cõcordia, tunc renunciarunt priuilegio iuri, de quib. eſt d. authen. & in criminalibus ſe ſubmiſerunt iuriſd. poteſtatis. Facio igitur finem. Quo prædicta parua ſint & talia, quæ aurib. & ingeijs veſtris cultiſſimis tanquam puerilia (nõ dubito) & diminuta videbuntur, aut fortaſſe nõ carentia rubore, & cum & ego ipſe alterius conſilio in prædictis & alijs indubitanter indigeam, ſed tñ ſincere locutus ſum quaſi mecum loquens vos diligentiã veſtrã omnem ſinceritatem, ineptitudinem emendabitis, & melius reformabitis, potiſſimè cum omnia prædicata abſque diligenti præmeditatione ediderim.

Compilatio Iuris Ciuilis.

Diſcipuli præceptores.

VErum quia ſupra in 3. conſil. dato dictũ fuit, ꝙ diſcipuli debent amare Præceptores, vt hr̃ ẽt apud Quint. lib. 2. inſtitutionis oratoriæ, vbi dicit. Diſcipulos moneo, vt Præceptores ſuos non minus, q̃ ipſa ſtudia ament. eosq́; parentes exiſtiment nõ quidem corporũ, ſed mentium plurimũ hęc pietas diſcipulis proderit, nã ita & libẽter audiẽt & dictis credent, & ſimiles fieri cõcupiſcẽt. ſicut læti & alacres cõuentn aliorũ emendati, nõ iraſcantur laudati gaudenti. nã vt illorũ offm̃ eſt docere. ſic horũ prębere ſe dociles. Doctrina.n. coalleſcere nequit niſi ſociata tradẽtis atq; accipientis concordia. Cũ ſim vtilitatis veſtræ auidus, & optem, ꝙ per vos facta ſint bona fundamẽta & ab origine cauſiſq́; primis intelligatis, vt dicitur in l. 1. ff. de iuſt. & iu. viſum eſt in ſignum mei in vos

animi

animi aliqua præmittere acuentiæ ingenium, quæ nõ reperieris alibi tradita, & paucis sũt nota, & quę ignorare eſt lata culpa, ſcire plurimũ affert decoris, ne illotis manib. tẽplum ſacratiſſimum iuſtitię opus, C. & ff. ingrediamini, vt in l. 1. ff. de orig. iur. iuncta l. 1. §. has itaque. C. de vet. iur. enuc. Videamus ergo quæ ſit cauſa efficiẽs, materialis & finalis libri. C. & ff. in hac ſcĩa legali. Quidam (vt Azo) dixere, quod cauſa efficiens libri C. fuit Iuſt. Imperator. Alij dixerunt ꝙ fuit ipſe Deus cuius miniſter fuit Iuſt. & hoc not. in auth. debere, & fa. in rub. hoc probari videtur ex eo, quia lex eſt inuentio & donum Dei. l. 2. ff. de legibus. Item leges fuere per ora principium diuinitus promulgatę, vt l. 2 C. de vet. iur. enuc. & l. fi. C. de præſcr. long. tem. & hoc tenebat antiquius Doct. Iac. de Ranignei Lotoringus gloſſator veſter Accu. breuiter ſe expediuit, dicens vna cum Azone, quòd cauſa efficiens fuit Imperator Iuſt. vt no. in rub. ff. de iureiur. Tertij quidam nitũtur conciliare, dicentes, ꝙ cauſa efficiens poteſt conſiderari tripliciter, ſcilicet prĩa, remota, & magis remota. Cauſa efficiens proxima primi voluminis. C. Iuſt. fuerunt illi x. illuſtres compilatores, qui numerãtur in prima, & ſecunda conſtitut. Cod. ſcilicet Ioannes, Leontius, Phocas Baſilides, Thomas, Tribunianus, Conſtantinus, Theopgilus, Dioſcorus & Præſentinus. Iſti commiſſione domini Iuſt. compilauerunt primum C. Iuſt. commiſſio eis data patet in prima conſtitutione Co. Confirmatio verò Codic. ab illis compilati patet in ſecunda conſtit. illius voluminis. Cauſa verò efficiens proxima Codi. emendati. i. Codicis repetitæ prælectionis, quem hodie habemus, fuerunt quinque illuſtres viri ab eodem Iuſtiniano electi, ſ. Tribunianus, Dorotheus, Mema, Cõſtantinus, & Ioannes, vt patet in conſtitutione, quæ incipit cordi. C. de emend. Iuſt. C. Cauſa efficiens remota fuit Iuſ. Imperator, cuius auctoritate cõpilatio facta fuit, & qui poſt cõpilationem con

Triplex cauſa efficiens.

firmauit, vt patet in d. prima conſtit. & ſecunda, & tertia, & in lege ſecunda conſt. omnia enim. C. de vet. iu. enuc. Iſte Iuſtinianus Imperator fuit 14. in Oriente. Cucurrerunt ab vrbe condita vſque ad tempora ſui imperij, ſecundum computationem, quam puto veriorem mille, & quadringenti penè anni, vt exprimitur in l. 1. §. cunque hæc materia. & 2. in princ. verſic. erat enim mirabile. C. de vet. iur. enu. Ab vrbe verò condita vſque ad aduentum Chriſti cucurrerunt anni ſeptingeni quinquaginta, vt patet in chronicis quas veriores puto. Ab aduentu verò Chriſti vſque ad tempora Imperij Iuſt. prædicti cucurrerunt ann. ſexcenti quadraginta ſeptem vel circa, aſſumpſit Imperium præfatus Iuſt. die Aprilis, an. Domini noſtri Ieſu Chriſti. 607. indictio. 5. vt probať in auth. vt præpo. nomen Imper. §. ſi qua verò, & ibi no. iuncta data qua in 2. & 3. conſt. C. & leg. 2. de vet iur. en. ſi rectè inſpiciatur. Imperauit autem annos 39. fuit iſte Iuſtin. poſitus in catalogo Sanctorum, vt refert Bartol. in rub. C. & in proœ. ff. ver. ſuper prima rub. Cæterum inſignis Doct. dominus Io. Faber Aquitanicus, ſuper rub. proę. Inſti. dicit ſe vidiſſe nomen. Iuſti. ſcriptum in catalogo Sanctorum calendis Augu. Gennadinus etiam, qui proſecutus fuit libellum Hier. de viris illuſtribus eccleſiaſticis ponit Iuſtin. inter illos. Quod ad ſacras leges attinet; notandum quòd Iuſtin. Imperator in primordio ſui Imperij commiſit præfatis 10. Illuſtribus viris, vt viſis antiquis Codicibus Gregoriano, Hermogeniano, & Theodoſiano, multis conſtitutionibus extrauagantibus à Theodoſio, Imperatore, & ſucceſſoribus factis nouum Cod. Iuſtinian. ederent: & hoc patet in prima conſt. C. ſub rubr. de nouo. co. faciẽdo & colligitur ex conſtitutione 3. quæ incipit cordi, ibi, primordio noſtro. Supradicti 10. illuſtres compilatores Co. Iuſt. ediderunt illum anno 3. Imperij domini Iuſt. tempore conſulatus Decij, an. Do. N. Ieſu Chriſti 649.

Decem compilatores Codicis.

indictio. ſeptima. Et eo an. 5. idus April. ideſt, 9. die April. Dominus Iuſti. illum Codicem confirmauit, vt probatur in tit. C. de Iuſt. Cod. confir. in fi. conſtitutionis ibi poſito, iunctis his quæ præmiſſa ſunt. Poſt hæc Iuſtin. Imperator vertens animum ad enucleanda infinita, & immenſa prudentiæ veteris volumina, commiſit ſex illuſtribus viris, videlicet Tribuaiano. Conſtantino, Theophilo, Dorotheo Anatolio, & Cratino, vt vna cum alijs 11. doctiſſimis viris excellentiſſimis cauſarum patronis apud partes Orientales, videlicet Stephano, Menna, Prodocio, Entalino, Thimotheo, Leonide, Leontio, Platone, Iacobo, Conſtantino, & Ioanne legerent immenſa prudentiæ veteris volumina, & ſub compendio redigerent in vnum Codicem diſtinguendum in quinquaginta libros, communem Romanam ſanctionem continentes, quæ ab vrbe cond. & ab Romuleis deſcendit temporib. iam con fuſam per tanti temporis lapſum, & tot ventorum diſperſa volumina, vno Cod. indita oſtenderent, fuitq; his data a Iuſt. ampliſſima authoritas corrigendi ac diminuēdi, vt probatur in l. j. C. de iu. au. Tandem iſte Tribunianus magiſter huius operis legitimi, vna cum alijs ſexdecim prænominatis compilarunt, enuclearunt ex immenſis patrum voluminib. pandectas, & digeſta, videlicet quinquaginta libros digeſt. quos habemus, quod opus velut ſacratiſſimum templum Dom. Iuſt. approbauit & confirmauit ann. 8. ſui Imperij, & 3. conſulatus ſui, anno Domini 654. indict. 12. 3. cal. Ian. j. penul. die Decembris, vt ipſe Iuſt. atteſtatur in l. pen. C. de vet. iur. enuc. col. vlt. §. leges autem. Hic notandum ꝙ ideo ſemper Tribunianus præfuit, vt magiſter legitimo operi prædicto, tum qui vltra legum peritiam, experiētia rerum decoratus erat, tum quia antiquæ ſapientię librorum copiā ipſe maxime prębuit, in quib. multis fuerunt etiam ipſius eruditiſſimis hominibus incogniti, vt dicit text. in d. §. 3. præſenti aūt.

Quo tempore, C. compilatus eſt.

Eſtq; hic ſingulariter aduertendum ad vnum, ꝙ dicta antiquitas commentatorum iuris noſtri ignorauit, ꝙ continebant dicta veterum immenſa volumina penè tricies centena millia verſuum, & duo millia librorũ, vt d.l.2.& in proœ.inſt.& ff.veteris. Digeſta noua quæ hodie habemus iuris enucleati, continent penè, 150. millia verſuũ, & 50.libros, vt d.l.2.& in alijs locis præall. Vellent ſcire quidam hoc dictum. Accur.gloſſator, qui omne verbum digeſt. gloſſauit, illud exponit verſuum, i.legum, ſeu paragraphorũ, aut reſpõſorũ, quaſi ſenſerit, quod hodie dig.quæ habemus cõtineãt 150. millia legum, vel paragraphorum, vel reſponſorũ. Aduerte, quia Acc.noſter, qui affirmauit ſe ſuccurriſſe tenebris ciuil.vt dicit in l.facta. §.ſi in dãda. ff.ad Treb. in hoc paſſu adduxit tenebras, hoc tibi demonſtrabo ad oculũ, volui aliàs numerare oẽs leges dig.quę habemus, videlicet; ff.veteri, infortiati, & ff.noui Cõperiq. in ff.veteri ſunt duo millia noningẽtæ decem, & octo. In infortiato ſunt duo milia 234. In ff.nouo 2983. Et in ſumma leges digeſt.videlicet omnium quinquaginta librum ſunt octo 1135. Vnde patet manifeſtiſſimè quòd Accurſ. noſter in hoc dormitauit, puto non aduertens, & incautè gloſſam ſuper hoc faciens. Cogitabam alias quòd exponi debuiſſet verſum, i.linearum, feci periculum, & numerum literarum, ff.veteris, infortiati, & ff.noui reperi hoc eſſe veriſſimum, nam ſecũdum computum meorum textuum reperi. ff.vetus cõſtare ex quinquaginta millib. verſuum.i. linearum. Infortiatum conſtare ex 39.milibus, & quingentis viginti lineis. ff. vero nouũ ex quadragintaquatuor milib.linearum. Vnde ipſum omnes 50.digeſtorũ libros conſtit. ſecundum volumina mea ex 139. milibus verſum, ideſt linearum & quingentis viginti. Opinor, quòd ſi quis computaret numerum linearum pandectarum, quæ ſunt Florentiæ, quod facile fieret per numerationem quinternorum, per numerũ chartarum,

Numerus legum.

& per lineas vnius lateris inueniret illas conſtare ex cētum quinquaginta penè milibus verſuum, ideſt li-nearum: ad hoc neminem reperi ante hac aduertiſ-ſe. Sed accuratius inueſtigando quęro a te quid vult dicere tex. dum dicit, quòd olim erant tricies centena milia verſuum, hodie verò centum quinquaginta? Diſceres fortaſſe quod olim erant trecentena, ideſt trecenta millia verſuum, hodie verò centum quinquaginta. Cogita quid dicas, nam cum olim eſſent duo mil. librorum, hodie verò 50. libri, & ſic fit quadrageſima pars reſpectiuè ad computum librorum, ergo reſpectiue ad numerum verſuum erit dimidia pars, & ideo expone tricies.i.triginties, ſicut vicis, ideſt viginties. nam ſciendum quod omnia quæ ſunt ſupra centum ſyncopantur, vt terceni id tercentum, duceni, ideſt ducenti, quadrigeni, ideſt quadringenti, intra centum verò non ſyncopantur, vt quinquies, ſepties, decies, centies, ducenties, trecenties, millies, decies millies, vicies millies, & ita deinceps. Cæterum ita reperi expoſita illa verba tricies, & vicies a Priſciano in opuſculo de numeris. Similiter exponit eloquentiſſimus vir Luren. Valen. Romanus in lib. tertio, de eleg. linguæ Latinæ, ſub rubr. de numeris. Olim ergo erant tricies centena millia verſuum, hodie centum quinquaginta millia, & conſequentur ex 20. partibus, vna eſt cōpēdium digeſtorum, quæ habemus quo ad linearum numerum, quod ſingulariter notabis, quia non reperi hoc expoſitum ab aliquo iuriſta de quo plurimum miror. *Tricies centena millia verſuū.*

His incidenter intermixtis, quæ non ſunt extra rem, ſed ex re, vt not. in lege prima, ſuper verbo bene. ff. ſi certum petatur. Reſpondeo ad rem, & dico, quòd Iuſtinianus cum edidiſſet codicem Iuſtinianum & deinde digeſta, vt prædixi, componi fecit Inſtitutiones quas habemus à Tribuniano, Teophilo, & Dorotheo, ex inſtitutionibus veterum, & commiſit

inſeri in illo libro Inſtitutionum ea, quæ per conſtitutiones Iuſtiniani emendata eſſet, & ita factum eſt. Fuit autem conſummata dicta ordinatio Romani iuris tribus annis, vt dicta lege ſecunda, §.omnia igitur. Poſt hæc ad vnum aduertens Iuſtin. quòd anno III. ſui Imperij ediderat Codicem, & demum Digeſta, & Inſtitutiones anno VIII. ſui Imperij, vt prædictum eſt, eundem codicem, quem fecerat primo componi a decem illuſtrib. viris prænominatis, fecit relegi, & iterum edidit propter aliquas cõſtitutiones de nouo factas ſuper quinquaginta deciſiones quas iuſſit inſeri. Et hanc ſecundam editionem. C.quæ dicitur repetita præfectio, commiſit quinq; illuſtribus viris: videlicet Tribuniano, Dorotheo, Menne, Conſtantino, & Ioanni, & facta fuit dicta ſecunda editio, i. codex emendatus Domini Iuſtini. repetitæ prælectionis quem habemus. item confirmatus a Iuſtini. prædicto imperij ſui. an. 10. & tempore ſui quarti conſulatus, & etiam Paulini, anno Domini CCCCCCLVI. indictione 14. 4. Calend. Ianua. 1. XXVIII. die Decembr. vt probat C. de emendatione cod. D. Iuſt. in cõſtitutione cordi. iunctis præmiſſis. Et hunc C. iuſſit appellari C. Domini Iuſtiniani, repetitæ prælectionis, vt dicta conſtitutione cordi. Et ita dicta eſt prima rubr. C. Ideo autem dicitur codex repetitæ prælectionis, nam apud veteres quando poſt primam editionem fiebat ſecunda editio, appellabatur a veterib. repetita prælectio, vt colligitur ex libris Vlp. ad Sabinum, & exprimitur in dicta conſtitutione cordi. ver. in antiquis etenim. Et ideo dicitur repetitæ prælectionis, ideſt ſecundæ editionis, quia præcedens lectio, ideſt prima editio fuit repetita. Proteſtatus etiam fuit Iuſtinianus, quòd ſi poſtea nouas conſtitutiones ipſum facere contingeret, illas congregabit in libros, qui appellabitur liber nouellarum conſtitutionum, vt patet in eadem conſtitutione ver. hoc etenim. Suadente poſtea

Codex emẽdatus

va-

varia rerum natura Iuſtinianus multas conſtitutiones nouas fecit, numero centum vel circa, quas hodie inſertas habemus in libro authentic.quę factæ fuerunt ab eo (vt opinor) anno vndecimoprimo, ſui Imperij, an. Domini noſtri Ieſu Chriſti 657.indictio.15. vt colligitur ex tex.in Auth.vt præp.nomen Imperat. §.ſi quæ vero. iunctis alijs præmiſſit. Hoc notandum ꝙ ex eo quod Imperator (vt paulò ante dicebatur) dixerat, quod appellaret librum nouellarum conſtitutionū,ſ. quem poſtea ederet,quod Irnerius dicebat librum authent. quem habemus non fuiſſe Iuſtiniani, quia non appellatur nouellarum, ſed authentica. adducebat Irnerius rationes quas ponit glo.in dicta conſtitutione cordi.ſuper verbo,congregationes, & idem dicebat Placentinus,vt refert Baldus, in l.humanum.C.de leg.Io. vero antiquus gloſſator dicebat contrarium per tex. in dicta conſtitutione cordi, ſcilicet ꝙ liber authenticorum fuit Iuſtiniani,& cum hoc tranſire videtur gl.ibi, & in d.l.humanum.C. de legi. & Bald.in d.l.Cor.& Cynus,& Bal.in d.l.humanum. Et ita tenendo proculdubio, patet ex ſupraſcriptionibus cuiuſq; tit.& ex data in multis titulis, & ex nomine ipſo in titulo,vt præponatur nomē Imperatoris, & in titulo,vt iudices ſine quoquo ſuffragio,& in titulo iuſiurandum quod pręſtatur ab his,& minor,quòd de hoc aliquis vnquam dubitauerit. Ratio tamen dubitandi potuit oriri ex eo,quia fertur reperiri quendam librum,qui dicitur liber nouellarum,quem dicūt continere eaſdem conſtitutiones quas continet liber Authentic. licet in aliquibus ſit varius, de quo libro nouellarum mentionem facit glo.in auth.hoc amplius. C.de fideicommiſſ.& Doctores in authentica.res,quæ. Codice commun. de legatis, vnde egregius commentat. Albericus de Roſata Bergomenſis, quem refert Dominus Raphaelus Fulgoſius in authentica, hoc amplius,C.de fideicom.dicit,ꝙ liber authentic.quem

Liber authen.

habemus excerptus, ſit ex libro nouellarum, vt compendioſior fieret. Vnde dicit, quòd liber nouellarum erat multum prolixus, dicit domino Raphe. ſe nunquam vidiſſe d.lib. nouel. D. Paul.de Caſtr. in d.auth. hoc amplius, dicit, quòd quilibet nouellarum fuit extractus de lib. auth.per breuiora verba & magis apta. Item D.Panor.in d.autho. res, quæ dicit non eſſe ſtandum illi text. nouellarum, quando textui auth. contradicit, quia de fide illius operis dubitatur. Bald. etiam in d.auth.hoc amplius, dicit, quòd præualet ti. authent. eo quòd ille liber nouellarum non legitur in ſcholis. Sed ibi reliquit nos incertos. quis liber corrigat alium, vel liber nouel. vel liber auth. Ego ſemper credidi, & ſemper credam (donec conſtet de contrario) quòd liber nouel. tanquam, de cuius fide dubitatur, & qui per ſtudia vniuerſalia non verſatur, ſit reſpuendus, & quòd lib.auth.ſit liber conſtitutionum à Iuſtiniano editus, & ideo illum gloſſauit Acc.& etiam ſuper illo fecit ſummam Io. Baſianus Cremonenſis, & Azo.& illum ſtudia receperunt, & plerique illuſtres Commentatores commentauerunt, vt Iac. de Beluiſ. Bar.& Ang.nec ob.l.humanum.C.de leg.nam illa lex fuit Imperatoris Valentini, non Iuſtiniani, vt patet ex ſupraſcriptione, ideo gl.ibi ſomniauit. Nec curãdum de varietate ſtyli, ꝙ non ipſe, ſed illi, quibus committebat, componebant, qui erant alij ab ipſis præmiſſis cõpoſitoribus codicis. Adde prædictis ꝙ egregius Doctor. Odofr.in auth.caſſa, C.de ſacroſ.Eccl.ſic ait, Vnũ ſciatis, ꝙ Authenticũ, quod fuit compoſitum à Iuſtiniano, habet nouem collationes. Poſtea quãdo venit Federic. minor miſit has conſtitutiones ad ciuitatem iſtam, ſ. Bon. vt Doc.legum adaptarent eas ſingulis legibus ſub congruentib. tit. Doct.conuenerunt in ſancto Petro, & adaptauerũt. Poſtea quid fecerunt? Do. Vgo.poſt IX.coll. poſuit lib.feudorum, & omnes conſtituti. Federic.antiqui, & minoris, & aliquas leges Corradi

radi Imperat. & vocatur x. collatio, licet pauci ſint qui habeant ita ordinatum in libris ſuis. Odofr. hæc refert, & eum ſequitur Bal. in præludijs feud. in verſic. porrò aduertant ignorantes, & moderant ſibi labia reprehenſores veritatis, quia ego vidi Odofr. ita dicentem. Aduertat etiam nouitius, ꝙ ante authēticas, quę ſunt inſertæ. C. ſolet eſſe ſcriptum conſtitut. no. ideſt cōſtitutio noua. patet ergo ex prædictis quo tempore fuerit factus lib. authent. & qualiter fuerit factus à Iuſtiniano. Item authenti. quæ ſunt in C. fuerunt inſertæ de mandato Federici II. qui regnabat, anno Domini 1215. tempore Honorij III. item, & tempore Gregorij IX. qui Greg. IX. deceſſit anno Domini 1212. de menſe Iulij. & deinde regnauit ipſe Innocen. IIII. qui fuit aſſumptus anno Domini 1244. die 1. menſis Iulij, vt atteſtatur Rofr. in libellis iuris canon. in ti. ne ſede vacante, & Io. And. eo. tit. in addi. Iſte Inno. IIII. Federic. eccleſiam perſequentem depoſuit, & imperiali dignitate priuauit anno Domini. 1244. in Concilio Lugdunenſi, de qua deſpoſitione habetur in c. ad apoſtolicæ. de re jud. lib. 6. Eſt etiam notandum, ꝙ cū multa bella fuiſſent in imperium, & quaſdā ciuitates Lombardiæ tempore Henrici VI. & deinde Federici II. minoris. Iſte Federicus II. fecit pacem cum dictis Lombardis in ciuitate Conſtantiæ, quæ pacis capitula habentur pro lege, & allegantur à Doct. in l. imperium. ff. de iuriſd. om. iu. & alibi Bald. ſuper dicta pace in ver. volumus, dicit ipſam per legem allegari, & conſueuit allegari hoc modo, vt in extrau. de pace Conſtantiæ, quam gloſſauit, & commentauit Odofr. deinde Bald. etiam ſolemniter commētauit reperto in archiuo Bononienſi apparere dictam pacem regiſtratam, & dicitur concluſam, anno Dom. 1274. inditio. 1. anno xxij. ſui imperij, regni verò anno 32. 7. Kalen. Iulij. Hæc ideo feci reſcribere, quia Bald. in fi. d. commenti dicit iſtam pacem fuiſſe factam poſt depoſitionem Federici &

Decima collatio.

De pace conſtātia facta.

& tamen concludit pro lege debere ſeruari, vt ibi videndum. Iſta pax deberet eſſe ſituata in fi.lib.ſeu poſt alias conſtitutiones eiuſdem Federici II. in illo libro inſertas. Vidiſti quod libro auth.eſt diuiſus magiſtraliter in 9. collatio. & poſt ea ſuperuenit liber feudo. quem decimam collationem vocamus, vt ſupra dicebat Odofred. & Bart. ponit Bart. ſuper rubr. extrauagantis,ad reprimendum. Deinde factæ fuerunt conſtitutiones ad reprimendum, & conſtitutiones, quoniam nuper ab Imperatore Henrico VII. anno Domini noſtri Ieſu Chriſti 1308.quas Bar. ſuper rub.appellat vndecimam col. & gloſſauit illas tempore Caroli IIII. ſeu Ludouici cum fuiſſet donatus plurib. inſignibus & priuilegijs à præfato Henrico, & dicta Barto. ſuper dictis extrauagantibus puto maioris authoritatis aliquibus alijs dictis eiuſdem alibi,quia magis digeſtæ edidit tanquam gloſſa. *Sed dicet aliquis*, quomodo tibi conſtat de tempore approbationis. Co dic. digeſtorum, inſtitutionum, & compilationis authenticorum,& aliorum prædictorum,quo anno Domini, quo anno Imperij domini Iuſtiniani hæc acta ſunt, quo conſulatu, & qua indictione? Reſpondeo ꝙ hæc colligi ex numeratione annorum ab vrbe condita ad tempora Imperij Iuſtiniani. Item ab vrbe condita ad aduentum Chriſti. Item ab aduẽtu Chriſti ad tempora Iuſtiniani. Item ex data quæ ponitur in ſecunda conſtitutione, & in tertia conſtitutione voluminis.C.& in l.2.C.de vete.iu.enu.& ex tempore apertè poſito in authenti. vt præponatur, & computatur,& ex computatione chronicarum. Item dicet aliquis. Tu notas tempora conſulatus domini Iuſtiniani Imperatoris. Si Imperator quomodo conſul. Si conſul. quomodo Imperator? Reſpondeo quòd Imperator aliquando aſſumebat ſibi conſulatum, vt quidam extraneus, & hoc erat qñ ſibi placebat. vt eſt textus in auth.de conſulibus.§. fin. ibi, aduenit autem cum ip-

Conſtitutio ad ad reprimẽ.

ſe annuerit, & not.glo. in prooe.digeſtorum.in fi.gloſ. Iterum dicet aliquis, tu dicis quod Romana ſanctio fuit triennio conſummata,vt d. §. omni. imo videtur quòd quinq; anni ſunt lapſi,nam Codex primus fuit factus tertio anno imperij D. Iuſtin. liber verò ffor ũ. ann.7.vt ſupra eſt dictum.Glo.aduertens ad hæc in 2. conſtitutione Codicis.§. fin. ſuper verbo optime dicit ꝙ aliqui opinantur, ꝙ duo anni fuerunt interpoſiti poſt compoſitionẽ primi Codicis ante inchoationem fforum. Alij verò opinantur, quod immediate poſt compoſitionem Codicis fuerit inchoata compoſitio fforum, & cum triennio conſummata eſſet, biennio fuit ſuperſeſſum antequam publicaretur. Huius rei non habetur certitudo. Credo ergo,ꝙ voluminis cauſa magis remota fuit ipſe Deus a quo lex, & omnis ſcientia, vt ſupra dicebatur. Sequeretur videre quæ fuerit cauſa materialis legalis ſapientiæ. Azo ſuper hoc in ſumma Cod. in principio. multa verba dicit actiter obſcurè loquens, ad cuius dicta in hoc omnes refugiunt, verum quia aliqui mordent dicta in hoc omnes refugiunt, verum quia aliqui mordent diſta Azon. ſi volueritis iſta videre, videte per Bar. in proç. ff. præſertim in lecturis antiquis, quæ dicuntur lect. Padua. Videte etiam Bald. ibid.& in l.j.ff.de iuſt.& iure, & per Ioan. Fab. in prooe. inſtit. Tertiò videndum eſſet quæ ſit cauſa formalis librorum iuris ciuilis. Doctor. conſueuerunt dicere, quòd duplex eſt cauſa formalis, nam ex parte tractatus eſt diuiſio operis in libros librorũ in titulos titulorum, in leges legũ,in §§. §orum, in verſ.opus.n.conſtitutionũ imperialium,de quib.ſup.dictum eſt, in 12.lib. ff.eſt, & concluſum, vt dixit text.in l.2.in 2.col. ver.omnia. C.de ve.iu.enucl. Horum 12.lib. nomen ſunt inſer. vol. Cod.quem habemus, tres vero reliqui ſunt inſerti in li. qui appellaẽ volu.Conſtat aũt totum ius conſtitutionum,& deciſ. imperial. eſſe diſtinctum in d.12.li. in ru.348. l.4562.

Cauſa materialis legũ.

Co-

Codex verò quem habemus, habet rubr. 331. leges verò tria millia & ſexcentas 8. illi vero tres libri codicis, de quibus in volumine habent 227. rubr. leges vero nougentas 54. ff. vetus habet rub. 152. leges vero duo millia nongentas 28. Infortiatum habet rubr. 101. leges vero 2234. digeſtum nouum habet rub. 172. leges vero 2983. Summa rubr. ff. 434. leges. ff. 8135. rubr. Inſt. 99. non computato proęmio, rubr. 99. rub. feudorum 82. §. c. feudorum, quæ habentur 132. Summa legum, ff. 8155. legum vero. C. 12. lib. 4562.

Summa omnium legum, ff. Cod. voluminis ponendo quemlibet titulum Inſtitutionum, & authen. pro vna lego 13. millia. 27. & iſtud eſt mare, per quod nauigas. *Cauſa formalis.* Cauſa formalis ex parte tractádi idem eſt quod modus agendi, qui multiplex eſt diuiſionis ordinis, & exemplorum poſitionis, & regularum traditionis, vt per Azo. loco præall. Quarto loco eſſe videndum quę ſit cauſa finalis, & ſuper hoc dicas, vt per Azo. loco prę allcg. & Doct. in d. procœ. ff. veter. Quinto loco eſſet vidédum, cui parti philoſophię ſupponatur iuris ſcientia, & dicendũ eſt quàm ethicę idem moralis philoſophiæ. Tractat enim de morib. vt dicit text. in l. 1. ff. de iuſt. & iu. Reliqua conſiderate per vos, & ſtudio inuigiletis, vt tandem conſequamini, quod communiter optamus, quod vobis concedat Altiſſimus Deus. Amé.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Regiſtrum.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll
Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu
Xx Yy Zz

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff.

Omnes ſunt Quaterniones.

VENETIIS,

Apud Hæredes Valerij Bonelli.

M D LXXXIX.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE